—	710	—	1321	—	797	—	1458	—	884	— 1593
—	711	—	1322	—	798	—	1460	—	885	— 1594
—	712	—	1324	—	799	—	1462	—	886	— 1596
—	713	—	1326	—	800	—	1463	—	887	— 1598
—	714	—	1327	—	801	—	1464	—	888	— 1599
—	715	—	1329	—	802	—	1466	—	889	— 1601
—	716	—	1330	—	803	—	1467	—	890	— 1602
—	717	—	1332	—	804	—	1469	—	891	— 1604
—	718	—	1334	—	805	—	1470	—	892	— 1605
—	719	—	1335	—	806	—	1472	—	893	— 1607
—	720	—	1337	—	807	—	1473	—	894	— 1608
—	721	—	1338	—	808	—	1475	—	89.	— 1610
—	722	—	1340	—	809	—	1476	—	896	— 1611
—	723	—	1341	—	810	—	1478	—	897	— 1613
—	724	—	1343	—	811	—	1479	—	898	— 1614
—	725	—	1345	—	812	—	1481	—	899	— 1616
—	726	—	1346	—	813	—	1482	—	900	— 1617
—	727	—	1348	—	814	—	1484	-	901	— 1619
—	728	—	1349	—	815	—	1486	-	902	— 1620
—	729	—	1351	—	816	—	1487	-	903	— 1622
—	730	—	1352	—	817	—	1489	-	904	— 1623
—	731	—	1354	—	818	—	1490	—	905	— 1625
—	732	—	1355	—	819	—	1492	—	906	— 1626
—	733	—	1357	—	820	—	1493	—	907	— 1628

Digitized by Google

Ed. Sirm. Tom. II.		Ed. nova. Tom. II.		Ed. Sirm. Tom. II.		Ed. nov. Tom. II.		Ed. Sirm. Tom. II.		Ed. nov. Tom. II.
Pag.	908	Pag.	1629	—	921	—	1650	—	934	—	1674
—	909	—	1631	—	922	—	1652	—	935	—	1675
—	910	—	1633	—	923	—	1654	—	936	—	1677
—	911	—	1634	—	924	—	1655	—	937	—	1678
—	912	—	1636	—	925	—	1657	—	938	—	1680
—	913	—	1637	—	926	—	1659	—	939	—	1682
—	914	—	1639	—	927	—	1661	—	940	—	1683
—	915	—	1641	—	928	—	1662	—	941	—	1685
—	916	—	1642	—	929	—	1664	—	942	—	1687
—	917	—	1644	—	930	—	1666	—	943	—	1688
—	918	—	1645	—	931	—	1668	—	944	—	1690
—	919	—	1647	—	932	—	1670	—	945	—	1692
—	920	—	1649	—	933	—	1672	—	946	—	1693

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΟ ΑΣΜΑ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ.

B. THEODORETI

EPISCOPI CYRENSIS

EXPLANATIO IN CANTICUM CANTICORUM.

(*Francisco Zino interprete*)

1 *Dei amantissimo episcopo Joanni Theodoretus.* A Τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ Θεοδώρητος.

Divinarum Scripturarum expositio cum animum purum atque ab omni macula alienum requirit, tum mentis oculos acres, qui et res **2** divinas queant perspicere, et in penetralia Spiritus ingredi audeant : tum linguam ejusmodi, quæ menti inserviat, ejusque sensum explicet pro dignitate. Mihi vero et animus magno peccatorum dedecore premitur : et mentis acies negotiorum, quæ mihi commissa sunt, curis ita præstringitur, ut humi affixa sacras Litteras accurate nequeat contemplari : et lingua mente etiam est inferior ac tardior. Verum quoniam tu, Joannes charissime, præcepisti ut Cantici canticorum librum interpretarer, et quæ obscure ac mystice dicta sunt,* perspicue ac plane declararem, ea quæ vires nostras superant B aggressi sumus : quamvis innumerabilibus tum urbanis, tum rusticanis, tum militaribus, tum civilibus, tum ad Ecclesiam, tum ad rempublicam pertinentibus occupationibus distracti simus : et vasto pelago nos commisimus, ut in litteræ profunditatem descendentes, tibi intelligentiæ margaritam extraheremus. Neque vero oleum ore sumpsimus, cujus auxilio tanquam factitio lumine ad investigandum uteremur : sed orationem ac pre-

Ἡ τῶν θείων λογίων ἐξήγησις δεῖται μὲν ψυχῆς κεκαθαρμένης, καὶ ῥύπου παντὸς ἀπηλλαγμένης· δεῖται δὲ καὶ διανοίας ἐπτερωμένης, καὶ καθορᾷν τὰ θεῖα δυναμένης, κατατολμώσης τῶν ἀδύτων τοῦ Πνεύματος· χρῄζει δὲ καὶ γλώττης ὑπουργούσης τῇ διανοίᾳ, καὶ τὴν ἐκείνης θεωρίαν ἀξίως ἑρμηνευούσης. Ἐμοὶ δὲ καὶ ψυχὴ πολὺν ἁμαρτημάτων φορυτὸν περικειμένη, καὶ φροντίσιν ὧν ἐγκεχείρισμαι πραγμάτων βεβαπτισμένη διάνοια, καὶ διὰ ταῦτα ταπεινὴ καὶ χαμαίζηλος, καὶ κατοπτεύειν ἀκριβῶς τὰ θεῖα μὴ δυναμένη λόγια, καὶ πρὸς τούτοις γλῶττα τῆς διανοίας νωθεστέρα καὶ βραδυτέρα. Ἐπειδὴ δὲ προσέταξας, ὦ φίλη μοι κεφαλή, τοῦ Ἄσματος τῶν ἀσμάτων ἑρμηνεῦσαι τὴν βίβλον, καὶ τῶν αἰνιγματωδῶς καὶ μυστικῶς εἰρημένων σαφῆ καὶ δήλην τὴν διάνοιαν δεῖξαι, κατετολμήκαμεν [2] τῶν ὑπὲρ δύναμιν, καὶ ταῦτα μυρίαις ἀστικαῖς τε καὶ χωριτικαῖς, στρατιωτικαῖς τε καὶ πολιτικαῖς, ἐκκλησιαστικαῖς τε καὶ κοιναῖς περιεχόμενοι φροντίσι· τόν τε [3] βυθὸν τοῦ πελάγους κατεθαῤῥήσαμεν, καὶ εἰς τὸ βάθος τοῦ γράμματος καταδῆναι τετολμήκαμεν, ἵνα σοὶ τὸν τοῦ νοήματος ἀνενέγκωμεν μαργαρίτην. Ἐλάβομεν δὲ οὐκ ἔλαιον ἐν τῷ στόματι, ἵν' εἰς ἔρευναν τοῦ ζητουμένου συνεργῷ χρήσωμαι χειροποιήτῳ φωτὶ,

VARIÆ LECTIONES.

[1] Cod. August. μακαριωτάτου. [2] Cod. κατετολμήτσμεν. [3] τε. Des. in cod.

Digitized by Google

ἀλλ' εὐχὴν καὶ ἱκετείαν, ἧς ὅτι μάλιστα χρῄζουσιν οἱ τῆς τῶν θείων λογίων διανοίας ἐφικέσθαι ποθοῦντες. Ἐδίδαξε γὰρ ἡμᾶς ὁ μακάριος Δαβὶδ λέγειν· « Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια [a] ἐκ τοῦ νόμου σου. » Ταῦτα δεδιδαγμένοι, τὴν θείαν ἱκετεύσωμεν χάριν, ὑποδεῖξαι ἡμῖν τὴν τοῦδε τοῦ [5] βιβλίου διάνοιαν.

Ἐπειδὴ δέ τινες τῶν τὸ Ἆσμα τῶν ἀσμάτων διαβαλλόντων, καὶ πνευματικὸν εἶναι τὸ βιβλίον οὐ πιστευόντων, μύθους δέ τινας οὐδὲ γραϊδίοις παραληροῦσιν ἁρμόττοντας ὑφαινόντων, καὶ λέγειν τολμώντων, ὡς σοφὸς [6] Σολομὼν εἰς ἑαυτὸν, καὶ τὴν τοῦ Φαραὼ θυγατέρα, τοῦτο συγγέγραφε, καὶ ἄλλοι δέ [7] τινες ταυτησὶ [8] τῆς συμμορίας ὑπάρχοντες, Ἀβισαὴ τὴν Σουναμῖτιν, ἀντὶ τῆς τοῦ Φαραὼ θυγατρὸς, εἶναι τὴν νύμφην ἀνεπλάσαντο· οἱ δὲ τούτων σεμνότερον νενοηκότες, βασιλικὸν τὸν λόγον ὠνομάκασι, καὶ νύμφην τὸν [9] λαὸν προσηγορεύκασι, τὸν δὲ βασιλέα νυμφίον· ἀναγκαῖον τοίνυν ἡγησάμεθα, τῆς ἑρμηνείας ἀρχόμενοι, τὴν διεψευσμένην ταύτην καὶ βλαβερὰν πρότερον διελέγξαι διάνοιαν, εἶθ' οὕτως σαφῆ τοῦ γράμματος τὸν σκοπὸν καταστῆσαι. Ἐχρῆν μὲν οὖν αὐτοὺς συνιδεῖν, ὡς πολὺ λίαν αὐτῶν καὶ σοφώτεροι, καὶ πνευματικώτεροι τυγχάνουσιν οἱ μακάριοι Πατέρες, οἱ τοῦτο τὸ βιβλίον ταῖς θείαις Γραφαῖς συντεταχότες, καὶ ἅτε δὴ πνευματικὸν κανονίσαντές τε αὐτὸ, καὶ Ἐκκλησίᾳ πρέπειν ἀποφηνάμενοι. Οὐ γὰρ ἂν, εἴπερ ἄλλως ὑπέλαβον, ταῖς ἁγίαις αὐτὸ Γραφαῖς συνηρίθμησαν, ἀκρασίας ἔχον καὶ φιληδονίας ὑπόθεσιν. Καὶ τί δεῖ τοὺς κάτω λέγειν Πατέρας, ἐξὸν αὐτοῦ τοῦ Θείου Πνεύματος καλέσαι τὴν μαρτυρίαν; Ἐπειδὴ γὰρ αἱ θεῖαι Γραφαὶ, αἱ μὲν ὑπὸ Μανασσοῦ, τοῦ πονηρίᾳ καὶ δυσσεβείᾳ τούς τε πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν ἅπαντας ἀποκρύψαντος, ἐνεπρήσθησαν· αἱ δὲ κατὰ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας καιρὸν [10] φροῦδοι παντελῶς ἐγένοντο· τῶν Βαβυλωνίων καὶ τὸν θεῖον ναὸν ἐμπρησάντων, καὶ τὴν πόλιν ἀνάστατον πεποιηκότων, καὶ τὸν λαὸν ἐξανδραποδισαμένων μετὰ πολὺν ἐτῶν ἀριθμὸν, τοῦ λαοῦ πάλιν ἀνακλήσεως τετυχηκότος, ὁ μακάριος Ἔσδρας, ἀνὴρ ἀρετῇ διαπρέπων, καὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος πλήρης γενόμενος, ὡς βοᾷ τὰ πράγματα, τὰς ἀναγκαίας ἡμῖν καὶ σωτηρίας παρεκτικὰς ἀναγράφει Γραφάς· καὶ οὐ μόνον τὰ Μωσέως συγγράμματα, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἰησοῦ, καὶ τῶν Κριτῶν, καὶ τῶν Βασιλέων ἱστορίαν, καὶ τοῦ γενναίου Ἰὼβ τὸ διήγημα· καὶ τὴν ἱερὰν τοῦ Δαβὶδ μελῳδίαν, τὴν τῆς Ἐκκλησίας εὐφροσύνην, καὶ τοὺς ἑκκαίδεκα προφήτας, καὶ τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος τὰς παροιμίας, καὶ τὸν Ἐκκλησιαστὴν, καὶ τὸ Ἆσμα τῶν ἀσμάτων. Πῶς τοίνυν ταύτην ἔχει τὴν διάνοιαν, ἣν φατε, τὸ βιβλίον, ὦ βέλτιστοι, εἰ ὁ μὲν Ἔσδρας ταῦτα συνέγραψεν, οὐκ ἐξ ἀντιγράφων δὲ ἔγραψεν, ἀλλὰ τοῦ θείου Πνεύματος πλήρης γενόμενος, ἵνα πᾶσιν ἀνθρώποις ἀνάγραπτον παραπέμψῃ τὴν ὠφέλειαν; Τὰ γὰρ τῆς ἀκολασίας

A ces, quarum præsidio potissimum egent ii, qui ad sacrosanctæ Scripturæ cognitionem cupiunt pervenire. Sic enim dicere nos docuit beatus David : « Revela oculos meos, et considerabo mirabilia e lege tua [a]. » Cum itaque hæc edocti simus, Dei gratiam, quæ nobis hujusce libri sensum atque intelligentiam aperiat, imploremus.

Cæterum, quia nonnulli eorum, qui Canticum canticorum calumniantur, ac spiritualem esse librum negant, fabulas [3] quasdam ne aniculis quidem delirantibus dignas contexunt; alii nimirum, quod sapiens Salomo de se ipso, deque Pharaonis filia scripserit; nonnulli autem ejusdem classis auctores pro Pharaonis filia sponsam esse Abisai Sunamitidem finxerunt; quidam vero prudentius con-
B siderantes, sermonem hunc regium appellarunt, ut sponsæ nomine populus, sponsi autem, rex intelligatur : necessarium esse putavimus, ut in ipso interpretationis initio prius falsas ac perniciosas istorum opiniones confutemus, deinde verum ac dilucidum scriptoris propositum ostendamus. Atqui debebant isti, se longe vel sapientia vel spiritu præstantiores agnoscere sanctos Patres, qui librum hunc inter divinas Scripturas collocarunt, eumque ut spiritu refertum comprobantes, Ecclesia dignum censuerunt. Neque enim, si aliter sensissent, sanctarum Scripturarum numero intemperantiæ ac libidinis argumentum ascripsissent. Sed quid ne-
C cesse est recentioris memoriæ Patrum auctoritatem adhibere, cum ipsius divini Spiritus uti liceat testimonio? Nam cum sacra Volumina partim sub Manasse, qui omnes, quotquot et ante et post ipsum fuerunt, scelere atque impietate superavit, combusta essent : partim captivitatis tempore, templo a Babyloniis* incenso, eversaque civitate, et populo in servitutem abducto, penitus interiissent : [4] beatus vir Esdras, excellenti virtute præditus, et Spiritu sancto plenus, ut res ipsa declarat, multis post annis, cum populus esset revocatus, necessarias nobis ac salutiferas Scripturas restituit : nec solum Mosis libros, sed et Josuæ, et Judicum, et Regum historiam, et strenui Jobi narrationem, et Ecclesiæ lætitiam, sacros Davidis cantus, et sedecim prophetas, et sapientis Salo-
D monis tum Proverbia, tum Ecclesiasten, tum Cantica canticorum. Si igitur Esdras, nullo adjutus exemplari, sed divino Spiritu afflatus, hæc ad omnium hominum utilitatem conscripsit, qui fieri potest, optimi viri, ut liber hic argumentum illud contineat quod affirmatis? Impudica enim scripta non a Spiritu divino, sed diabolico proficiscuntur. « Fructus enim Spiritus, ut inquit beatus Paulus [b], charitas, gaudium, pax, patientia, bonitas, benignitas, fides, mansuetudo, continentia. » Si

[a] Psal. cxviii, 18. [b] Galat. v, 22.

VARIÆ LECTIONES.

[a] θαυμάσια. Codd. add. σου. [5] τοῦ. Abest a cod. [6] ὡς σοφὸς, κ. τ. λ. In Theodorum Mopsuestenum hæc, ut nonnullis videtur, dicta sunt. Σοφὸς. Cod. præm. ὁ. [7] Cod. δὴ. [8] ταυτησί. Cod. præm. οἱ. [9] Cod. μέντοι. [10] καιρόν. Abest a cod.

Digitized by Google

divini Spiritus fructus est continentia, diabolici profecto est incontinentia. Incontinentiæ autem argumentum ex sententia vestra complectitur Canticum canticorum. Cernitis ergo quo maledicta vestra perveniant? Contumelia, qua librum afficitis, tendit in Spiritum sanctum. Hujus enim gratia repletus beatus Esdras librum amissum, ut diximus, renovavit. Quod cum beati Patres non ignorarent, eum in sacrarum Scripturarum numerum retulerunt. Quin etiam multi ex veteribus illum commentariis et interpretationibus illustrarunt: et qui deinceps non sunt interpretati, **5** ejus tamen sententiis scripta sua decorarunt. Nec solum Eusebius Palæstinus, et Origenes Ægyptius, et martyrii corona redimitus Cyprianus Carthaginensis, et his antiquiores, apostolisque propinquiores: verum etiam qui post in ecclesiis excelluere, magnus ille Basilius Proverbiorum principium exponens, et uterque Gregorius, quorum alter sanguine, alter amicitia Basilio conjunctus fuit, et fortis ille pietatis propugnator Diodorus, et Joannes, qui ad hunc usque diem doctrinæ fluentis irrigat universum orbem terrarum, et denique, ut paucis rem complectens consulam brevitati, qui postea fuere, librum hunc omnes spiritualem esse censuerunt. Quæ cum ita se habeant, consideremus, an æquum sit, ut tot tantisque viris despectis, contemptoque ipso Spiritu sancto, proprias opiniones consectemur, non audientes eum, qui præclare dicit: « Cogitationes mortalium timidæ, et incertæ providentiæ ipsarum [c]; » et beatum Paulum de quibusdam ita loquentem: « Evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor ipsorum [d]. » Nos igitur cum beato Petro ita clamemus: « Obedire oportet Deo magis quam hominibus [e]. » Dicamus item ad illos: « An justum sit in conspectu Dei, vos potius audire, quam Deum, judicate: nos enim non possumus, quæ vidimus per Spiritum sanctum, et audivimus, non loqui [f]. » Verum ne nobis tantum consulere, adversarios autem negligere videamur, age, unde morbi occasionem arripuerint, investigemus, et medelam ipsis, quoad fieri potest, **6** ex sacris Scripturis afferamus.

συγγράμματα, οὐ τοῦ θείου Πνεύματος, ἀλλὰ τοῦ ἐναντίου πνεύματος. « Ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ Πνεύματος, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, ἀγάπη, χαρά, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθωσύνη, πίστις, πραότης, ἐγκράτεια. » Εἰ δὲ τοῦ θείου Πνεύματος καρπὸς ἡ ἐγκράτεια, τοῦ ἐναντίου δηλονότι ἡ ἀκρασία· ἀκρασίας δὲ ὑπόθεσιν, ὥς φατε, περιέχει τοῦ Ἁσματος τῶν ἀσμάτων τὸ σύγγραμμα. Ὁρᾶτε τοίνυν ποῦ τὰ τῆς βλασφημίας χωρεῖ; Κατὰ γὰρ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἡ κατὰ τοῦ βιβλίου λοιδορία τολμᾶται. Τῆς γὰρ τούτου χάριτος ἐμπλησθεὶς ὁ μακάριος Ἔσδρας διαφθαρὲν, ὡς ἔφαμεν, τὸ βιβλίον ἀνενεώσατο· καὶ τοῦτο συνειδότες οἱ μακάριοι Πατέρες ταῖς θείαις αὐτὸ Γραφαῖς συντετάχασι. Πολλοὶ δὲ αὐτὸ τῶν παλαιῶν καὶ ἡρμηνεύκασιν· οἱ δὲ τοῦτο ἐφεξῆς μὴ πεποιηκότες, ταῖς ἐκεῖθεν χρήσεσι τὰ οἰκεῖα συγγράμματα κατεκόσμησαν. Καὶ οὐ μόνον Εὐσέβιος ὁ Παλαιστινὸς, καὶ Ὠριγένης ὁ Αἰγύπτιος, καὶ Κυπριανὸς ὁ Καρχηδόνιος, ὁ καὶ τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀναδησάμενος, καὶ οἱ τούτων παλαιότεροι, καὶ τῶν ἀποστόλων πλησιέστεροι· ἀλλὰ καὶ οἱ μετ' ἐκείνους ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις διαπρέψαντες, πνευματικὸν ἔγνωσαν τὸ βιβλίον, Βασίλειός τε ὁ μέγας τὴν ἀρχὴν τῶν Παροιμιῶν ἑρμηνεύων, καὶ Γρηγόριος ἑκάτερος, ὁ μὲν τὴν ἐκείνου συγγένειαν, ὁ δὲ τὴν φιλίαν αὐχῶν, καὶ Διόδωρος ὁ γενναῖος τῆς εὐσεβείας πρόμαχος· καὶ Ἰωάννης ὁ τοῖς ῥεύμασι τῆς διδασκαλίας μέχρι καὶ τήμερον πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἀρδεύων, καὶ οἱ μετ' ἐκείνους [11] ἅπαντες, ἵνα συνελὼν εἴπω, καὶ τοῦ λόγου διαφύγω τὸ μῆκος. Συνίδωμεν τοίνυν, εἰ δίκαιον τοσούτους καὶ τοιούτους ἄνδρας διαπτύσαντας, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ παναγίου καταφρονήσαντας Πνεύματος, ταῖς οἰκείαις ἐννοίαις ἀκολουθεῖν, μὴ πειθομένους τῷ καλῶς εἰρηκότι· « Λογισμοὶ ἀνθρώπων δειλοὶ, καὶ ἐπισφαλεῖς αἱ ἐπίνοιαι αὐτῶν· » μηδὲ ἀκούοντας τοῦ μακαρίου Παύλου περί τινων λέγοντος, ὅτι « Ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. » Διὸ ἡμεῖς μετὰ τοῦ μακαρίου Πέτρου βοῶμεν· « Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. » Ἐροῦμεν δὲ καὶ πρὸς αὐτούς· « Εἰ δίκαιόν ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν μᾶλλον ἀκούειν ἢ τοῦ Θεοῦ, κρίνατε· ἡμεῖς γὰρ οὐ δυνάμεθα, ἃ εἴδομεν διὰ τοῦ Πνεύματος, καὶ ἠκούσαμεν, μὴ λαλεῖν. » Ἵνα δὲ μὴ μόνον αὐτῶν ἡμῶν φροντίζωμεν, αὐτοὺς δὲ βλαπτομένους παρίδωμεν, φέρε ζητήσωμεν, πόθεν αὐτοῖς γέγονεν ἡ τῆς βλάβης ἀφορμὴ, καὶ τὴν δυνατὴν αὐτοῖς θεραπείαν ἐκ τῶν θείων Γραφῶν προσενέγκωμεν.

Legentes, ut arbitror, hoc volumen, animadvertentesque in eo unguenta, et oscula, et femora, et ventrem, et umbilicum, et genas, et oculos, et lilia, et mala, et nardum, et stacten, et myrrham, et his similia, cum propriam divinæ Scripturæ consuetudinem ignorarent, noluerunt ingredi, et litteræ velum transilire, atque intus spiritum intueri, ac revelata facie gloriam Domini contemplari: sed quæ dicta sunt carnaliter intelligentes,

Ἀναγινώσκοντες, ὡς οἶμαι, τοῦτο τὸ σύγγραμμα, καὶ ὁρῶντες ἐν αὐτῷ μύρα καὶ φιλήματα, καὶ μηροὺς, καὶ κοιλίαν, καὶ ὀμφαλὸν, καὶ σιαγόνας, καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ κρῖνα, καὶ μῆλα, καὶ νάρδον, καὶ στακτὴν, καὶ σμύρναν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, καὶ τῆς θείας Γραφῆς ἀγνοοῦντες τὰ ἰδιώματα, οὐκ ἠθέλησαν διαδῦναι, καὶ τοῦ γράμματος ὑπερβῆναι τὸ κάλυμμα, καὶ ἐντὸς γενέσθαι τῷ πνεύματι, καὶ ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτρισθῆναι·

[c] Sap. IX, 14. [d] Rom. I, 21. [e] Act. V, 29. [f] Act. IV, 19, 20.

VARIÆ LECTIONES.

[11] cod. ἐκείνων.

Digitized by Google

ἀλλὰ σαρκικῶς νενοηκότες τὰ εἰρημένα, εἰς ἐκείνην τὴν βλασφημίαν ἐξώκειλαν. Ἔδει δὲ αὐτοὺς συνιδεῖν, ὅτι καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ πολλὰ τροπικῶς ἡ θεία λέγει Γραφή· καὶ ἑτέροις ὀνόμασι κεχρημένη, ἕτερα δὲ διὰ τούτων [12] σημαίνει. Περὶ γὰρ τοῦ Βαβυλωνίου διηγουμένη, οὔτε τὸ κύριον ὄνομα τέθεικεν, οὔτε τὸ κοινὸν τῆς φύσεως· οὔτε γὰρ Ναβουχοδονόσωρ ὠνόμασεν, οὔτε ἄνθρωπον προσηγόρευσεν· ἀλλά φησιν· « Ὁ ἀετὸς ὁ μεγαλοπτέρυγος, ὁ μακρὸς τῇ ἐκτάσει, ὁ πλήρης ὀνύχων· ὃς ἔχει τὸ ἤγημα εἰσελθεῖν εἰς τὸν Λίβανον, καὶ ἔλαβε τὰ ἐπίλεκτα τῆς κέδρου, τὰ ἄκρα τῆς ἁπαλότητος ἀπέκνισε. » Καὶ οὐδεὶς πώποτε τὸν ἀετὸν, ἀετὸν [13] ἐνόησεν, οὔτε τὸν Λίβανον, Λίβανον, οὔτε τὴν κέδρον, κέδρον [14]· ἀλλ' ἀετὸν μὲν τὸν βατιλέα, ἐπειδὴ καὶ τὸ ζῶον βασιλικόν· μεγαλοπτέρυγον δὲ, διὰ τὸ πλάτος τῆς βασιλείας· πλήρη δὲ ὀνύχων, διὰ τὸ πλῆθος τῆς στρατιᾶς. Ἤγημα δὲ αὐτὸν ἔχειν ἔφησε, διὰ τὸ θείῳ νεύματι ἀγόμενον πεποιηκέναι ἃ πεποίηκε. Λίβανον δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ προσηγόρευσε, διὰ τὸ δασὺ καὶ πυκνὸν τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων. Ἁπαλὰ δὲ τῆς κέδρου, τοὺς ἁβροὺς καὶ τρυφῇ προσέχοντας, καὶ ἐν ἀξιώμασι [15] διαπρέποντας. Καὶ ταῦτα οὕτω νοεῖν, οὐ μόνον τοῖς τῆς εὐσεβείας τροφίμοις, ἀλλὰ καὶ Ἰουδαίοις σύνηθες, τοῖς παχύτερον καὶ σαρκικώτερον τὰς θείας νοοῦσι Γραφάς. Καὶ ὁ μακάριος δὲ Ζαχαρίας· « Διάνοιξον, ὁ Λίβανος, τὰς θύρας σου, καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου· ὀλολυζέτω πίτυς, ὅτι πέπτωκε κέδρος. » Καὶ οὔτε Λίβανον νοοῦμεν τὸν Λίβανον, οὔτε κέδρους τὰς κέδρους, οὔτε πῦρ τὸ πῦρ, οὔτε πίτυς τὰς πίτυς· ἀλλὰ πῦρ μὲν πάλιν τὸν Βαβυλώνιον, ὃν ὁ Ἐζεκιὴλ [16] ἀετὸν προσηγόρευσε· Λίβανον δὲ, τὴν Ἱερουσαλήμ· κέδρους δὲ, τοὺς ἐπὶ πλούτῳ βριθομένους, καὶ ἐν ἀξιώμασι λαμπρυνομένους· πίτυς δὲ τοὺς τούτων ὑποδεεστέρους. Διὸ ἐπάγει· « Ὀλολυζέτω πίτυς, ὅτι πέπτωκε κέδρος, » ὅτι μεγάλως μεγιστᾶνες ἐταλαιπώρησαν. Καὶ τί δεῖ πάντα καταλέγειν, ὅσα τροπικῶς ἡ θεία λέγει Γραφή; Τἄλλα τοίνυν καταλιπόντες, φέρε δείξωμεν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ, ὡς γυναικὶ τῇ τῶν Ἰουδαίων πληθύϊ διαλεγόμενον, καὶ τοιούτοις ὀνόμασι μελῶν κεχρημένον, οἷς ὁ Σολομὼν περὶ ταύτης τῆς νύμφης συγγράφων ἐχρήσατο.

A in hanc blasphemiam prolapsi sunt. Oportebat autem eos considerare, hunc esse etiam in Veteri Testamento divinæ Scripturæ morem, ut multa figurate dicat, et sub aliis vocabulis alia significet. Nam cum de Babyloniæ rege loqueretur, nec proprium illius, nec commune naturæ nomen posuit, neque enim Nabuchodonosorem, neque hominem appellavit: sed, « Aquila, inquit, grandis magnarum alarum, longa extensione, unguium plena, quæ habet ductum intrandi in Libanum, abstulit electa cedri, et summitates teneritudinis ejus avulsit [a]. » Nec quisquam tamen unquam per aquilam, aquilam, neque per Libanum, Libanum, nec per cedrum cedrum intellexit: sed pro aquila, quæ regium est animal, regem ipsum, pro alis autem magnis, amplitudinem regni, pro unguium vero multitudine, copias militum. Porro « ductum » dixit, quia nutu divino ferebatur, ad ea quæ gessit perpetranda. Per Libanum autem Hierosolymam significavit, propter multa ac magna illius munera spiritualia. Nam mollia 7 cedri innuunt homines deliciis ac voluptatibus deditos, et in dignitatibus constitutos. Atque hæc quidem sic intelliguntur, non solum a pietatis alumnis, verum etiam a Judæis, qui crassius et carnalius divinas Scripturas solent interpretari. Et beatus Zacharias: « Aperi, inquit, Libane, portas tuas: et comedat ignis cedros tuas. Ululet pinus, quia cecidit cedrus [b]. » Per Libanum non intelligimus Libanum, neque per cedrum, cedrum, neque per ignem, ignem, neque per abietem, abietem: sed ignis rursus regem Babyloniæ designat, quem Ezechiel aquilam nominavit; Libanus Hierosolymam, cedrus homines divitiis et honoribus superbos atque insignes, pinus vero his abjectiores. Idcirco subjicit: « Ululet pinus, quia cecidit cedrus: » quoniam proceres vehementur afflicti sunt. Verum non est necesse cuncta commemorare, quæ per translationem divina dicit Scriptura. Omissis igitur reliquis, ostendamus omnium Deum etiam in Veteri Testamento cum Judæorum gente tanquam cum muliere colloquentem, atque iisdem utentem membrorum vocabulis, quibus de hac sponsa scribens usus est Salomo.

Φησὶ τοίνυν πρὸς τὸν Ἐζεκιὴλ ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Υἱὲ ἀνθρώπου, διαμάρτυραι τῇ Ἱερουσαλὴμ τὰς [17] ἀνομίας αὐτῆς· καὶ ἐρεῖς· Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος τῇ Ἱερουσαλήμ· Ἡ ῥίζα σου καὶ ἡ γένεσίς σου, ἐκ γῆς [18] Χαναάν. Ὁ πατήρ σου Ἀμορῥαῖος, καὶ ἡ μήτηρ σου Χετταία· καὶ ἡ γένεσίς σου, ἐν ᾗ ἡμέρᾳ ἐτέχθης, οὐκ ἐτμήθη ὁ ὀμφαλός σου, καὶ οὐκ ἔδησαν τοὺς μαστούς σου· καὶ ἐν ὕδατι οὐκ ἐλούσθης

Sic igitur universorum Deus Ezechielem alloquitur: « Fili hominis, notas fac Hierosolymæ iniquitates ejus, et dices: Hæc dicit Dominus Deus Hierosolymæ: Radix tua, et generatio tua de terra Chanaan. Pater tuus Amorrhæus, et mater tua Chettæa. Et generatio tua hæc fuit die quo nata es: non est præcisus umbilicus tuus, et non vinxerunt ubera tua, et aqua non es lota in salutem, neque

[a] Ezech. xvii, 3, 4. [b] Zach. xi, 1, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[12] Cod. τοῦτο. [13] ἀετὸν ἀετόν. Cod. αὐτόν. [14] κέδρον. Abest a cod. [15] Cod. ἀξιώματι. [16] Ἰεζεκιήλ. Ita quoque deinde. [17] τὰς — Ἱερουσαλήμ. Des. in cod. [18] γῆς. Cod. τῆς.

Digitized by Google

sale salita, 8 nec involuta pannis. Non pepercit super te oculus, ut facerem tibi unum de his, utque paterer tui causa : et abjecta es super faciem terræ, in abjectione animæ tuæ, die quo nata es. Et transivi super te, et vidi te mistam in sanguine tuo. Et dixi tibi : De sanguine tuo vita : multiplicare, quasi germen agri feci te. Et multiplicata, et grandis effecta, ingressa es in civitates civitatum. Ubera tua erecta sunt, et pilus tuus germinavit, et eras nuda, et confusione plena. Et transivi juxta te, et vidi te : et ecce tempus tuum, tempus divertentium : et expandi alas meas super te, et operui ignominiam tuam. Et juravi tibi, et ingressus sum pactum tecum, ait Dominus Deus. Et facta es mihi. Et lavi te aqua, et emundavi sanguinem tuum, et unxi te oleo. Et vestivi te discoloribus, et calceavi te hyacintho, et cinxi te bysso, et indui te subtilibus ex crinibus contextis. Et ornavi te ornamento, et dedi armillas ad manus tuas, et torquem circa collum tuum, et dedi inaurem super nares tuas, et rotulas super aures tuas, et coronam gloriosam in capite tuo [i]. » Et paucis interjectis : « Similam, inquit, et mel, et oleum comedisti. Et facta es valde pulchra, et exiit nomen tuum in gentibus propter pulchritudinem tuam [j]. » Et paulo post rursus : « Et accidit post omnem malitiam tuam, dicit Adonai Dominus, ædificasti tibi lupanar, et fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis. Ad omnem extremitatem viæ ædificasti lupanaria tua, 9 et corrupisti decorem tuum : et divisisti crura tua omni transeunti, et multiplicasti omnes fornicationes tuas. Et fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis magnarum carnium : et multiplicasti fornicationes tuas ad irritandum me. » Et rursus post pauca : « Nec facta es quasi meretrix mercedes colligens, sed mulier adultera similis tibi, quæ loco viri sui adulterat cum alienis : quæ præter virum suum accipit mercedes, et omnibus fornicantibus cum ipsa addit mercedes. Omnibus scortis dantur mercedes, tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis : et donis onerabas illos, ut intrarent ad te undique ad fornicandum tecum. Factumque est in te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, et post te non erit fornicatio. In eo enim, quod dedisti mercedes, et mercedes non accepisti, factum est in te perversum [k]. » Et quæ sequuntur, sunt ejusdem generis.

Quidnam dicent ii, qui Cantici canticorum scripta carpunt, et tanquam impudica interpretari minime verentur, cum in Veteri Testamento non dissimilia dici de gente Judæorum invenerint? Ecce

[i] Ezech. xvi, 2-12. [j] Ibid. 13, 14. [k] Ibid. 31-34.

εἰς σωτηρίαν, οὐδὲ ἁλὶ ἡλίσθης, καὶ [19] ἐν σπαργάνοις οὐκ ἐσπαργανώθης· οὐδὲ ἐφείσατο ὁ ὀφθαλμός ἐπὶ σοὶ τοῦ ποιῆσαί σοι [20] ἓν ἐκ πάντων τούτων τοῦ παθεῖν τι ἐπὶ σοί· καὶ ἀπερρίφης ἐπὶ προσώπου τοῦ πεδίου τῇ σκολιότητι τῆς ψυχῆς σου, ἐν ᾗ ἡμέρᾳ ἐτέχθης. Καὶ διῆλθον ἐπὶ σὲ, καὶ εἶδόν σε, πεφυρμένην ἐν τῷ αἵματί σου. Καὶ εἶπά σοι· Ἐκ τοῦ αἵματός σου ζωὴ, πληθύνου· καθὼς ἡ ἀνατολὴ τοῦ ἀγροῦ δέδωκά σε. Καὶ ἐπληθύνθης, καὶ ἐμεγαλύνθης, καὶ εἰσῆλθες εἰς πόλεις πόλεων. Οἱ μαστοί σου ἀνωρθώθησαν, καὶ ἡ θρίξ σου ἀνέτειλε. Σὺ δὲ ἦς γυμνὴ, καὶ ἀσχημονοῦσα. Καὶ διῆλθον διὰ σοῦ, καὶ εἶδόν σε· καὶ ἰδοὺ καιρός σου, καὶ καιρὸς καταλυόντων· καὶ διεπέτασα τὰς πτέρυγάς μου ἐπὶ σοὶ, καὶ ἐκάλυψα τὴν ἀσχημοσύνην σου. Καὶ ὤμοσά σοι, καὶ εἰσῆλθον ἐν διαθήκῃ μετὰ σοῦ, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος. Καὶ ἐγένου μοι. Καὶ ἔλουσά σε ὕδατι, καὶ ἀπέπλυνα τὸ αἷμά σου ἀπὸ σοῦ· καὶ ἔχρισά σε ἐν ἐλαίῳ. Καὶ ἐνέδυσά σε ποικίλα· καὶ ὑπέδοσά σε ὑάκινθον, καὶ ἔζωσά σε βύσσῳ, καὶ περιέβαλόν σε τριχάπτῳ. Καὶ ἐκόσμησά σε κόσμῳ, καὶ περιέθηκα ψέλλια περὶ τὰς χεῖράς σου, καὶ κάθεμα περὶ τὸν τράχηλόν σου· καὶ ἔδωκα ἐνώτιον περὶ τὸν μυκτῆρά σου, καὶ τροχίσκους ἐπὶ τὰ ὦτά σου, καὶ στέφανον καυχήσεως ἐπὶ τὴν κεφαλήν σου. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Σεμίδαλιν, καὶ μέλι, καὶ ἔλαιον ἔφαγες. Καὶ ἐγένου καλὴ σφόδρα· καὶ ἐξῆλθέ σου ὄνομα ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐπὶ τῷ κάλλει σου. » Καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν· « Καὶ ἐγένετο μετὰ πάσας τὰς κακίας σου, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος, καὶ ᾠκοδόμησας σεαυτῇ οἴκημα πορνικόν· καὶ ἐποίησας σεαυτῇ ἔκθεμα ἐν πάσῃ πλατείᾳ, καὶ ἐπ' ἀρχὴν πάσης ὁδοῦ ᾠκοδόμησας τὰ πορνεῖα [21]· καὶ ἐλυμήνω τὸ κάλλος σου, καὶ διήγαγες τὰ σκέλη σου παντὶ παρόδῳ, καὶ ἐπλήθυνας τὴν πορνείαν σου· καὶ ἐξεπόρνευσας ἐπὶ τοὺς υἱοὺς Αἰγύπτου τοὺς ὁμορροῦντάς σοι, τοὺς μεγαλοσάρκους· καὶ πολλαχῶς [22] ἐξεπόρνευσας τοῦ παροργίσαι με. » Καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν· « Καὶ οὐκ ἐγένου ὡς πόρνη συνάγουσα τὰ μισθώματα· ἡ γυνὴ ἡ μοιχωμένη ὑπὸ τὸν ἄνδρα αὐτῆς εἰς ἀλλοτρίους, ὁμοία σοι· ἡ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς λαμβάνουσα μισθώματα, καὶ πᾶσι τοῖς ἐκπορνεύσασιν εἰς αὐτὴν προσδιδοῦσα μισθώματα. Πάσαις πόρναις δίδοται μισθώματα· σὺ δὲ προέδωκας μισθώματα πᾶσι τοῖς ἐρασταῖς σου· καὶ [23] ἐφόρτιζες αὐτοὺς τοῦ ἔρχεσθαι πρὸς σὲ κυκλόθεν ἐν τῇ πορνείᾳ σου. Καὶ ἐγένετο ἐν σοὶ διεστραμμένον παρὰ τὰς γυναῖκας ἐν τῇ πορνείᾳ σου· καὶ [24] μετὰ σὲ οὐ πορνεύσουσιν. Ἐν τῷ προσδιδόναι σε μισθώματα, καὶ σοι μισθώματα οὐκ ἐδόθη, ἐγένετο ἐν σοὶ διεστραμμένον. » Καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ αὐτοῦ εἴδους ὑπάρχοντα.

Τί ἂν εἴποιεν οἱ τοῦ Ἄσματος τῶν ἀσμάτων βλασφημοῦντες τὸ σύγγραμμα, καὶ ἀκολάστως αὐτὸ νοεῖν τολμῶντες, τοιαῦτα καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ περὶ τῆς Ἰουδαίων πληθύος εὑρίσκοντες εἰρημένα;

VARIÆ LECTIONES.

[19] καὶ — ἐσπαργ. Des. in cod. [20] σοι. Cod. σέ. [21] Cod. τὰς πορνείας σου. [22] πολλαχῶς. Cod. add. δέ. [23] καί. Abest a cod. [24] καὶ — διεστραμμένον. Des. in cod.

Digitized by Google

Ἰδοὺ γὰρ καὶ ἐνταῦθα μαστοὺς, καὶ ὀμφαλὸν, καὶ σκέλη, καὶ χεῖρας, καὶ ῥῖνας, καὶ ὦτα, καὶ κάλλος, καὶ ἀγάπην, καὶ περίληψιν, καὶ συνάφειαν εὑρίσκομεν. καὶ πάντα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων εἰρημένα; καὶ οὐδὲν οὕτω νοοῦμεν, ὡς ἀναγινώσκομεν, οὐδὲ τῷ ἀποκτείνοντι πειθόμεθα γράμματι· ἀλλ' ἐντὸς τούτου γενόμενοι, τὴν τοῦ Πνεύματος ἐρευνῶμεν διάνοιαν, καὶ ὑπ' αὐτοῦ φωτιζόμενοι πνευματικῶς ἐκλαμβάνομεν τὰ τοῦ Πνεύματος. Καὶ ἀκούοντες πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ λέγοντος τοῦ Θεοῦ, « Ὁ πατήρ σου Ἀμορῥαῖος, καὶ ἡ μήτηρ σου Χετταία, » οὐ φυσικὴν, ἀλλὰ γνωμικὴν νοοῦμεν συγγένειαν. Κατὰ γὰρ φύσιν, τοῦ Ἀβραὰμ ἦσαν ἀπόγονοι, ὃς ἐκ τοῦ Σὴμ κατῆγε τὸ γένος· κατὰ δὲ τὴν τοῦ τρόπου μοχθηρίαν, τῷ γένει τοῦ καταράτου συνέβαινον Χαναάν. Διὸ καὶ τὸν πατέρα Ἀμορῥαῖον, τὴν δὲ μητέρα εἶναι λέγει Χεταίαν· παῖδες δὲ οὗτοι τοῦ Χαναάν. Ὧν γὰρ τὴν πονηρίαν ἐμιμήσαντο, τούτων [25] ἔλαχον τὴν συγγένειαν. Διὸ καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς τοῖς πρὸς αὐτὸν ἐξεληλυθόσιν ἔλεγε· « Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς, Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας, καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, ὅτι Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. » Καὶ τοὺς τὸν Ἀβραὰμ αὐχοῦντας, γεννήματα ἐχιδνῶν προσηγόρευσεν, διὰ τὴν τῆς πονηρίας συγγένειαν. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος τοῖς εἰρηκόσιν, « Ἡμεῖς Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραὰμ, » ἀπεκρίνατο λέγων· « Ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου ἐστέ. » Καὶ δεικνὺς τὴν αἰτίαν ἐπάγει· « Καὶ τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν. » Καὶ δηλῶν ὁποῖα, « Ἐκεῖνος, φησὶν, ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς· » οὕτως τοιγαροῦν καὶ ἐνταῦθα ὁ τῶν ὅλων ἔφη Θεός· « Ἡ ῥίζα σου καὶ ἡ γένεσίς σου, ἐκ γῆς Χαναάν. Ὁ πατήρ σου Ἀμορῥαῖος, καὶ ἡ μήτηρ σου Χετταία. » Εἶτα δεικνὺς τὴν ἐν Αἰγύπτῳ διαγωγὴν, τὴν ἀτημέλητον καὶ κηδεμονίας οὐδεμιᾶς ἠξιωμένην· « Ἐν ᾗ ἡμέρᾳ ἐτέχθης, φησὶν, οὐκ ἔδησαν τοὺς μαστούς σου. » Τροπικῶς καὶ τοὺς μαστοὺς, καὶ τοὺς δεσμοὺς προσαγορεύσας, ἐπειδὴ ἔθος ταῖς παρθένοις παιδόθεν τῶν μαστῶν ἐπιμελεῖσθαι. Διὸ καὶ διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου φησὶν ὁ Θεός· « Μὴ ἐπιλήσεται νύμφη τοῦ κόσμου αὐτῆς; ἢ παρθένος τῆς στηθοδεσμίδος αὐτῆς; » ἐπιμελοῦνται δὲ τούτων παρθένοι, τοῖς οἰκείοις νυμφίοις ἀρέσκειν βουλόμεναι. Ἐπεὶ οὖν [26] οὐδεμιᾶς ἐπιμελείας τετύχηκε μετὰ τὸν τῆς ἐν Αἰγύπτῳ παροικίας καιρὸν ἡ Ἰουδαίων πληθὺς, οὐδὲ τῶν τῆς ἀρετῆς μορίων ἐφρόντισαν, εἰκότως φησίν· « Ἐν ᾗ ἡμέρᾳ ἐτέχθης, οὐκ ἔδησαν τοὺς μαστούς σου· » τουτέστι, τὸ θρεπτικὸν τῆς ψυχῆς μόριον, τὸ τοῦ θρεπτικοῦ γάλακτος γεννητικὸν, ἐπιμελείας οὐκ ἠξίωσαν, ὥστε εἰς καιρὸν ὀρέξαι τοῖς μετὰ ταῦτα τῆς διδασκαλίας τὰς θηλάς. Καὶ ἐπιμένων τῇ τροπῇ, « Ἐν ὕδατι, φησὶν, οὐκ ἐλούσθης· » τουτέστι, Τῆς Αἰγυπτιακῆς εἰδωλολατρείας οὐκ ἀπώσω τὸν ῥύπον· ἀλλὰ

A enim et hic ubera, et umbilicum, et crura, et manus, et nares, et aures, et formam, et dilectionem, et complexum, et conjunctionem invenimus, eaque omnia dicta de Deo universorum : neque tamen, ut legimus, sic intelligimus, neque occidenti adhæremus litteræ, sed interius penetrantes sensum investigamus, ejusque lumine illustrati, quæ spiritualia **10** sunt, spiritualiter intelligimus. Et cum Deum audimus his verbis Hierosolymam alloquentem : « Pater tuus Amorrhæus, mater tua Chettæa, » non naturæ, sed mentis cognationem consideramus. Natura enim erant filii Abrahæ, qui ex Semo genus ducebat : morum autem improbitate erant ex genere maledicti Chanaanis. Ideo patrem appellat Amorrhæum, matrem autem Chettæam, quia hi B Chanaanis erant filii. Quorum enim scelera imitabantur, eorum erant sortiti cognationem. Quamobrem et beatus Joannes Baptista exeuntibus ad se dicebat : « Genimina viperarum, quis ostendit vobis fore ut elabamini ex ira quæ veniet? Facite fructus dignos pœnitentia, et ne velitis dicere intra vos : Patrem habemus Abraham [l]. » Qui se filios Abrahæ jactitabant, eos, propter malitiæ cognationem, vocavit genimina viperarum. Quin etiam ipse Dominus dicentibus, Habemus patrem Abrahamum, respondit : « Vos ex patre vestro diabolo estis. » Et causam afferens, subjicit : « Et opera patris vestri vultis facere [m]. » Quæ autem ea sint opera declarans, « Ille, inquit, homicida erat ab initio [n]. » Eodem C modo et hic omnium Deus, « Radix, inquit, et generatio tua ex Chanaan : pater tuus Amorrhæus, et mater tua Chettæa. » Deinde abjectam ac neglectam in Ægypto declarans vivendi rationem et disciplinam : « Quo, inquit, die genita es, non vinxerunt ubera tua. » Per translationem ubera et vincula dicit. **11** Mos enim est virginibus ab ipsa pueritia, ut uberum curam gerant. Hinc Deus etiam per Jeremiam prophetam : « Nunquid obliviscetur, inquit, virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ [o]? » Hæc autem virgines curant, ut placeant sponsis suis. Quoniam igitur populus Judæorum, post peregrinationem in Ægypto, nullam habuit vitæ disciplinam, nec virtutis partes excoluit, merito ait : « Die quo genita es, non vinxerunt ubera tua : » D hoc est, partem qua animus alitur, unde lac, quod nutriendi vim habet, gignitur, minime coluerunt, ut in tempore posteris disciplinæ papillas exhiberent. Et in translatione persistens, « Aqua, inquit, non es lota : » id est, Ab Ægyptiacæ idololatriæ sordibus non es mundata : sed ex servitute exeundo tanquam in lucem edita, adhuc partus signa retines, cum abluta non sis, sed maternas sordes circumferas. Huc spectant et quæ sequuntur : « Neque sale salita es, » quod obstetrices solent infantibus

[l] Luc. III, 7. [m] Joan. VIII, 44. [n] Ibid. [o] Jerem. II, 32.

VARIÆ LECTIONES.

[25] τούτων. Des. in cod. [26] ἐπεὶ οὖν. Des in cod.

Digitized by Google

adhibere. Hoc item ex allegoriæ legibus intelligemus, ut sal spiritualem prudentiam significet, et divinam doctrinam, qua ea, quæ corrumpi possent, a putredine integra conservantur. Quamobrem et Dominus dicebat discipulis : « Habete sal [p] ; » et rursus : « Vos estis sal terræ. » Et in Veteri Testamento reperimus, nullum sine sale sacrificium fieri [r]. Sic illud item intelligendum est, « Non est præcisus umbilicus tuus. » Etenim, quoniam umbilicus, ut tradunt ii qui hæc profitentur, est velut radix quædam embryonis (per ipsum enim fetus **12** haurit alimentum, et augetur, atque perficitur) : idcirco Hierosolymam non esse præcisam hoc loco ait, quippe quæ, cum ex Ægypto esset genita, adhuc Ægyptiacam idololatriam hauriret, et ex materno utero fœdum illum cibum attraheret. « Et transivi, inquit, juxta te, et vidi te mistam in sanguine tuo. » Sacrificia illa significat, quæ idolis immolabantur. « Et dixi tibi : Vita de sanguine tuo, multiplicare. » Illis enim concessit ut immolarent : præcepit autem ut immolarent sibi : non quod ipse sacrificiis egeret, sed ut infirmitati ipsorum indulgeret. Victimis, inquit, et sanguine delectaris ? victimas igitur macta, non dæmonibus, sed mihi. Quamvis ego victimis non indigeam, fero tamen, undique consulens saluti tuæ. « Vita igitur, inquit, ex sanguine tuo, multiplicare. » Ad eumdem modum intelligendum est illud : « Ubera tua erecta sunt : » quæ enim præ nimia lascivia, atque idolorum insania dejecta prius pendebant, diligentia et curatione mea erecta sunt, et ad virginum redacta modum. Ostendit mutationem in melius, et impetum ad superiora, et temperantiæ studium. « Et capillus tuus, inquit, germinavit, » hoc est, cum esses omni ornatu spoliata, repente capillos, qui ornamento esse possent, extulisti. « Nuda autem eras, et confusione plena. » Nondum enim lex data, neque tabernaculum constructum fuerat, nec missa dona sponsalia. Itaque subjicit : « Et transivi juxta te, et vidi te : et ecce tempus tuum et tempus divertentium : » hoc est, Ad nubendum apta **13** facta es, et ad conjugium idonea. « Quapropter expandi alas meas super te, et operui ignominiam tuam. » Per alas varia munerum genera intelligit : nempe sacerdotium, prophetiam, rempublicam, regnum, miracula, dona illa, quæ verbis nequeunt explicari. « Et juravi tibi. » Hoc in magni Mosis scriptis perspicue cernitur. « Levabo enim, inquit, in cœlum manum meam, et jurabo per dexteram meam, et dicam : Vivo ego in sæculum [s]. » Et rursus : « Vivo ego, et vivit nomen meum, et implebit manus Domini universam terram [t]. » Juramenta igitur sua illi in memoriam revocat, « Juravi, inquiens, tibi, et ingressus sum in pacto tecum, ait Dominus Deus. » Legitimum,

καὶ οἱονεὶ τεχθεῖσα τῷ τῆς δουλείας ἐκείνης ἐξελθεῖν, ἔτι φέρεις τὰ τοῦ τόκου σημεῖα, μὴ ἀπολουσαμένη, ἀλλὰ τὸν μητρῷον [27] περικειμένη ῥύπον. Ἀκολούθως τούτοις ἐπάγει · « Οὐδὲ ἀλὶ ἡλίσθης, » ὅπερ ἔθος ταῖς μαίαις προσφέρειν τοῖς βρέφεσι. Καὶ τοῦτο δὲ κατὰ τοὺς τῆς ἀλληγορίας νόμους νοήσομεν · ἅλας εἰδότες τὴν πνευματικὴν σύνεσιν, καὶ τὴν θείαν διδασκαλίαν, τὴν διαστύφουσαν τὰ σεσηπότα, καὶ σῶα φυλάττουσαν. Διὸ καὶ ὁ Κύριος ἔλεγε τοῖς μαθηταῖς · « Ἔχετε ἅλας · » καὶ πάλιν, « Ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς. » Καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ δὲ εὑρίσκομεν οὐδεμίαν θυσίαν ἄνευ ἁλῶν προσφερομένην. Οὕτως νοοῦμεν τὸ, « Οὐκ ἐτμήθη ὁ ὀμφαλός σου. » Ἐπειδὴ γὰρ οἷόν τις ῥίζα τοῦ ἐμβρύου, κατὰ τοὺς τὰ τοιαῦτα δεινοὺς, ὁ ὀμφαλὸς ὑπάρχει (δι' αὐτοῦ γὰρ ὡς διά τινος ῥίζης ἀρύεται τὴν τροφὴν, καὶ αὔξεται, καὶ τελειοῦται) · εἰκότως ἐνταῦθα τὴν Ἱερουσαλὴμ ἔφη μὴ τετμῆσθαι · ὡς ἐξ Αἰγύπτου μὲν τεχθεῖσαν, ἔτι δὲ καὶ [28] τὴν Αἰγυπτιακὴν εἰδωλολατρείαν ἀρυομένην, καὶ ἐκ τῆς μητρῴας [29], νηδύος τὴν πονηρὰν ἐκείνην ἕλκουσαν τροφήν. « Καὶ διῆλθον ἐπὶ σὲ, φησὶν, καὶ εἶδόν σε πεφυρμένην ἐν τῷ αἵματί σου. » Σημαίνει δὲ τὰς τοῖς εἰδώλοις προσφερομένας θυσίας. « Καὶ εἶπά σοι · Ἐκ τοῦ αἵματός σου ζωὴ, πληθύνου. » Ἐπειδὴ συνεχώρησε μὲν αὐτοῖς θύειν · αὐτῷ δὲ θύειν ἐνομοθέτησεν, οὐκ αὐτὸς θυσίας δεόμενος, ἀλλὰ τῇ ἐκείνων ἀσθενείᾳ συγκαταβαίνων, Χαίρεις, φησὶ, θυσίαις καὶ αἵμασι ; μὴ τοῖς δαίμοσι θύε · ἀλλ' ἐμοὶ πρόσφερε τὰς θυσίας. Ἀνέχομαι γὰρ, μὴ δεόμενος τῶν θυμάτων, σοὶ παντα-χόθεν πραγματευόμενος σωτηρίαν. Διὰ τοῦτό φησιν · « Ἐκ τοῦ αἵματός σου ζωὴ, πληθύνου. » Οὕτω νοήσωμεν τὸ, « Οἱ μαστοί σου ἀνωρθώθησαν · » ἀντὶ τοῦ, Καθειμένοι [30] πρότερον διὰ τὴν πολλὴν ἀκολασίαν καὶ ἀκρασίαν, καὶ τὴν περὶ τὰ εἴδωλα μανίαν, ἐπιμελείας παρ' ἐμοῦ τυχόντες ἀνωρθώθησαν, καὶ οἱονεὶ παρθένων [31] ἐγένοντο. Δηλοῖ δὲ τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολὴν, καὶ τὴν ἐπὶ τὰ ἄνω ὁρμὴν, καὶ τῆς ἐγκρατείας τὴν κτῆσιν. « Καὶ ἡ θρίξ σου, φησὶν, ἀνέτειλε · » τουτέστι κόσμου παντὸς ἐστερημένη, ἐξαίφνης ἔσχηκας τρίχας κοσμῆσαι δυναμένας. « Σὺ δὲ ἦσθα γυμνὴ καὶ ἀσχημονοῦσα · » οὐδέπω γὰρ οὔτε νόμος ἐδέδοτο, οὔτε σκηνὴ κατεσκεύαστο, οὔτε τὰ νυμφικὰ ἔδνα προσενήνεκτο. Διὸ ἐπάγει · « Καὶ διῆλθον διὰ σοῦ, καὶ εἶδόν σε · καὶ ἰδοὺ καιρός σου, καὶ καιρὸς καταλυόντων · » ἀντὶ τοῦ, Ὡραία ἐγένου γάμου, καὶ ἐπιτηδεία πρὸς συνάφειαν. « Διὸ διεπέτασα πτέρυγάς μου ἐπὶ σέ · καὶ ἐκάλυψα τὴν ἀσχημοσύνην σου. » Σημαίνει δὲ διὰ τῶν πτερύγων τὰ ποικίλα χαρίσματα · τὴν ἱερωσύνην, τὴν προφητείαν, τὴν δημαγωγίαν, τὴν βασιλείαν, τὰ θαύματα, τὰς ἀῤῥήτους ἐκείνας δωρεάς. « Καὶ ὠμοσά σοι. » Τοῦτο σαφῶς ἔστιν εὑρεῖν ἐν τοῖς τοῦ μεγάλου Μωσέως συγγράμμασιν. « Ἀρῶ γὰρ, φησὶν, εἰς τὸν οὐρανὸν τὴν χεῖρά μου, καὶ ὀμοῦμαι τῇ δεξιᾷ μου · καὶ ἐρῶ · Ζῶ

[p] Marc. IX, 50. [q] Matth. V, 13. [r] Levit. II, 13. [s] Deut. XXXII, 40. [t] Num. XIV, 21.

VARIÆ LECTIONES.

[27] μητρῶον. Des. in cod. relicto spatio. [28] καὶ Des. in cod. [29] μητρῴας. Des. ibid. relicto spatio. [30] Cod. καθήμενοι. [31] Cod. παρθένοι.

Digitized by Google

ἐγὼ εἰς τὸν αἰῶνα. » Καὶ πάλιν· « Ἀλλ' ἢ ζῶ ἐγὼ, καὶ ζῇ τὸ ὄνομά μου, καὶ ἐμπλήσει ἡ δόξα Κυρίου πᾶσαν τὴν γῆν. » Διὸ τῶν γεγενημένων αὐτῇ ὅρκων ἀναμιμνήσκει, καί φησιν· « Ὡμοσά σοι, καὶ εἰσῆλθον ἐν διαθήκῃ μετὰ σοῦ, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος. » Ἔννομον, φησὶ, γέγονε τὸ συνοικέσιον, καὶ συνθῆκαι μεταξὺ ἡμῶν γεγένηνται· καὶ προικῷα γραμματεῖα παρηκολούθησαν, αἱρέσεις ἐννόμους ἔχοντα, σημαινούσας ὡς εἰ παραβαίης τὰς κειμένας συνθήκας, καὶ τῆς οἰκίας ἐκβληθήσῃ, καὶ τῶν ἕδνων ἀποστερηθήσῃ, καὶ ἀπελεύσῃ γυμνὴ, ὥσπερ εἰσελήλυθας. Σὺ γὰρ οὐδὲ τῷ γάμῳ προσενήνοχας. Ἐγὼ δὲ καὶ ἐρύπωμένην ἐξεκάθηρα, ἀλὸς [32] ἐστερημένην διήρτυσα, καὶ γυμνὴν οὖσαν ἠμφίασα, καὶ ἀκόλαστον οὖσαν ὀρθοὺς ἔχειν πεποίηκα τοὺς μαστούς. Διὸ ἐπάγει· « Καὶ εἰσῆλθον ἐν διαθήκῃ μετὰ σοῦ, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· καὶ ἐγένου μοι, καὶ ἔλουσά σε ὕδατι, καὶ ἀπέπλυνα τὸ αἷμά σου ἀπὸ σοῦ, καὶ ἔχρισά σε ἐν ἐλαίῳ, καὶ ἐνέδυσά σε ποικίλα· καὶ ὑπέδυσά σε ὑάκινθον, καὶ ἔζωσά σε βύσσῳ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ τοῦτο [33] δὲ ἔστι μαθεῖν ἀκριβῶς ἐκ τῶν τοῦ θειωτάτου Μωσέως συγγραμμάτων. Ἐκεῖνος γὰρ τὸν ἱερατικὸν κατασκευάζει κόσμον, καὶ τὸ ἅγιον ἔλαιον τῆς χρίσεως, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων διδαχθεὶς τῆς κατασκευῆς τὸν τρόπον. Οὕτω νοήσωμεν τὰ ψέλλια τῶν χειρῶν, καὶ τὸ κάθεμα [34] τοῦ τραχήλου, καὶ τὸ ἐνώτιον τοῦ μυκτῆρος, καὶ τοὺς τροχίσκους τῶν ὤτων, καὶ τὸν στέφανον τῆς καυχήσεως ἐπὶ τῆς κεφαλῆς κείμενον. Ψέλλια γὰρ χειρῶν τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν ὀνομάζει· τροχίσκους δὲ ὤτων τὴν τῶν θείων λογίων ἀκρόασιν, ὧν ἔχεσθαι δεῖ καθάπερ ἡ ἀκοὴ τοῦ τροχίσκου· κάθεμα δὲ τοῦ τραχήλου τὸν τῆς συνέσεως κόσμον ἐν τῷ ἡγεμονικῷ λάμποντα, ὃ τῇ καρδίᾳ ἐπαναπαύεται, τῇ τοῦ τραχήλου ἐξηρτημένῃ· ἐνώτιον δὲ ἐν μυκτῆρι κείμενον, τῶν θείων νόμων τὸν χαλινόν· ἐκ μεταφορᾶς τῶν ταύρων, τῶν οὕτως ὑπὸ τῶν βοηλατῶν ἀγομένων. Καὶ γὰρ διὰ Ὡσηὲ τοῦ προφήτου τοιαῦτα πάλιν φησὶν ὁ Θεός· « Ὡς δάμαλις παροιστρῶσα παροίστρησεν Ἐφραΐμ. » Καὶ πάλιν, « Ἤκουσα, φησὶν, Ἐφραΐμ ὀδυρομένου· Ἐπαίδευσάς με, Κύριε, καὶ οὐκ ἐπαιδεύθην· ὥσπερ μόσχος οὐκ ἐδιδάχθην. » Διὸ ἀναγκαίως τοῦ τοιούτου χαλινοῦ ἐδεήθη, ἵνα τῆς ἐτάκτου φορᾶς διὰ τούτου κωλύηται. Οὕτω νοήσωμεν καὶ πορνικὸν οἴκημα. Τοὺς γὰρ τῶν εἰδώλων οἴκους διὰ τούτων ἐσήμανε. Πορνικὸν δὲ αὐτὸ προσηγόρευσεν οἴκημα· ἐπειδὴ οἷον [35] τῷ Θεῷ συνημμένη, καὶ τοῦτον ἄνδρα ὀνομάζουσα, τῶν πονηρῶν ἠράσθη δαιμόνων, καὶ τούτοις ἐδείματο ναοὺς, καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χορηγούμενα αὐτῇ δῶρα τούτοις προσέφερε. Διὰ τοῦτο ἐπήγαγε· « Καὶ ἐπ' ἀρχὴν πάσης ὁδοῦ ᾠκοδόμησας τὰ πορνεῖά σου, καὶ ἐλυμήνω τὸ κάλλος σου, καὶ διήγαγες τὰ σκέλη σου παντὶ παρόδῳ, » τὴν τῆς ἀκολασίας ὑπερβολὴν διὰ τούτου παραδηλῶν. Οὐ γὰρ τοῖς συνήθεσι μόνοις ἐγένου· ἀλλὰ πάντας τοὺς παριόντας ἐφελκομένη

A inquit, connubium contractum est, inita sunt inter nos pacta, dotales tabulæ confectæ sunt, et hæc legali ac voluntaria conditione confirmata, ut si pacta violaveris, domo sponsalibus muneribus exuta ejiciaris, et nuda, quemadmodum veneras, revertaris. Nihil enim ad nuptias attulisti. Ego autem te sordibus inquinatam abstersi, salis expertem sale condivi, nudam indui, et effeci, ut quæ dissoluta fueras erecta haberes ubera. Quamobrem addit : « Et ingressus sum in pacto tecum, dicit Dominus Deus. Et facta es mihi : et lavi te aqua, et emundavi sanguinem tuum, et unxi te oleo, et vestivi te discoloribus : et calceavi te hyacintho et cinxi te bysso : » et quæ deinceps sequuntur.

B Hæc autem ex divinissimi Mosis scriptis facile licet colligere. **14** Ille enim et sacra constituit ornamenta, et sanctum unctionis oleum, quemadmodum ab omnium Deo fuerat edoctus. Sic manuum armillas, et colli torquem, et inaurem super nares, et rotulas aurium, et coronam gloriationis capiti impositam intelligamus. Per manuum enim armillas, virtutes morales significat : per rotulas aurium, divinarum Scripturarum intelligentiam, qua, ut rotulis aures, sic animus est ornandus : per colli torquem, prudentiam in principali parte splendentem, quæ in corde, quod pendet a collo, quiescit : per inaurem vero super nares, legum divinarum frenum, a tauris desumpta metaphora, qui sic a bubulcis aguntur. Siquidem et per Oseam prophetam talia rursus loquitur Deus : « Sicut vitula

C œstro percita insanivit Ephraim[a]. » Et per Jeremiam : « Audivi, inquit, Ephraim lamentantem : Castigasti me, Domine, et eruditus non sum, quasi juvenculus non didici[b]. » Hinc freno ejusmodi egebat omnino, ut ab incomposito gressu cohiberetur. Hoc modo et lupanar intelligendum. Idolorum enim delubra hoc nomine significavit. Lupanar autem appellavit, quia cum esset Deo conjuncta, eumque virum appellaret, improbos dæmones adamavit, atque illis templa construxit, et quæ a Deo acceperat munera, ea dæmonibus est elargita. Idcirco subjicit : « Ad omne caput viæ ædificasti lupanaria tua, et corrupisti decorem tuum : et divisisti crura tua omni transeunti. » Illis verbis exprimit **15** vim

D libidinis incredibilem. Non enim cum familiaribus solis habebas consuetudinem, sed ardore libidinis furens cum omnibus prætereuntibus impudice commiscebaris. Mistionem hic rursus figurate nominat cultum idolorum. Animadvertendum est autem, quibus vocabulis utatur Deus universorum, ut immensum idololatriæ studium explicet. « Divisisti, inquit, crura tua omni transeunti, et multiplicasti fornicationes tuas, et fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis, qui sunt magnarum car-

[a] Osee IV, 16. [b] Jerem. XXXVIII, 18, juxta edit. Romanam.

VARIÆ LECTIONES.

[32] ἁλὸς cod. præm. καί. [33] τοῦτο. cod. ταῦτα. [34] cod. κατάθημα. Sic quoque deinde. [35] οἷον abest a cod relicto spatio.

Digitized by Google

nium. » His quoque verbis nimium idolorum atque impietatis ardorem ostendit : « Nec facta es quasi meretrix quæstus colligens, sed mulier adultera similis tibi, quæ præter virum suum accipit mercedes. Omnibus qui fornicati sunt cum ipsa dabat mercedes. Tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis : et donis onerabas eos, ut intrarent ad te undique ad fornicandum tecum. Factumque est in te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis. » Per hæc item significavit, quod cum a Deo et frumentum, et vinum, et oleum, et oves, et boves, et vitulos accepissent, ea, contempto Deo, cujus erant dona, idolis obtulerint, a quibus nihil unquam nisi perniciem acceperant : ac mercedem quidem non ab adulteris accipiebant, sed ipsis largiebantur. His similia sunt apud Jeremiam prophetam. « Nunc enim, ait, mœchata es cum lapide et ligno. Leva oculos tuos in directum, et vide ubi **16** non inquinata sis. Nunc vero in viis sedebas, exspectans eos, quasi cornix in solitudine sola : et polluisti terram fornicationibus tuis [t]. » Et beatus Isaias : « Quomodo, inquit, facta est meretrix civitas fidelis Sion, plena judicii ? in qua justitia dormivit, nunc autem homicidæ [u]. » Et rursus : « Qualis est, inquit, hic liber repudii matris vestræ, quo dimisi eam ? aut cuinam cum debitor essem vendidi vos ? Ecce enim in iniquitatibus vestris venditi estis, et in sceleribus vestris dimisi matrem vestram. » Sed quid opus est, singula quæ per prophetas a Domino dicta sunt, persequi ? ex iis enim, quæ commemoravimus, discere possimus, ita tractandas esse divinas Scripturas, ut non litteram sequamur solum, sed mentem ac sensum illius aperiamus.

A veteri igitur ad novam sponsam accedentes, hac ratione Canticum canticorum interpretemur, rejectisque falsis ac perniciosis opinionibus, sanctos imitemur Patres, atque unam sponsam cum uno sponso colloquentem agnoscamus, et qui sit sponsus, quæque sit sponsa, a sanctis discamus apostolis. Id enim docet nos et divinissimus Paulus, ita scribens : « Despondi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo [v]. » Sponsam autem ex multis conflatam dicit. Nam despondi, inquit, non te, sed vos, hoc est, animas pias et in virtute perfectas. Sponsam enim divina Scriptura Ecclesiam intelligit : sponsum autem Christum appellat. Et magnus ille Joannes, qui legis finem et gratiæ principium **17** ostendit, quique inter pædagogum

A ἀκολάστως ἐμίγνυσο· μίξιν δὲ πάλιν ἐνταῦθα τροπικῶς τὴν τῶν εἰδώλων θεραπείαν ὀνομάζει. Δεῖ δὲ ἐπιτηρῆσαι, ὁποίοις [36] ὀνόμασιν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐχρήσατο, τὴν τῆς εἰδωλολατρείας ἀμετρίαν σημᾶναι βουλόμενος. « Διήγαγες γὰρ τὰ σκέλη σου παντὶ παρόδῳ, καὶ ἐπλήθυνας τὴν πορνείαν σου. Καὶ ἐξεπόρνευσας ἐπὶ τοὺς υἱοὺς Αἰγύπτου τοὺς ὁμορροῦντάς σοι, τοὺς μεγαλοσάρκους. » Πάλιν ἐνταῦθα τῆς εἰδωλολατρείας τὸ [37] μέγεθος, καὶ ἀσεβείας τὴν ὑπερβολὴν τοιούτοις ὀνόμασι παρεδήλωσεν· « Καὶ οὐκ ἐγένου ὡς πόρνη συνάγουσα μισθώματα· ἡ γυνὴ ἡ μοιχωμένη ὁμοία σοι, ἡ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς λαμβάνουσα μισθώματα, πᾶσι τοῖς ἐκπορνεύσασιν αὐτὴν προεδίδου μισθώματα· καὶ σὺ δέδωκας μισθώματα πᾶσι τοῖς ἐρασταῖς σου, καὶ ἐφόρτιζες αὐτοὺς, τοῦ B ἔρχεσθαι πρὸς σὲ κυκλόθεν ἐν τῇ πορνείᾳ σου, καὶ [38] ἐγένετο ἐν σοὶ διεστραμμένα παρὰ τὰς γυναῖκας ἐν τῇ πορνείᾳ σου. » Καὶ διὰ τούτων πάλιν ἐσήμανεν, ὅτι παρὰ τοῦ Θεοῦ λαμβάνοντες, καὶ σῖτον, καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον, καὶ πρόβατα, καὶ βόας, καὶ μόσχους, τοῖς εἰδώλοις τὰς θυσίας προσέφερον· τὸν μὲν Θεὸν ἀτιμάζοντες, οὗ ταῦτα τὰ δῶρα ἐτύγχανον· τοῖς δὲ μηδὲν πώποτε παρεσχηκόσιν, ὀλέθρου δὲ μόνον προξένοις, ταῦτα προσφέροντες· καὶ μισθὸν τοῖς μοιχοῖς ὀρέγοντες, μισθὸν δὲ παρ' αὐτῶν οὐ λαμβάνοντες. Τούτοις ὅμοια καὶ τὰ παρὰ τῷ προφήτῃ Ἱερεμίᾳ· « Νῦν μὲν γὰρ, φησὶ, ἐμοίχευσας τὸ ξύλον, καὶ τὸν λίθον. Ἆρον [39] τοὺς ὀφθαλμούς σου εἰς εὐθεῖαν, καὶ ἰδὲ ποῦ οὐκ ἐξεφύρθης. Νῦν δὲ ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἐκάθισας προσδοκῶσα αὐτοὺς, ὡσεὶ κορώνη ἐν ἐρήμῳ C μόνη, καὶ [40] ἐμίανας τὴν γῆν ἐν ταῖς πορνείαις σου. » Καὶ ὁ μακάριος δὲ Ἡσαΐας, « Πῶς ἐγένετο, φησὶ, πόρνη πόλις πιστὴ Σιὼν, ἡ πλήρης κρίσεως ; ἐν ᾗ δικαιοσύνη ἐκοιμήθη ἐν αὐτῇ, νῦν δὲ φονευταί. » Καὶ αὖθις· « Ποῖον, φησὶ, τὸ βιβλίον τοῦτο τοῦ ἀποστασίου τῆς μητρὸς ὑμῶν ; ἢ τίνι ὑπόχρεως ὢν πέπρακα ὑμᾶς ; Ἰδοὺ ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἐπράθητε, καὶ ταῖς ἀνομίαις ὑμῶν ἐξαπέστειλα τὴν μητέρα ὑμῶν. » Καὶ τί δεῖ πάντα λέγειν τὰ διὰ τῶν προφητῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων λεγόμενα ; ἀπόχρη γὰρ καὶ τὰ εἰρημένα διδάξαι ἡμᾶς, ὅπως δεῖ νοεῖν τὰς θείας Γραφὰς, μὴ τῷ γράμματι μόνον προσέχοντας, ἀλλὰ καὶ τὴν τούτου διάνοιαν ἀναπτύσσοντας.

Ἐκ τῆς παλαιᾶς τοίνυν νύμφης ἐπὶ τὴν νέαν ποδηγηθέντες, οὕτω νοήσωμεν τὸ τοῦ Ἄσματος τῶν ᾀσμάτων βιβλίον, καὶ τὰς διεψευσμένας καὶ βλαβερὰς ἐκείνας δόξας καταλιπόντες, τοῖς ἁγίοις Πατράσιν ἀκολουθήσωμεν, καὶ νοήσωμεν μίαν νύμφην ἑνὶ νυμφίῳ διαλεγομένην, καὶ μάθωμεν παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, τίς τε ὁ νυμφίος, καὶ τίς ἡ νύμφη. Διδάσκει γὰρ ἡμᾶς καὶ ὁ θειότατος Παῦλος, οὕτως D γράφων· « Ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ, παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ [41]. » Καὶ τὴν μὲν νύμφην ἐκ πολλῶν λέγει συγκεκροτημένην. Ἡρμοσάμην γὰρ, λέγει, ὑμᾶς, οὐ σὲ, ὡς εἶναι δηλονότι τὰς εὐσεβεῖς καὶ τελείας ἐν ἀρετῇ ψυχάς. Νύμφην γὰρ [42] οἶδεν ὁ θεῖος λόγος τὴν Ἐκκλησίαν· νυμφίον δὲ τὸν Χριστὸν ὀνομάζει. Καὶ ὁ μέγας δὲ Ἰωάννης, ὁ δείξας

[t] Jerem. III, 2. [u] Isa. I, 21. [v] II Cor. II, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[36] ὁποίοις. abest a cod. [37] τό. des. ibid. [38] καὶ — πορνείᾳ σου des. ibid. [39] ἆρον — ἐξεφύρθης des. in cod. relicto spatio. [40] καὶ — πορνείαις σου, des. in cod. [41] Χριστῷ. cod. Θεῷ. [42] γὰρ abest a cod.

Digitized by Google

τοῦ νόμου τὸ τέλος, καὶ τῆς χάριτος τὴν ἀρχήν, ὁ μέσος τοῦ παιδαγωγοῦ καὶ τοῦ σοφοῦ διδασκάλου, ἐφ' οὗ ἡ σκιὰ τὸ σῶμα ἐδέξατο, « Ὁ ἔχων, φησὶ, τὴν νύμφην νυμφίος ἐστὶν, ὁ δὲ φίλος τοῦ νυμφίου, ὁ ἑστηκὼς καὶ ἀκούων αὐτοῦ τῶν λόγων, χαρᾷ χαίρει διὰ τὴν φωνὴν τοῦ νυμφίου. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος νυμφίον ἑαυτὸν ὀνομάζει. Τῶν γὰρ [48] Φαρισαίων αἰτιασαμένων τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους, ὡς μὴ νηστεύοντας, ἐπήγαγε λέγων· « Οὐ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος νηστεύειν ἐν ὅσῳ μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος. Ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι, ὅταν ἀρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσιν [49]. » Οὐκοῦν νοήσωμεν νύμφην μὲν τὴν Ἐκκλησίαν, νυμφίον δὲ τὸν Χριστόν· νεάνιδας δὲ τὰς τῇ νύμφῃ ἑπομένας, εὐσεβεῖς μὲν ψυχὰς καὶ νεανικὰς, οὐδέπω δὲ τῆς νύμφης τὴν ἀρετὴν μιμησαμένας καὶ τῆς τελειότητος ἠξιωμένας. Διὸ ἕπονται μὲν τῇ νύμφῃ, νύμφαι δὲ οὐ προσαγορεύονται. Ἔχει δὲ τὸ σύγγραμμα καὶ ἑτέρους τινὰς τῷ νυμφίῳ συνόντας· οὓς εἴτε ἀγγέλους εἴποι τις τῷ Δεσποτικῷ προστάγματι διακονοῦντας, καὶ τὴν νύμφην διακοσμοῦντας, εἴτε [50] προφήτας πόρρωθεν ταῦτα προκηρύττοντας, εἴτε ἀποστόλους ἀγγελικῶς καὶ αὐτοὺς τοῖς Δεσποτικοῖς νεύμασιν ὑπηρετοῦντας, τοῦ τῆς ἀληθείας οὐχ ἁμαρτήσεται σκοποῦ. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μᾶλλον [51] ἀγγέλους εἶναι. Ἐπειδὴ τὰς τετελειωμένας ἐν ἀρετῇ ψυχὰς αὐτὴν νοεῖν τὴν νύμφην τὰ θεῖα ἡμᾶς ἐδίδαξε λόγια· οὐδὲν δὲ ἀποστόλων καὶ προφητῶν τελειότερον, πλὴν ἀγγέλων [52]· διὸ μᾶλλον ἐμοὶ δοκεῖ ἀγγέλους εἶναι τοὺς τῷ νυμφίῳ διακονοῦντας, καὶ τὴν νύμφην θεραπεύειν ἐσπουδακότας. Εὑρίσκομεν γὰρ καὶ εὐθὺς τοῦ νυμφίου τεχθέντος χορὸν ἀγγελικὸν γαννύμενον, καὶ εὐφραινόμενον, καὶ ὑμνοῦντα, καὶ βοῶντα· « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ τῆς [53] γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. » Καὶ αὐτῇ δὲ τῇ συλλήψει Γαβριὴλ ὁ ἀρχάγγελος διηκόνησε· καὶ τῷ Ἰωσὴφ ἄγγελος, καὶ τὴν εἰς Αἴγυπτον φυγὴν, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἐπάνοδον προστεταχὼς φαίνεται· καὶ μετὰ τοὺς κατὰ τοῦ διαβόλου ἀγῶνας, ἄγγελοι προσελθόντες διηκόνησαν τῷ ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας ἀγωνισαμένῳ, καὶ τὸν ἀνταγωνιστὴν καταλύσαντι, εὐφημοῦντες, ἀνυμνοῦντες, περιέποντες. Καὶ ἐν τῷ καιρῷ δὲ τοῦ πάθους, ἄγγελοι παρῆσαν τὸ ἀνθρώπινον ὑπερείδοντες. Καὶ τῷ τάφῳ ἄγγελοι προσεδρεύοντες ἐκήρυττον αὐτοῦ τὴν ἀνάστασιν· καὶ ἡνίκα εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνελήφθη, ἄγγελοι τοῖς ἀποστόλοις ἔλεγον· « Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε βλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν; οὗτος Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται πάλιν. » Διό μοι δοκεῖ τὰ σὺν τῷ νυμφίῳ τάγματα ἀγγέλων εἶναι τοῖς τοῦ νυμφίου νεύμασιν ὑπηρετούντων, καὶ τὴν νύμφην πάσης κηδεμονίας ἀξιούντων. Καὶ τοῦτο δὲ προειπεῖν ἀναγκαῖον, ὡς τρία τοῦ Σολομῶντος ἐδιδάχθημεν εἶναι συγγράμματα, τὰς Παροιμίας, καὶ τὸν Ἐκκλησιαστὴν, καὶ

A et sapientem magistrum medius fuit, cujus tempore umbra corpus accepit: « Qui, inquit, sponsam habet, sponsus est. Amicus autem sponsi, qui stat et audit verba ejus, gaudio gaudet propter vocem sponsi [x]. » Quid quod ipse Dominus se sponsum appellat? Cum enim Pharisæi sanctos apostolos ut non jejunantes accusarent, refellit eos: « Nunquid possunt, inquiens, filii sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, et tunc jejunabunt [y]. » Sponsam igitur Ecclesiam, sponsum Christum intelligamus; adolescentulas vero, quæ sponsam sequuntur, animas pias, sed rudiores, quæ sponsæ virtutem nondum sunt imitatæ, nec perfectionem consecutæ. Quamobrem sequuntur quidem spon-
B sam, sed sponsæ non appellantur. Habet præterea textus et alios quosdam cum sponso versantes, quos sive angelos quispiam dixerit, Domini mandatis obsequentes et sponsam exornantes: sive prophetas hæc multo ante annuntiantes, sive apostolos angelico et ipsos more Domini nutibus inservientes, a veritatis scopo non aberrabit. Mihi vero magis placet, angelos intelligere. Nam animas in virtute perfectas sponsam agnoscere, docent divinæ Scripturæ: nihil autem apostolis et prophetis perfectius, præter angelos: his de causis, qui sponso serviunt, et sponsæ obsequi student, mihi potius angeli videntur esse. Quandoquidem
18 et sponso statim genito chorum angelicum invenimus gaudentem, atque exsultantem, et jucun-
C dis cantibus conclamantem: « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, in hominibus beneplacitum [z]. » Præterea in conceptione Gabriel archangelus minister fuit. Ad hæc angelus ipsi Josepho, tum fugam in Ægyptum, tum ex Ægypto reditum cernitur præcepisse. Et post certamina cum diabolo confecta, accedentes angeli faustis cum acclamationibus ac laudibus, atque omni obsequio ministrabant ei, qui pro imbecillitate nostra depugnaverat, et adversarium vicerat. Necnon et passionis tempore præsto fuerunt angeli humanitatem confirmantes. Ad sepulcrum etiam assidentes angeli resurrectionem ipsius nuntiabant. Ac denique, cum assumptus est in cœlum, angeli ad apostolos
D dixerunt: « Viri Galilæi, quid statis suspicientes in cœlum? hic Jesus, qui assumptus est a vobis in cœlum, sic veniet iterum [a]. » Mihi ergo cum sponso videntur esse ordines angelorum, qui et illius observent nutus, et sponsam omnibus officiis ac studiis prosequantur. Illud etiam præfari necessarium est, tria Salomonis esse volumina, Proverbia, Ecclesiasten, et Canticum canticorum: ac Proverbia quidem utilem de moribus disciplinam complecti, Ecclesiasten autem eorum, quæ sensibus perci-

[x] Joan. III 29. [y] Matth. IX, 15, 16. [z] Luc. II, 14. [a] Act. I, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[48] γὰρ des. in cod. [49] cod. νηστεύουσιν. [50] εἴτε — προκηρύττοντας des. in cod. [51] ἀγγέλους abest a cod. [52] πλὴν ἀγγέλων des. ibid. [53] τῆς des. in cod.

Digitized by Google

piuntur, naturam indicare, vitæque præsentis docere vanitatem : ut ea fluxa et fragilia cognoscentes, tanquam prætereuntia spernamus, et ea quæ futura sunt, ut permanentia concupiscamus : **19** Canticum vero canticorum mysticam sponsæ et sponsi necessitudinem et conjunctionem continere. Ut adeo universa Salomonis doctrina sit veluti scala quædam, quæ tribus gradibus constet, morali, naturali et mystico. Principio igitur qui ad pie recteque vivendi disciplinam accedit, necesse est ut bonis actionibus animum purget, atque ita deinceps fugacem rerum prætereuntium, quæ sensu jucundæ videntur, vanitatem despiciat : et inde postremo sublimis avolet ad sponsum, perpetua bona pollicentem, amandum et complectendum. Idcirco tertio etiam loco hic constitutus est liber, ut ratione et via ad perfectionem contendamus. Arbitror autem sapientem Salomonem a patre, utpote prophetam, ac magno quidem propheta, edoctum hæc conscripsisse. Audierat enim omnino illum ita canentem : « Astitit regina a dexteris tuis, in vestitu deaurato, circumamicta, variegata [b]. » Et rursus : « Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populi tui ac domus patris tui : et concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus [c]. » Hujus quidem libri lectionem adolescentibus, atque ætate adhuc imperfectis, prorsus interdicunt, solis autem viris perfectis, qui recondita et arcana percipere valeant, et spiritualiter intelligere quæ scripta sunt, legendum præbent. Omissa igitur disputatione, utrum prophetice scriptus sit, an quæ a patre didicerat Salomo, ea litterarum monumentis mandarit, expositionem aggrediamur : hoc unum a lectoribus postulantes, ne furti nos insimulent, **20** si quid, quod a patribus dictum sit, in his commentariis offenderint. Fatemur enim et nos ab illis explanationis occasionem accepisse. Hoc autem non furtum appellari debet, sed paterna hæreditas. Quanquam ad illa, quæ ab eis accepimus, adjunximus quæ nostra sunt. Et quod latius a quibusdam explicatum est, nos contraximus : quod autem diligentiam requirebat, dilatavimus. Laborem denique suscepimus, lectoribus, ut arbitror, haud inutilem. Quamobrem, eos qui sine labore laborum nostrorum fructum sunt percepturi, rogatos volumus, ut nobis pro laboribus nostris orationes ac preces impertiant suas. Quod si minus accurata videbitur explicatio, laborem saltem boni consulas, et quæ desunt ipse doceas.

A τὸ Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων· καὶ αἱ μὲν Παροιμίαι τὴν ἠθικὴν ὠφέλειαν τοῖς βουλομένοις προσφέρουσιν· ὁ δὲ Ἐκκλησιαστὴς, τῶν ὁρωμένων ἑρμηνεύει τὴν φύσιν, καὶ τοῦ παρόντος βίου τὸ μάταιον ἐκδιδάσκει, ἵνα μαθόντες αὐτῶν τὸ ἐπίκηρον, ὡς παριόντων καταφρονήσωμεν, καὶ τῶν μελλόντων ὡς μενόντων ἐπιθυμήσωμεν. Τὸ δὲ Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων, τὴν μυστικὴν συνάφειαν τῆς νύμφης καὶ τοῦ νυμφίου διδάσκει· ὡς εἶναι τὴν πᾶσαν τοῦ Σολομῶντος πραγματείαν κλίμακά τινα, τρεῖς ἔχουσαν τοὺς βαθμοὺς, τὸν ἠθικὸν, τὸν φυσιολογικὸν, τὸν μυστικόν. Δεῖ γὰρ τὸν εὐθὺς προσιόντα τῇ εὐσεβείᾳ καθαρθῆναι πρότερον διὰ τῆς ἀγαθῆς πράξεως τὴν διάνοιαν· εἶθ' οὕτως κατοπτεῦσαι τῶν παριόντων [a] τὸ μάταιον, καὶ τῶν δοκούντων τερπνῶν τὸ ἐπίκηρον· καὶ ἐντεῦθεν λοιπὸν
B ἀναπτῆναι, καὶ τὸν νυμφίον ποθῆσαι, τὸν τὰ αἰώνια ἐπαγγειλάμενον ἀγαθά. Διὰ τοῦτο καὶ τρίτον τέτακται τὸ βιβλίον τοῦτο· ἵνα ὁδῷ τις βαδίζων ἐπὶ τὸ τέλειον ἔλθοι. Ἡγοῦμαι δὲ τὸν σοφὸν Σολομῶντα ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ἅτε δὴ προφήτου καὶ μεγάλου προφήτου, δεδιδαγμένον ταῦτα συγγεγραφέναι. Ἤκουσε γὰρ αὐτοῦ πάντως ᾄδοντος· « Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. » Καὶ πάλιν· « Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου, ὅτι αὐτός ἐστι Κύριός σου. » Ἀμέλει τοῖς μειρακίοις, καὶ τοῖς ἀτελέσιν ἔτι τὴν ἡλικίαν, οὐκ ἐπιτρέπουσιν αὐτοῦ τὴν
C ἀνάγνωσιν· μόνοις δὲ τοῖς εἰς ἄνδρας τελοῦσιν, καὶ συνιέναι δυναμένοις τὰ κεκρυμμένα, καὶ πνευματικῶς νοῆσαι τὰ γεγραμμένα, ἀναγινώσκειν κελεύουσιν. Οὐκοῦν παυσάμενοι τοῦ ζυγομαχεῖν, εἴτε προφητικῶς συγγέγραπται τὸ βιβλίον, εἴτε μεμαθηκὼς παρὰ τοῦ πατρὸς, ἃ ἐδιδάχθη διδάσκει, τῆς ἑρμηνείας ἀψώμεθα· τοσοῦτον τοὺς ἐντευξομένους παρακαλέσαντες, μὴ κλοπὴν ἡμῶν κατηγορεῖν, εἴ τι τοῖς πατράσιν εἰρημένον ἐν ταῖς ἡμετέραις εὗροιεν ἑρμηνείαις. Ὁμολογοῦμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς παρ' ἐκείνων τὰς ἀφορμὰς εὑρηκέναι τῆς σαφηνείας· ἔστι δὲ τὸ τοιοῦτον οὐ κλοπὴ, ἀλλὰ κληρονομία πατρῴα. Καὶ τὰ μὲν παρ' ἐκείνων εἰληφότες τίθεμεν, τὰ δὲ αὐτοὶ ἐπεξευρόντες προστίθεμεν. Καὶ τὰ μὲν, ὡς διὰ πλάτους εἰρημένα τισὶν, συντέμνομεν· τὰ δὲ ἐπεξεργα-
D σίας δεόμενα διευρύνομεν. Καὶ ὅλως ἀνεδεξάμεθα πόνον, οὐκ ἄχρηστον οἶμαι τοῖς ἐντευξομένοις ἐσόμενον. Διὸ τοὺς ἀπόνως τοὺς ἡμετέρους καρπουμένους πόνους παρακαλοῦμεν, εὐχὰς ἡμῖν ἀντιδοῦναι τῶν πόνων. Εἰ δὲ οὐκ ἀκριβὴς ἡ ἑρμηνεία φανείη, τὸν γοῦν πόνον ἀπόδεξαι, καὶ τὰ λείποντα δίδαξον [a].

[b] Psal. XLIV, 10. [c] ibid. 11, 12.

VARIÆ LECTIONES.

[a] cod. παρόντων. [a] δίδαξον. In cod. sequuntur ista : Ἑτέρα ἑρμηνεία κατὰ παράφρασιν τοῦ Ἄσματος τῶν ᾀσμάτων, συλλεγεῖσα ἀπό τε τῶν εἰς τοῦτο ἑρμηνειῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Νύσσης, τοῦ ἁγίου Νείλου καὶ τοῦ ἁγίου Μαξίμου. Inc. Ἐπειδὴ καὶ τὰς Παροιμίας, κ. λ. Deinde sequitur ἑτέρα ἐξήγησις εἰς τὸ Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων ἐξηγηθὲν παρὰ τοῦ Ψελλοῦ διὰ στίχων πολιτικῶν. Inc. Ἐπείπερ τὸ φιλομαθὲς, κ. λ. Eadem exstant Latine in editione horum Commentariorum quæ Venetiis anno 1573, in-4 prodiit, interprete Petro Franc. Zino, interjectis Maximi, Nili, Psellique commentariis ; necnon in editione Lat. omnium Theodoreti operum, quæ prodiit Coloniæ a. 1573, fol.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΟ ΑΣΜΑ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ.

BEATI THEODORETI

EPISCOPI CYRENSIS

INTERPRETATIO IN CANTICUM CANTICORUM.

Ἐπειδὴ τῇ θείᾳ θαῤῥήσαντες χάριτι τῆς ἑρμηνείας τοῦ βιβλίου τούτου κατεθαῤῥήσαμεν, φέρε πρῶτον ἁπάντων αὐτὴν τοῦ βιβλίου τὴν προγραφὴν ἐξετάσαντες εὐκρινῆ καταστήσωμεν. Ἆσμα ᾀσμάτων, ὃ ᾄσθη τῷ Σολομῶντι [1]. Σκοπήσωμεν τί δήποτε οὐκ Ἆσμα, ἀλλ' « Ἆσμα ᾀσμάτων » αὐτὸ προσηγόρευσεν ὁ σοφὸς Σολομών. Ὅτι γὰρ οὐδὲν εἰκῇ καὶ μάτην ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος ἐνεργούμενον λέγεται, δῆλον τοῖς σώφρονι λογισμῷ καὶ εὐσεβεῖ κεχρημένοις καθέστηκε. Τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος, σκοπητέον τίνος ἕνεκεν « Ἆσμα ᾀσμάτων, » ἀλλ' οὐκ Ἆσμα, τοῦτο καλεῖται τὸ σύγγραμμα. Πολλὰ μὲν οὖν ᾄσματα, καὶ ψαλμοὺς, καὶ ὕμνους, καὶ ᾠδὰς, παρά τε τῷ μακαρίῳ Δαβὶδ, καὶ παρὰ τοῖς πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν προφήταις εὑρίσκομεν εἰρημένα καὶ συγγεγραμμένα· καὶ Μωσῆς μὲν ὁ μέγας ᾖσε πρώτην μὲν ᾠδὴν τὴν ἐπινίκιον, ἡνίκα ἡ θάλασσα διαιρεθεῖσα, αὐτοῖς μὲν τοῖς Ἰσραηλίταις ὁδὸς ἐγένετο, τοῖς δὲ Αἰγυπτίοις τάφος· δευτέραν δὲ ᾠδὴν ᾖσεν εὐχαριστήριον τὴν ἐπὶ τῷ φρέατι· τρίτην δὲ, ἐν ᾗ τὰς θείας διηγήσατο δωρεὰς, καὶ τῆς ἀγνώμονος γνώμης τοῦ λαοῦ κατηγόρησεν. Καὶ ὁ μακάριος δὲ Δαβὶδ τοὺς μὲν ἐπινικίους ᾖσεν ὕμνους, τοὺς δὲ ἐπιληνίους· καὶ τοὺς μὲν ὀρθρίους, τοὺς δὲ ἑσπερίους. Ὁ δὲ σοφὸς Σολομὼν οὐκ ἐπινίκιον, οὐδὲ ὄρθριον, ἀλλ' ἐπιθαλάμιον ᾆσμα συγγράφει. Τὰ μὲν γὰρ ἐπινίκια ᾄσματα δηλοῖ τῶν πολεμίων κατάλυσιν καὶ τῶν αἰχμαλώτων λύσιν, ὡς τὸ, « Ἀνταναιρῶν πολέμους μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς. Τόξον συντρίψει, καὶ συνθλάσει [4] ὅπλον, καὶ θυρεοὺς καταχαύσει ἐν πυρί. Σχολάσατε [5], καὶ γνῶτε ὅτι ἐγώ [6] εἰμι Θεός [7]· ὑψωθήσομαι ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὑψωθήσομαι ἐν τῇ γῇ. » Σημαίνει γὰρ, ὅτι τῶν πολεμίων τὴν πανοπλίαν συντρίψας, καὶ τοὺς ὑπ' ἐκείνους πάλαι τελοῦντας αἰχμαλώτους ἐλευθερώσας, A

[1] Quoniam divina gratia confisi librum hunc suscepimus explicandum, age primum omnium inscriptionem ipsius expendentes, planam ac dilucidam reddamus. *Canticum canticorum, quod Salomo cecinit.* Consideremus, cur librum hunc non Canticum sapiens Salomo inscripserit, sed « Canticum canticorum. » Nihil enim a divino Spiritu temere frustraque fieri, apud homines prudentes ac pios minime dubium est. Quod cum ita sit, explorandum est, qua de causa « Canticum canticorum, » non autem Canticum, volumen hoc fuerit appellatum. Multa igitur cantica, et psalmos, et hymnos, et odas, tum a beato Davide, tum a prophetis, qui ante et post ipsum exstiterunt, dicta et conscripta fuisse **22** non ambigimus. Ac Moses quidem ille magnus primum cecinit canticum, cum mare divisum Israelitis quidem iter aperuit, Ægyptiis autem sepulturam [a]. Alterum super puteo canticum gratiarum actionis [b]. Tertium vero, in quo divina munera commemorans ingrati animi populum arguit [c]. At beatus David hymnos composuit, alios victoriales, alios vindemiales, et alios matutinos, alios vespertinos. Sapiens autem Salomo non victoriale, nec matutinum, sed nuptiale Canticum conscribit. Cantica quæ vocant *Epinicia*, hostium interitum ostendunt, et excussum servitutis jugum, quale est illud: « Auferens bella usque ad fines terræ. Arcum conteret, et confringet arma, et scuta comburet igne. Vacate, et cognoscite me esse Deum: exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra [d]. » Significat enim, se hostibus devictis et profligatis diutino dominatu oppressos in libertatem vindicasse, ac sibi subjecisse, ejusmodi regno constituto, in quo sibi omnes B C

[a] Exod. xv, 1-19. [b] Num. xxi, 17, 18. [c] Deut. xxxii, 1-43. [d] Psal. xlv, 9-11.

VARIÆ LECTIONES.

[1] cod. μακαρίτου. [2] δ—Σολομῶντι. cod. ὅ ἐστι τῷ Σαλωμών. Hæc est recepta lectio τῶν Ο'. [3] τῶν. cod. præm. τὴν. [4] cod. συνθλάσσει. [5] σχολάσατε. T. I, p. 902 erat σχολάζετε. [6] ὅτι ἐγὼ des. in cod. [7] Θεός. cod. præm. ὁ.

Digitized by Google

libenti animo servirent. Idcirco, « Exaltabor, inquit, in gentibus, exaltabor in terra. » Ejusdem generis et illud est : « Omnes gentes, plaudite manibus : jubilate Deo voce exsultationis. Quoniam Dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram [e]. » Et rursus : « Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna [f]. » Et alibi : « Attollite **23** portas vestras, principes, et elevamini, portæ æternæ, et introibit rex gloriæ, Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio [g]. » His igitur in canticis regis victoriam celebrant prophetæ, eumque laudibus efferunt, quod captivos vindicarit in libertatem. At Canticum canticorum illius nuptias describit, et erga sponsam amorem explicat. « Sponsam » autem appellat eos, qui in illis canticis a servitute liberati commemorantur, et libertatem consecuti ad regis partes se applicuerunt, ejusque beneficia immortali memoria complectentes, magnamque in illum benevolentiam atque amorem declarantes, ipsum assidue sectantur ; imo quoque cœlestes potestates, quæ dum quærunt, ecquis sit iste rex gloriæ, simul cum illo esse concupiscunt, ac ne exiguo quidem temporis momento ab eo, per quem salutem acceperunt, se disjungi patiuntur. Hac de causa Canticum canticorum hic liber inscribitur, quoniam reliqua cantica propter hoc Canticum facta sunt, et ad hoc illa perducunt. Hoc enim est bonorum caput, divinæ benignitatis summa, ineffabilis bonitas, incredibilis misericordia, immensa clementia, inenarrabilis charitas, quod auctor ipse, et effector, et procreator, et Dominus, et Deus, et princeps, et qui semper idem est, luteum hoc animal, passionibus obnoxium, et corruptibile, et ingratum, atque inutile, non solum a morte et servitute diabolica eripuerit, sed etiam libertatem illi largitus sit, ut non solum nos liberos constituerit, sed in filios quoque adoptaverit : neque solum tribuerit adoptionis **24** munus, verum etiam sponsam et vocarit et fecerit, eodemque modo quo sponsus cum ea connubio junctus fuerit, atque innumerabilia dona sponsalia dederit, et cubile, et thalamum adornarit, et nudam induerit, et denique factus ipse sit sponsæ et amictus, et cibus, et potus, et via, et scutum, et vita, et lux, et resurrectio. Sed ego arenam, et pluviæ guttas enumerare contendo, et cyatho mare dimetiri, qui divinæ humanitatis magnitudinem verbis conor expliçare. Canticum igitur canticorum hic liber inscribitur, propterea quod majora Dei bonitatis genera nos edocet et maxime recondita

A ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιήσατο, καὶ τὴν τῶν πάντων ἐκόντων ἀνεδήσατο βασιλείαν. Διό φησιν· « Ὑψωθήσομαι ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὑψωθήσομαι ἐν τῇ γῇ. » Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, « Πάντα τὰ ἔθνη, κροτήσατε χεῖρας· ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως, ὅτι Κύριος ὕψιστος, φοβερὸς, βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. » Καὶ πάλιν· « Περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρόν σου, δυνατέ. Τῇ ὡραιότητί σου καὶ τῷ κάλλει σου ἔντεινον [h], καὶ κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε. » Καὶ αὖθις· « Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης, Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς, Κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ. » Ἐν μὲν οὖν τούτοις τοῖς ᾄσμασι τὴν νίκην τοῦ βασιλέως οἱ προφῆται διεξίασι, καὶ ἐπὶ τῇ τῶν αἰχμαλώτων αὐτὸν ὑμνοῦσιν ἐλευ-
B θερίᾳ. Τὸ δὲ Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων τὸν γάμον αὐτοῦ διαγράφει, καὶ τὸν περὶ τὴν νύμφην ἔρωτα διαγράφεται. « Νύμφην » δὲ προσαγορεύει τοὺς ἐν ἐκείνοις τοῖς ᾄσμασι τῆς αἰχμαλωσίας ἀπαλλαγέντας, καὶ τῆς ἐλευθερίας τετυχηκότας, καὶ προσοικειωθέντας τῷ βασιλεῖ, καὶ ἄληστον τῶν εὐεργεσιῶν τὴν μνήμην ἐσχηκότας, καὶ πολλὴν περὶ αὐτὸν εὔνοιαν καὶ στοργὴν ἐπιδεικνυμένους, καὶ διηνεκῶς αὐτῷ ἑπομένους· εἶτα, τῶν ἄνω δυνάμεων πυνθανομένων, « Τίς ἐστιν ὁ βασιλεὺς δόξης [9] ; » συνεῖναι ἱμειρομένους, καὶ οὐδὲ πρὸς βραχὺ μόριον ἡμέρας χωρισθῆναι τοῦ σεσωκότος ἀνεχομένους. Τούτου χάριν Ἆσμα τῶν [10] ᾀσμάτων καλεῖται τοῦτο τὸ βιβλίον, σημαίνοντος τοῦ λόγου, ὡς ἐκεῖνα τὰ ᾄσματα διὰ τοῦτο τὸ ᾆσμα γεγέ-
C νηται, κἀκεῖνα πρὸς τοῦτο ἄγει [11]. « Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, καὶ [12] θείας φιλανθρωπίας ὁ κολοφὼν, ἡ ἄῤῥητος ἀγαθότης, ὁ ἀμέτρητος ἔλεος, ὁ ἀστάθμητος οἶκτος, ἡ ἄφραστος ἀγάπη, τὸ ἀνέχεσθαι τὸν ποιητὴν, καὶ πλάστην, καὶ δημιουργὸν, καὶ Κύριον, καὶ Θεὸν, καὶ Δεσπότην, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντα, τὸ πήλινον [13] τοῦτο ζῶον, καὶ παθητὸν, καὶ φθαρτὸν, καὶ ἀγνῶμον, καὶ ἄχρηστον, μὴ μόνον ἀπαλλάξαι θανάτου, καὶ διαβολικῆς τυραννίδος, ἀλλὰ καὶ ἐλευθερίαν δωρήσασθαι, καὶ μὴ μόνον ἐλευθέρους ἀποφῆναι, ἀλλὰ καὶ υἱοὺς καταστῆσαι [14]· καὶ μὴ μόνον τῆς υἱοθεσίας δωρήσασθαι χάρισμα, ἀλλὰ καὶ νύμφην προσαγορεῦσαί τε καὶ ποιῆσαι, καὶ νυμφίῳ παραπλησίως συναρμοσθῆναι αὐτῇ, καὶ ἕδνα μυρία
D προσενεγκεῖν, καὶ νυμφῶνα καὶ θάλαμον προευτρεπίσαι· καὶ γυμνὴν οὖσαν ἀμφιάσαι, καὶ γενέσθαι αὐτῇ περιβόλαιον, καὶ τροφὴν, καὶ πόμα, καὶ ὁδὸν, καὶ θυρεὸν, καὶ ζωὴν, καὶ φῶς, καὶ ἀνάστασιν. Ἀλλὰ γὰρ φιλονεικῶ ψάμμον ἀριθμεῖν, ἢ ὑετοῦ σταγόνας, ἢ τὴν θάλασσαν κυάθῳ [15] μετρεῖν, τῆς θείας φιλανθρωπίας ἐφικέσθαι λόγῳ τολμῶν. Διὰ τοῦτο τοίνυν Ἆσμα τῶν [16] ᾀσμάτων προσαγορεύεται τὸ βιβλίον, ὡς τὰ μεῖζω τοῦ [17] Θεοῦ ἀγαθότητος εἴδη διδάσκον

[e] Psal. XLVI, 2, 3. [f] Psal. XLIV, 4, 5. [g] Psal. XXIII, 7, 8.

VARIÆ LECTIONES.

[h] ἔντεινον. cod. præm. καί. conf. t. I, p. 889. [9] δόξης. cod. præm. τῆς. [10] τῶν abest a cod. [11] ἄγει. cod. λέγει. [12] καί. cod. τῆς. [13] cod. πήλινον. [14] καὶ— καταστῆσαι des. in cod. [15] ψάμμον — κυάθῳ. des. in cod. [16] τῶν des. ibid. [17] τοῦ. cod. præm. τῆς.

Digitized by Google

ἡμᾶς, καὶ τὰ ἐνδότατα, καὶ ἄδυτα, καὶ ἁγίων ἅγια τῆς θείας ἡμῖν φιλανθρωπίας ἀποκαλύπτον μυστήρια [18].

A atque arcana, et sanctissima divinæ humanitatis mysteria nobis patefacit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

α'. *Φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ.* Ταῦτα ἡ νύμφη λέγει προτευχομένη τῷ τοῦ νυμφίου Πατρί. Ἤκουσε γὰρ καὶ τῶν τῷ Ἀβραὰμ τῷ πατριάρχῃ δοθεισῶν ὑποσχέσεων, καὶ τῶν τοῦ Ἰακὼβ ἐν εὐλογίαις προρρήσεων. Ἤκουσε καὶ τοῦ μεγάλου Μωσέως περὶ αὐτοῦ προθεσπίσαντος· ἤκουσε καὶ τῶν Ψαλμῶν τὸ κάλλος αὐτοῦ καὶ δύναμιν [19] διηγουμένων· « Ὡραῖος γάρ, φησὶ, κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ἐξεχύθη χάρις ἐν χείλεσί σου· διὰ τοῦτο εὐλόγησέ σε ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα. Περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρόν σου, δυνατέ. Τῇ ὡραιότητί σου, καὶ τῷ κάλλει σου ἔντεινε [20], καὶ κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε· ἕνεκεν ἀληθείας, καὶ πραότητος, καὶ δικαιοσύνης. » Ἐδιδάχθη, ὅτι καὶ Θεός ἐστι, καὶ Υἱὸς προαιώνιος οὗτος αὐτὸς ὡραῖος, καὶ εὐπρεπής. « Ὁ θρόνος γάρ σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. » Καὶ Ἡσαΐας δὲ βοᾷ· « Τίς οὗτος ὁ παραγενόμενος ἐξ Ἐδὼμ, ἐρύθημα ἱματίων αὐτοῦ ἐκ Βοσόρ; οὗτος ὡραῖος ἐν στολῇ [21] μετὰ ἰσχύος. » Διδαχθεῖσα τοίνυν τοῦ νυμφίου τὸ κάλλος, τὴν ῥώμην, τὸν πλοῦτον, τὴν βασιλείαν, τὸ κράτος ὃ κατὰ πάντων ἔχει, τὸ ἄϊδιον, τὸ ἀνώλεθρον, τὸ ἀτελεύτητον, ἱμείρεται ἰδεῖν τε αὐτὸν, καὶ περιπτύξασθαι, καὶ τὰ πνευματικὰ αὐτῷ ἀποδοῦναι φιλήματα. Ἀλλὰ μηδεὶς τῶν χαμαιζήλων καὶ περιγείων ἀπὸ τῆς τῶν φιλημάτων προσηγορίας πληττέσθω· σκοπείτω δὲ ὡς καὶ, ἐν τῷ μυστικῷ καιρῷ, τοῦ νυμφίου τὰ μέλη δεχόμενοι, καταφιλοῦμέν τε καὶ περιπτυσσόμεθα, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπιτίθεμεν τῇ καρδίᾳ, καὶ οἱονεὶ περίληψίν τινα φανταζόμεθα νυμφικὴν, καὶ αὐτῷ συνεῖναι ἡγούμεθα, καὶ αὐτὸν περιπτύσσεσθαι καὶ καταφιλεῖν, τῆς ἀγάπης ἐκβαλλούσης τὸν φόβον, κατὰ τὴν θείαν Γραφήν. Ποθεῖ τοίνυν ἡ νύμφη ὑπ' αὐτοῦ φιληθῆναι τοῦ νυμφίου, μονονουχὶ λέγουσα πρὸς τὸν τούτου Πατέρα· Πέμψον μοι τὸν μονογενῆ σου Υἱὸν, ὦ Δέσποτα καὶ [22] Πάτερ· τοῦτο γὰρ μᾶλλον ἢ ἐκεῖνο θέλεις ἀκούειν· πάλαι αὐτὸν ἀναμένω, πάλαι ποθῶ. Ἔκαμον αὐτοῦ τὰς ἐπιστολὰς δεχομένη διὰ πατριαρχῶν, διὰ νομοθετῶν, διὰ προφητῶν· οὐκέτι φέρω τοῦ ἔρωτος τὴν φλόγα· πῦρ ἐστι καιόμενον καὶ φλεγόμενον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου. Διὰ πάντων μοι τῶν προφητῶν ὑπισχνεῖται παραγίνεσθαι, καὶ οὐδέπω καὶ τήμερον ἐμπεδῶσαι τὰς ὑποσχέσεις ἠθέλησεν. Ὑπέσχετό μοι διὰ τοῦ Δαβὶδ, διὰ τοῦ Ἱερεμίου, διὰ τοῦ Ἡσαΐου, διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ, καὶ Ζαχαρίου, καὶ Δανιὴλ, καὶ τῶν λοιπῶν προφητῶν παραγίνεσθαι, καὶ τὸν γάμον

CAPUT I.

VERS. 1. *Osculetur me osculis oris sui.* Hæc loquitur sponsa, obsecrans sponsi Patrem. Audivit enim et promissa quæ facta sunt Abrahamo patriarchæ, et quæ prædicta fuerunt a Jacobo in benedictionibus. Audivit et magnum Mosen de sponso suo vaticinantem; et Davidem in Psalmis pulchritudinem ejus et potentiam sic enarrantem: « Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit tibi Deus in æternum. Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime; specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. **25** Propter veritatem, et mansuetudinem et justitiam [h]. » Didicit hunc ipsum speciosum ac decorum sponsum et Deum esse, et Filium ante sæcula. « Sedes enim tua, o Deus, in sæculum sæculi: virga directionis, virga regni tui [h*]. » Et Isaias clamat: « Quis est iste, qui venit ex Edom, rubor vestium ejus de Bosor? iste formosus in stola, cum fortitudine [i]. » Cum igitur sponsi pulchritudinem, robur, divitias, regnum, vim, quam in omnes habet, æternam, incorruptibilem, nullumque habituram finem, intellexerit, eum videre concupiscit, et in complexum ipsius ruere, atque illi oscula dare spiritualia. At ne quisquam humi depressus ac terræ affixus, osculorum vocabulo perturbetur: consideret potius, quemadmodum mystico tempore sponsi membra suscipientes, complectimur et osculamur, atque oculis cordi imponimus, et animo ac cogitatione quasi complexus quosdam nuptiales effingimus, et nos cum eo esse arbitramur, atque ipsum, charitate timorem foras mittente, ut cum sacra loquar Scriptura, nos amplexari putamus, et osculari. Avet igitur sponsa ipsum sponsum osculari, tantum non hisce verbis Patrem ipsius compellans: Mitte mihi unigenitum Filium tuum, o Domine et Pater, quando tu patris appellatione magis quam domini delectaris: nimis diu jam illum exspecto, illum desidero. Laboravi epistolas ejus accipiens per patriarchas, per legislatores, per prophetas. Amplius ferre non possum amoris flammam. Ignis est ardens atque urens in visceribus meis. Per omnes prophetas mihi se venturum promisit: neque ad hunc usque **26** diem promissa perficere voluit. Pollicitus est mihi per Davidem, per Jeremiam, per Isaiam, per Ezechielem, et Zachariam, et Danielem, et reliquos prophetas, se venturum ac nuptias con-

[h] Psal. XLIV, 3-5. [h*] ibid. 7. [i] Isa. LXIII, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[18] μυστήρια. In cod. sequitur interpretatio trium sanctorum Patrum, scilicet *Maximi*, *Nili* ac *Pselli*. [19] δύναμιν. cod. præm. τήν. [20] ἔντεινε. cod. præm. καί. P. 22, n. 6 erat ἔντεινον. [21] στολῇ. cod. addit βίᾳ. [22] καί abest a cod.

Digitized by Google

fecturum esse. Nescio cur differat, cur me desiderio ardentem despiciat. Dixit mihi per Oseam : « Desponsabo te mihi in justitia, et in judicio, et in misericordia, et in miserationibus : et desponsabo te mihi in fide, et cognosces Dominum [j]. » Dixit mihi per Isaiam : « Lætare, sterilis, quæ non paris, erumpe et clama, quæ non parturis : quoniam plures filii desertæ, quam ejus, quæ habet virum [k]. » Exspecto per singulos dies desiderans ut mihi promissa persolvantur. Hæc innuit, dicens : « Osculetur me osculis oris sui. » Ac ne ex sensu nostro interpretemur, eorum quæ dicta sunt testem Paulum adducamus. Hic ad Hebræos scribens, et de fide sermonem institutum prosequens, hæc de Abrahamo loquitur : « Fide commoratus est in terra promissionis, tanquam in aliena, in tuguriis habitans cum Isaaco et Jacobo, cohæredibus promissionis ejusdem. Exspectabat enim fundamenta habentem civitatem, cujus artifex et conditor est Deus [l]. » Et post pauca : « Juxta fidem defuncti sunt omnes illi, non acceptis promissionibus, sed quasi e longinquo eas videntes, et salutantes, et confitentes se peregrinos et hospites esse super terram. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam quærere. Et si quidem ipsius meminissent, **27** de qua exierunt, haberent utique tempus revertendi. Nunc autem meliorem appetunt, id est, cœlestem. Ideo non puduit Deum vocari Deus eorum : paravit enim illis civitatem [m]. Et de magno Mose, « Magis elegit, inquit, affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem : majores thesauro Ægyptiorum existimans divitias opprobrium Christi : oculos enim convertebat in remunerationem. Fide reliquit Ægyptum, non veritus animositatem regis. Invisibilem enim tanquam videns sustinuit [n]. » Et de omnibus simul sanctis, qui in Veteri Testamento illustres exstiterunt, hæc dicit : « Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt promissionem, Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur [o]. » Quin et Dominus in sacris Evangeliis hæc ad apostolos ait : « Multi prophetæ, et reges, et justi, cupierunt videre quæ videtis, et non viderunt : et audire quæ auditis, et non audierunt. Vestri autem beati sunt oculi, quia vident : et aures vestræ, quia audiunt [p]. » Et cum Judæis disputans, dicebat : « Abraham pater vester cupivit, ut videret diem meum : vidit, et gavisus est. » Et Simeon senex responsum acceperat a Spiritu sancto, se non visurum mortem, nisi prius videret Christum Domini. Genitum itaque, et allatum ad templum

A ἐπιτελέσειν. Οὐκ οἶδα δὲ ἀνθ' οὗ [23] μέλλει, καὶ περιορᾷ με ποθοῦσαν. Εἶπέ μοι διὰ Ὡσηέ· « Καὶ μνηστεύσομαί [24] σε ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ ἐν κρίματι, καὶ ἐν ἐλέει, καὶ ἐν οἰκτιρμοῖς, καὶ μνηστεύσομαί σε ἐν πίστει, καὶ ἐπιγνώσῃ τὸν Κύριον. » Εἶπέ μοι διὰ [25] Ἡσαΐου· « Εὐφράνθητι, στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ῥῆξον καὶ βόησον, ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα· » καὶ ἀναμένω καθ' ἑκάστην ἡμέραν τυχεῖν ἐφιεμένη τῶν ὑποσχέσεων [26]. Ταῦτα αἰνίττεται λέγουσα· « Φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ [27]. » Καὶ ἵνα μὴ ἀποφαντικῶς [28] ἑρμηνεύσωμεν, φέρε μάρτυρα τῶν εἰρημένων τὸν μακάριον καλέσωμεν Παῦλον. Οὗτος Ἑβραίοις γράφων, καὶ περὶ [29] πίστεως λόγον διεξιών, τοιαῦτά φησι περὶ τοῦ Ἀβραάμ· « Πίστει παῴκησεν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ὡς ἀλλοτρίαν, ἐν σκηναῖς κατοικήσας μετὰ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, τῶν συγκληρονόμων τῆς ἐπαγγελίας τῆς αὐτῆς· ἐξεδέχετο γὰρ τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός· » καὶ μετὰ βραχέα· « Κατὰ πίστιν, φησὶν, ἀπέθανον οὗτοι πάντες, μὴ λαβόντες τὰς
B ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόρρωθεν αὐτὰς ἰδόντες, καὶ ἀσπασάμενοι, καὶ ὁμολογήσαντες ὅτι ξένοι καὶ παρεπίδημοί εἰσιν ἐπὶ τῆς γῆς· οἱ γὰρ τοιαῦτα λέγουσιν, ἐμφανίζουσιν ὅτι πατρίδα ἐπιζητοῦσιν· καὶ εἰ μὲν ἐκείνης ἐμνημόνευον ἀφ' ἧς ἐξῆλθον, εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι· νῦν δὲ κρείττονος ὀρέγονται, τουτέστι τῆς ἐπουρανίου· διὸ καὶ [29a] οὐκ ἐπαισχύνεται ὁ Θεὸς αὐτῶν καλεῖσθαι Θεός· ἡτοίμασε γὰρ αὐτοῖς πόλιν.
C Καὶ περὶ τοῦ μεγάλου Μωσέως φησὶν, ὅτι « Μᾶλλον εἵλετο συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ, ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν· μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος τῶν Αἰγύπτου θησαυρῶν τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ· ἀπέβλεψε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν. Πίστει κατέλιπεν Αἴγυπτον, μὴ φοβηθεὶς τὸν θυμὸν τοῦ βασιλέως· τὸν γὰρ ἀόρατον [30] ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε. » Καὶ περὶ πάντων δὲ ὁμοῦ τῶν ἁγίων, τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ διαπρεψάντων τοιαῦτά φησι· « Καὶ οὗτοι πάντες μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν, τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσιν. » Καὶ Κύριος [31] δὲ ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις
D τοιαῦτα πρὸς τοὺς ἀποστόλους φησί· « Πολλοὶ προφῆται, καὶ βασιλεῖς [32], καὶ δίκαιοι, ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν. Ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅτι βλέπουσι, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν, ὅτι ἀκούει. » Καὶ πρὸς Ἰουδαίους δὲ διαλεγόμενος ἔλεγεν· « Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἐπεθύμησεν ἰδεῖν τὴν ἡμέραν ἐμήν· καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη. » Καὶ Συμεὼν δὲ ὁ πρεσβύτης ἐχρηματίσθη μὴ ἰδεῖν θάνατον, ἕως ἂν ἴδῃ τὸν Χρι-

[j] Osee. II, 19, 20. [k] Isa. LIV. 1. [l] Hebr. XI, 9, 10. [m] Ibid. 13-16. [n] Ibid. 25, 26. [o] Matth. XIII, 16, 17. [p] Joan. VIII, 56.

VARIÆ LECTIONES.

[23] οὗ. cod. ὅτου. [24] cod. μνηστεύομαι. [25] διά. cod. τήν. [26] cod. προσχέσεων. [27] αὐτοῦ. In cod. sequitur expositio trium Patrum. [28] cod. ἀποφατικῶς. [29] περί. cod. præm. τῶν. [29a] καί abest a cod. [30] cod. ἀοράτως. [31] Κύριος. cod. præm. ὁ. [32] καὶ βασιλεῖς abest l. c.

Digitized by Google

στὸν Κυρίου. Τεχθέντα τοίνυν, καὶ εἰς τὸν ναὸν ἀνενεχθέντα, δεξάμενός τε ἐν χερσὶν, φησί· « Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ· ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ Σωτήριόν σου, ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν· » καὶ τὰ ἑξῆς. Δῆλον τοίνυν, ὡς ταῖς θείαις ὑποσχέσεσι πιστεύοντες ἐπεθύμουν τῶν ἐπαγγελιῶν τὸ τέλος ἰδεῖν· διὸ τὸ Ἆσμα τῶν ἀσμάτων εἰσάγει τὴν νύμφην λέγουσαν· « Φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ. » Φίλημα δὲ νοοῦμεν οὐ στομάτων συνάφειαν, ἀλλ' εὐσεβοῦς ψυχῆς καὶ θείου λόγου κοινωνίαν. Καὶ ἔοικεν ἡ νύμφη τοιοῦτόν τι λέγειν· Ἤκουσά σου τῶν λόγων διὰ γραμμάτων· ἐπιθυμῶ δὲ καὶ αὐτῆς ἀκοῦσαί σου τῆς φωνῆς· βούλομαι ἀμέσως ἐκ τοῦ στόματος τὴν ἱερὰν δέξασθαι διδασκαλίαν, καὶ ταύτην τοῖς τῆς διανοίας μου καταφιλῆσαι χείλεσι. « Φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ. » Ταῦτα τῆς νύμφης εἰρηκυίας, εὐθὺς ὁ νυμφίος ἐπιφαίνεται τῇ νύμφῃ, τὴν ὑπόσχεσιν [33] ἐκείνην πληρῶν, ὅτι « Ἔτι λαλούσης [34] σου, ἰδοὺ πάρειμι. » Αὕτη δὲ εὐθὺς θεασαμένη τὸν ποθούμενον ἐκπλήττεται, αὐτοῦ καὶ θαυμάζει τοὺς μαστοὺς, καὶ τὴν εὐωδίαν, καὶ βοᾷ·

β'. Ἀγαθοὶ [35] *μαστοί σου ὑπὲρ οἶνον, καὶ ὀσμὴ μύρων σου ὑπὲρ πάντα ἀρώματα* [37]. Οἶδα, φησὶ, τὰ ὑπὸ Μωσέως κατασκευασθέντα μύρα, τό τε ἔλαιον τῆς χρίσεως, καὶ τὸ θυμίαμα τῆς συνθέσεως· ἀλλὰ πάντων ἐκείνων τῶν ἀρωμάτων τὸ σὸν μύρον ἐστὶν εὐωδέστατον. Μύρον δὲ ἐνταῦθα καλεῖ τὴν πνευματικὴν χάριν, ἧς πλήρης ὑπάρχων, ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πᾶσιν ἡμῖν δέδωκεν. Διὸ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος βοᾷ, ὅτι « Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν ἐν τοῖς σωζομένοις, καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις· οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου, εἰς θάνατον· οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς, εἰς ζωήν. » Γυψὶ γὰρ τοῖς νεκροβόροις, τροφὴ μέν ἐστι τὰ δυσώδη σώματα, τὸ δὲ μύρον ὄλεθρον [38]. Οὕτω τοῖς δυσσεβέσι, καὶ τῇ δυσωδίᾳ τῆς ἁμαρτίας προσεδρεύειν προῃρημένοις, ἡδίστη μὲν τῆς ἀκολασίας ἡ δυσωδία, βαρεῖα δὲ καὶ ἐπαχθὴς ἡ Χριστοῦ διδασκαλία· διὸ καὶ τὸν αὐθαίρετον αὐτοῖς θάνατον ἐπάγει. « Αὕτη γάρ ἐστι, φησὶ, κρίσις, ὅτι τὸ φῶς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἠγάπησαν μᾶλλον οἱ ἄνθρωποι τὸ σκότος, ἢ τὸ φῶς. » Εἰκότως τοίνυν φησὶν ἡ νύμφη· « Καὶ ὀσμὴ μύρων σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα. » Καὶ οὐ λέγει, Τοῦ μύρου σου, ἀλλὰ, « Τῶν μύρων σου [39]· » δεικνύουσα ὅτι πολλὰ καὶ μυρία χαρίσματα. « Ὧ μὲν γὰρ, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, δίδοται [40] λόγος σοφίας· ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα· ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι· ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων· ἄλλῳ δὲ προφητεία· ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων [41], ἄλλῳ δὲ γένη γλωσσῶν. » Διὰ τοῦτο οὐ λέγει, Ὀσμὴ μύρου σου, ἀλλὰ, « Ὀσμὴ μύρων σου. » Δείξασα τὰ πολλὰ καὶ ποικίλα χαρίσματα, διδάσκει ἡμᾶς ὅτι ἀπὸ μιᾶς

manus in suas sumpsit, et dixit : « Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei Salutare tuum : quod parasti ante faciem **28** omnium populorum, » et reliqua [q]. Constat igitur, eos credentes divinis promissis ea ad finem producta videre concupivisse. Itaque Canticum canticorum sponsam inducit dicentem : « Osculetur me osculis oris sui. » *Osculum* autem intelligimus, non oris cum ore, sed animæ piæ cum divino verbo conjunctionem : ut sponsa tale quidpiam dicere videatur : Verba tua per litteras audivi, cupio autem et vocem ipsam audire : cupio sine medio ex ore ipso sacram doctrinam percipere, eamque mentis meæ labiis exosculari. « Osculetur me osculis oris sui. » Sponsæ hæc dicenti sponsus illico apparet, atque implet promissum illud : « Adhuc loquente te, ecce adsum [r]. » Sponsa vero sponsum optatum intuita, obstupescit, atque ubera ejus, et suavitatem odoris admiratur, et clamat :

Vers. 2. *Meliora sunt ubera tua vino, et odor unguentorum tuorum præstat omni aromati.* Nota, inquit, sunt mihi unguenta, quæ Moses confecit, et oleum unctionis, et thymiama compositionis : sed omnium illorum aromatum unguentum tuum est suavissimum. « Unguentum » hic vocat gratiam spiritualem, qua ille refertus, ex plenitudine sua nobis omnibus impertivit. Quamobrem clara voce beatus Paulus, « Christi bonus, inquit, odor sumus, in iis qui salvi fiunt, et in iis qui pereunt : aliis quidem odor mortis ad mortem, aliis autem odor vitæ ad vitam [s]. » Vulturibus enim qui vescuntur cadaveribus, cibum præbent **29** fœtentia corpora, unguentum vero infert illis perniciem. Sic hominibus impiis, seque in fœditate peccati volutantibus, teter libidinis odor est suavissimus, gravis autem ac molesta Christi disciplina : quapropter et voluntariam ipsis mortem affert. « Hoc enim est, inquit, judicium, quia lux venit in mundum, et dilexerunt magis homines tenebras, quam lucem [t]. » Merito igitur ait sponsa : « Et odor unguentorum super omnia aromata. » Non dicit, unguenti tui, sed « unguentorum tuorum : » indicans, multa esse munera gratiarum. « Alii enim, teste beato Paulo, datus est sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum, alii fides in eodem Spiritu, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum [u]. » Propterea non dicit, odor unguenti tui, sed « odor unguentorum tuorum. » Ubi ostendens multa et varia dona ac munera, docet, ea ab

[q] Luc. II, 29-31. [r] Isa. LVIII, 9. [s] II Cor. II, 15. [t] Joan. III, 19. [u] I Cor. XII, 8-10.

VARIÆ LECTIONES.

[33] ὁ—ὑπόσχεσιν des. in cod. [34] cod. λαλοῦντος. [35] Ἀγαθοί. in textu τῶν Ο' præm. ὅτι. [36] μαστοί *Hebr.* amores. [37] ἀρώματα. In cod. sequitur expositio trium Patrum. [38] cod. ὀλέθριον. [39] ὑπὲρ—μύρων σου des. in cod. [40] cod. δίδοται. [41] ἄλλα —πνευμάτων des. in cod.

Digitized by Google

uno eodemque fonte profluere. Ideo subjicit : « Unguentum effusum nomen tuum. » Multiplices enim, inquit, hi ac varii fontes, qui totum orbem terrarum odoris suavitate repleverunt, unicam habent venam et originem, unguentum tuum. In eo enim habitavit omnis plenitudo divinitatis [v], et ipse cuncta Spiritus dona ut homo simul suscepit. Quocirca clamat etiam Isaias : « Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet : et requiescet super eum Spiritus Domini, **30** spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis : et replebit eum spiritus timoris Dei [x]. » Ideo dicit : « Unguentum effusum nomen tibi ; » et non « unguentum » ait simpliciter, sed « effusum. » Quemadmodum enim unguentum in vase conclusum inclusam continet et ipsam odoris fragrantiam ; si autem effundatur, ipsum quoque replet aerem : sic Dominus Christus ante passionem paucis notus erat : at posteaquam crucem mortemque sustinuit, ac veluti corporis vas apertum fuit, continuo beati apostoli suavitate illa repleti sunt, et terram percurrentes, et maria trajicientes, omnibusque Evangelium nuntiantes, odoris suavitate mundum universum compleverunt. Ob id ait sponsa : « Unguentum effusum nomen tibi. » Satis enim est Christi nomen ad piorum animas unguentis quodammodo imbuendas, atque omni odoris suavitate conspergendas. Quod si etiam magis mystice vis intelligere, sacri baptismatis mysterii recordare, in quo qui initiantur, post tyranni abnegationem, et regis confessionem, veluti signo ac nota quadam regia, spiritualis unguenti chrismate inuncti, sub ea visibili unguenti specie invisibilem sanctissimi Spiritus gratiam accipiunt.

προχεῖται πηγῆς. Διὸ ἐπάγει· « Μύρον ἐκκενωθὲν ὀνομά [48] σου [48]. » Οἱ γὰρ πολλοί, φησιν, οὗτοι καὶ διάφοροι κρουνοί, οἱ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην εὐωδίας πληρώσαντες, μίαν ἔχουσι φλέβα καὶ πηγήν, τὸ σὸν μύρον. « Ἐν αὐτῷ γὰρ κατῴκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, » καὶ αὐτὸς πάντα ὁμοῦ τὰ τοῦ Πνεύματος κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ὑπεδέξατο δῶρα. Διὸ καὶ Ἡσαΐας βοᾷ· « Ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης αὐτοῦ [49] ἀναβήσεται· καὶ ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτῷ [50] τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας· καὶ [51] πνεῦμα φόβου Θεοῦ ἐμπλήσει αὐτόν. Διὰ τοῦτο λέγει· « Μύρον ἐκκενωθὲν ὀνομά σοι· » καὶ οὐ λέγει « μύρον » ἁπλῶς, ἀλλὰ « ἐκκενωθέν. » Καθάπερ γὰρ τὸ μύρον ἐν ἀγγείῳ κεκρυμμένον, κεκρυμμένην ἔχει καὶ τὴν εὐοσμίαν, εἰ δὲ προχυθείη, καὶ αὐτὸν ἀναπίμπλησι τὸν ἀέρα· οὕτως ὁ Δεσπότης Χριστός, πρὸ μὲν τοῦ πάθους ὀλίγοις ἦν γνώριμος· ἐπειδὴ δὲ τὸν σταυρὸν ὑπέμεινε, καὶ τὸν θάνατον, καὶ οἱονεὶ διηνοίγη [52] τὸ τοῦ σώματος ἄγγος, πλήρεις μὲν εὐθὺς οἱ μακάριοι ἀπόστολοι τῆς εὐοσμίας ἐκείνης ἐγένοντο· δραμόντες δὲ, γῆν καὶ θάλασσαν περινοστήσαντες, καὶ τὸ κήρυγμα πᾶσι διαπορθμεύσαντες, ἅπασαν τὴν οἰκουμένην τῆς εὐοσμίας ἐπλήρωσαν. Διὰ τοῦτό φησιν ἡ νύμφη· « Μύρον ἐκκενωθὲν ὀνομά σοι. » Ἀρκεῖ γὰρ ἡ Χριστοῦ προσηγορία οἱονεὶ μυρίσαι καὶ εὐωδίας ἁπάσης ἐμφορῆσαι τῶν εὐσεβῶν τὰς ψυχάς. Εἰ δὲ βούλῃ καὶ μυστικώτερον νοῆσαι, ἀνάμνησον σεαυτὸν τῆς ἱερᾶς μυσταγωγίας, ἐν ᾗ οἱ τελούμενοι, μετὰ τὴν ἄρνησιν τοῦ τυράννου, καὶ τὴν τοῦ βασιλέως ὁμολογίαν, οἱονεὶ σφραγῖδά τινα βασιλικὴν δέχονται τοῦ πνευματικοῦ μύρου τὸ χρῖσμα· ὡς ἐν τύπῳ τῷ μύρῳ τὴν ἀόρατον τοῦ παναγίου Πνεύματος χάριν ὑποδεχόμενοι [53].

Ideo adolescentulæ dilexerunt te. (Vers. 3.) *Traxerunt te, post te ad odorem unguentorum tuorum currentes.* Hanc, inquit, unguenti tui, hoc est, divinæ ac salutiferæ doctrinæ tuæ fragrantiam **31** percipientes animæ adolescentes ac strenuæ (has enim *adolescentulas* appellat), amore tuo sic incensæ sunt, ut te ad se traxerint, et post te ita secutæ sint, ut cursu id fecerint, ne relinquerentur, neve sejungerentur a dilecto suo. Hunc autem cursum explicat etiam beatus Paulus, « Curro, inquiens, si quo modo comprehendam, siquidem etiam comprehensus sum [y]. » Et alibi : « Sic, inquit, currite, ut comprehendatis [z]. » Et alio loco : « Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi [a]. » Animæ igitur strenuo ac virili sensu præ-

Διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησάν σε. (στιχ. γ'.) *Εἵλκυσάν σε, ὀπίσω σου εἰς ὀσμὴν μύρου σου δραμοῦσαι* [54-55]. Ταύτης, φησὶ, τῆς εὐοσμίας τοῦ μύρου σου, τουτέστι τῆς θείας καὶ σωτηριώδους σου διδασκαλίας, ἀντιλαμβανόμεναι αἱ νεανικαὶ καὶ ἀνδρεῖαι ψυχαὶ (ταύτας γὰρ νεάνιδας ὁ λόγος καλεῖ), οὕτως σε θερμῶς ἠγάπησαν, ὡς ἑλκῦσαί σε πρὸς ἑαυτὰς, καὶ ὀπίσω σου ἀκολουθῆσαι, ἀλλὰ καὶ σὺν δρόμῳ τοῦτο ποιῆσαι, ἵνα μὴ ἀπολειφθῶσι, μηδὲ χωρισθῶσι τοῦ ποθουμένου. Δηλοῖ δὲ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος τοῦτον τὸν δρόμον, λέγων· « Τρέχω εἴ γε καὶ καταλάβω, ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην. » Καὶ πάλιν· « Οὕτως, φησὶ, τρέχετε, ἵνα καταλάβητε. » Καὶ ἑτέρωθι· « Τὸν καλὸν ἀγῶνα ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα. » Τρέχουσι τοίνυν αἱ νεανικὸν φρόνη-

[v] Coloss. II, 9. [x] Isa. XI, 1, 2. [y] Philipp. III, 12. [z] I Cor. IX, 24. [a] II Tim. IV, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[48] Μύρον—ὀνομά σου. *Hebr.* sicut oleum effunderis nomine tuo. [48] σου. cod. σοι, quæ lectio pagina proxima lin. 5 et 21 obvia est. [49] αὐτοῦ des. in cod. [50] cod. αὐτόν. [51] καὶ abest a cod. [52] διηνοίγη des. in cod. relicto spatio. [53] ὑποδεχόμενοι. codex e superioribus repetit ista, μύρον ἐκκενωθὲν ὀνομά σοι. [54-55] Εἵλκυσαν—δραμοῦσαι. *Hebr.* Trahe me post te, et curremus. *Symm.* ἕλκε με. *Aqu.* ἕλκυσόν με μύρου σου δραμοῦσαι. Recepta lectio h. l. est μύρων σου δραμοῦμεν.

Digitized by Google

μα κεκτημέναι ψυχαί, καὶ τὸν ἁβρὸν καὶ ὑγρὸν καὶ A
χαῦνον βίον διαφυγοῦσαι, καὶ τὸν πόνον ἀντὶ τρυφῆς
προελόμεναι, ὀπίσω τοῦ νυμφίου θελγόμεναι καὶ καλού-
μεναι [51] τῇ εὐωδίᾳ τοῦ μύρου, καὶ οἱονεὶ ἀῤῥήτῳ δεσμῷ
κατεχόμεναι. Ταῦτα μὲν οὖν ἡ νύμφη, μηδέπω τοῦ
νυμφῶνος ἀξιωθεῖσα, πρός τε τὸν τοῦ νυμφίου Πατέρα,
καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν νυμφίον ἐληλυθότα πρὸς αὐτὴν
διεξέρχεται. Ἀξιοῦται δὲ καὶ τῆς παστάδος, καὶ τῶν
τοῦ νυμφίου θαλάμων τε καὶ ταμιείων, καὶ σεμνυνο-
μένη πρὸς τὸν οἰκεῖον λέγει χορόν· « Εἰσήνεγκέ με ὁ
βασιλεὺς εἰς τὸ ταμιεῖον αὐτοῦ, » τουτέστι, τὰ κεκρυμ-
μένα αὐτοῦ ἀπεκάλυψέ μοι βουλεύματα· τὸ μυστήριον
τὸ ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν ἐγνώρισέ μοι·
τοὺς θησαυροὺς, τοὺς σκοτεινοὺς, καὶ ἀποκρύφους,
καὶ ἀοράτους, ἀνέῳξέ μοι, κατὰ τὴν τοῦ Ἡσαΐου προ-
φητείαν. Καὶ τοῦτο ἔστιν ἀκριβέστερον ἐκ τῶν ἱερῶν B
Εὐαγγελίων μαθεῖν, ἡνίκα ὁ Δεσπότης Χριστὸς, τοῖς
μὲν Ἰουδαίοις ἐν παραβολαῖς διελέγετο, τοῖς δὲ ἁγίοις
αὐτοῦ μαθηταῖς ἀπεκάλυπτε τῶν παραβολῶν τὴν
διάνοιαν, λέγων· « Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια
τῆς βασιλείας, ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται. Καὶ ταμιεῖον
δὲ ὁ Κύριος τὴν διάνοιαν προσαγορεύει, λέγων·
« Σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου,
καὶ πρόσευξαι τῷ Πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ [52]. »
« Εἰσήνεγκέ με ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ταμιεῖον αὐτοῦ· »
μονονουχὶ λέγουσα μετὰ τοῦ μακαρίου Παύλου, ὅτι
« Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ
καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς
ἀγαπῶσιν [53] αὐτόν· ἡμῖν δὲ ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ
τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. Ἡμεῖς γὰρ νοῦν Χριστοῦ ἔχο- C
μεν, ἐν ᾧ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ
τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι. » — « Εἰσήνεγκέ με ὁ βασι-
λεὺς εἰς τὸ ταμιεῖον αὐτοῦ. » Ἀναγκαῖον ζητῆσαι
τίνος ἕνεκεν μόνη ἡ νύμφη εἰσάγεται, αἱ δὲ νεάνιδες
οὐκ εἰσάγονται, ἀλλ' ἔξω ἑστηκυῖαι, τὴν νύμφην εἰσ-
ελθοῦσαν ἀναμένουσι· καὶ ἐξελθούσης καὶ διηγησα-
μένης πῶς εἰσήγαγεν αὐτὴν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ τα-
μιεῖον αὐτοῦ, ἐπάγουσιν· « Ἀγαλλιασώμεθα, καὶ εὐ-
φρανθῶμεν ἐν σοί. Ἀγαπήσομεν μαστούς σου [54] ὑπὲρ
οἶνον. Εὐθύτης ἠγάπησέ σε [55]. » Οὐ πάντες οἱ πεπι-
στευκότες, τῆς ἴσης ἀξίας ὑπάρχουσι. « Πολλαὶ
γὰρ μοναὶ παρὰ τῷ Πατρί μου, » φησὶν ὁ Χριστὸς,
τουτέστιν, ἀξιωμάτων διαφοραί. Ἄλλο γὰρ τάγμα
πατριαρχῶν, καὶ ἄλλο προφητῶν· ἄλλο ἀποστό-
λων, καὶ ἄλλο [56] μαρτύρων· ἄλλο τῶν ἐν παρθενίᾳ D
διαπρεψάντων [57], καὶ ἄλλο τῶν τοῦ γάμου ζυγὸν
ἐννόμως ὑπελθόντων· ἄλλο τῶν ἐν πλούτῳ τὸν Θεὸν
θεραπευσάντων, καὶ πιστῶν οἰκονόμων γεγενημέ-
νων, καὶ ἄλλο τῶν τῆς πενίας τὰ ποικίλα παθήματα
καρτερῶς ὑπενεγκάντων· ἄλλο τῶν τὴν πολιτικὴν
ἀρετὴν μετιόντων, καὶ ἄλλο τῶν ἐν ὄρεσι διαιτωμέ-
νων, καὶ τῇ θείᾳ θεωρίᾳ μόνῃ προσέχειν προαιρου-

ditæ, vitæque voluptatem et lasciviam atque de-
sidiam fugientes, et laborem deliciis anteponentes,
post sponsum currunt, unguenti fragrantia illectæ
atque attractæ, ac veluti vinculo quodam inexpli-
cabili colligatæ. Sponsa igitur, nondum ad nuptias
admissa, sponsi Patrem, et sponsum ipsum ad se
profectum his alloquitur. Ad nuptias autem, et
sponsi thalamum, et cubiculum admittitur : et glo-
riosa his cœtum suum sic affatur : « Introduxit me
rex in cubiculum suum, » id est, recondita mihi
consilia sua patefecit : mysterium a sæculis et ge-
nerationibus mihi indicavit ; thesauros abditos et
absconditos atque invisibiles aperuit mihi, secun-
dum Isaiæ prophetiam [b]. Et hoc ex sacris Evangeliis
clarius licet intelligere, ubi Christus Dominus ad
Judæos in parabolis loquitur, sanctis autem disci-
pulis suis **32** parabolarum sensum exponit, Vobis,
inquiens, datum est nosse mysteria regni, illis
autem non est datum [c]. Porro « cubiculum » Do-
minus sensum vocat dicens : « Tu autem cum oras,
intra in cubiculum tuum, et ora ad Patrem tuum,
qui est in abscondito [d]. » — « Introduxit me rex
in cubiculum suum. » Propemodum dicens cum
beato Paulo : « Quæ oculus non vidit, nec auris
audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præ-
paravit Deus diligentibus se : nobis autem Deus
revelavit per Spiritum suum. » — « Nos enim sensum
Christi habemus [e], in quo omnes sunt thesauri sa-
pientiæ et scientiæ absconditi [f]. » — « Introduxit
me rex in cubiculum suum. » Non alienum est quæ-
rere, cur sola sponsa introducatur, adolescentulæ
autem non item. Foris enim stantes, sponsam in-
gredientem operiuntur, eaque egrediente, atque
enarrante, quo modo rex ipsam introduxerit in
cubiculum suum, adjiciunt : « Exsultemus, et læte-
mur in te. Diligemus ubera tua magis quam vinum.
Rectitudo dilexit te. » Non omnes qui crediderunt
sunt in eodem dignitatis gradu. « Multæ enim, dicit
Christus, mansiones sunt apud Patrem meum [g], »
hoc est, multæ dignitatum differentiæ. Nam alius
est ordo patriarcharum, alius prophetarum, alius
apostolorum, alius martyrum, alius virginitatis
decore præstantium, alius matrimonii jugum legi-
time subeuntium, alius inter divitias Deo **33** ser-
vientium fideliumque dispensatorum, alius paupe-
tatis varias ærumnas fortiter sustinentium, alius
civilem excolentium virtutem, alius in montibus
degentium, ac soli divinæ contemplationi vacantium.
Atque in his ipsis vitæ generibus multa discrimina
reperiuntur, cum ardentius alii, alii remissius,
alii accuratius, alii negligentius munera sua obeant.
Quod quidem vel ex Domini parabola facile possu-

[b] Isa. XLV, 3. [c] Matth. XIII, 11. [d] Matth. VI, 6. [e] I Cor. II, 9, 10, 16. [f] Coloss. II, 3. [g] Joan. XIV, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[51] cod. κηλούμεναι. [52] κρυπτῷ. In cod. sequitur expositio trium Patrum. [53] ἀγαπ. cod præm. τοῖς. [54] ἀγαπ. μαστούς σου. *Hebr.* commemorabimus amores tuos. [55] εὐθύτης. *Hebr.* rectitudines, sc. qui recti sunt. [56] cod. ἄλλων. [57] ἄλλο — διαπρεψάντων des. in cod. relicto spatio.

Digitized by Google

της ὑπάρχων, καὶ εἰδὼς ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ θεὸς ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ ἀναστήσειν [16] τὸ κατὰ σάρκα τὸν Χριστὸν, προειδὼς ἐλάλησε περὶ τοῦ θανάτου, ὅτι « Οὐκ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ εἰς ᾅδου, οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν. » Ἐπειδὴ τοίνυν ἀδελφαὶ τυγχάνουσαι, ἥ τε Ἰουδαίων πληθὺς, καὶ ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, ἐκείνης δὲ υἱὸς ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, εἰκότως αὐτὸν ἀδελφιδοῦν ἡ νύμφη καλεῖ, ὡς τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς υἱὸν γενόμενον κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. Οὗτος τοίνυν ὁ ἀδελφιδοῦς μου ἐμοὶ καὶ νάρδος ἐστὶ, καὶ ἀπόδεσμος στακτῆς· πολλοῖς γὰρ αὐτὸν ὀνόμασι προσαγορεύω, ὑπὸ τῆς εὐοσμίας τοῦ μύρου αὐτοῦ καταθελγομένη, καὶ οὐ δύναμαι ἑνὶ ὀνόματι χρήσασθαι. Πάσας γὰρ ὁμοῦ τὰς προσηγορίας νικᾷ τῆς εὐοσμίας αὐτοῦ ἡ δύναμις· ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ νικωμένη, καὶ νάρδον αὐτὸν ὀνομάζω, καὶ ἀπόδεσμον στακτῆς προσαγορεύω. Νάρδον μὲν, ὡς καὶ ἀλιφέντα τῇ νάρδῳ τῇ πιστικῇ τῇ πολυτίμῳ, ἧς ἡ ὀσμὴ ὅλον τὸν οἶκον ἐπλήρωσε, τύπον ἔχοντα τῆς οἰκουμένης· ἐπλήρωσε γὰρ τῆς εὐώδους πίστεως τὴν οἰκουμένην ἡ ὑπὸ τῶν εὐσεβῶν τῷ Κυρίῳ προσενεχθεῖσα θεραπεία· ἀπόδεσμον δὲ αὐτὸν καλῶ στακτῆς, ἐπειδὴ αὐτὸς « Κατέβη ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγὼν ἡ στάζουσα ἐπὶ τὴν γῆν. » Κέκληται δὲ ὑπὸ τῶν προφητῶν καὶ σταγών· « Ἔσται γὰρ, φησὶν, ἐκ τῆς σταγόνος τοῦ λαοῦ τούτου συναγόμενος συναχθήσεται Ἰακώβ. » Ἰστέον δὲ ὅτι ὁ Σύμμαχος [18], καὶ ὁ Ἀκύλας, σμύρναν τὴν στακτὴν ὠνομάκασι. Δηλοῖ δὲ ἡ σμύρνα τοῦ νυμφίου τὸν θάνατον, καὶ τὴν ἐκεῖθεν γενομένην εὐοσμίαν τῇ νύμφῃ. Προσέθηκε δέ· « Ἀναμέσον [19] τῶν μαστῶν μου αὐλισθήσεται. » Τουτέστιν ἐν τῷ ἡγεμονικῷ τῆς ψυχῆς μου, ὃ τῇ καρδίᾳ ἐπαναπαύεται μεταξὺ τῶν μαστῶν διακειμένη. Δηλοῖ δὲ τοῦτο τῆς προφητείας τὸ πέρας, τῆς ὑπὸ Θεοῦ [17] λεγομένης· « Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαὸς, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ νυμφίος ὑπισχνεῖται λέγων, ὅτι « Ἐλευσόμεθα ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα. » Διὸ καὶ ὁ Παῦλος βοᾷ, « Ἢ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; » Τούτου χάριν ἡ νύμφη φησίν· « Ἀναμέσον τῶν μαστῶν μου [18] αὐλισθήσεται [19].

set, et sciret, jurejurando jurasse illi Deum, fore ut de fructu lumbi ejus excitaret Christum quoad carnem, sessurum super sede ejus, prævidens locutus est de morte, quia, « Non relicta est anima ejus in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem [j]. » Cum itaque Judæorum multitudo et Ecclesia gentium sorores sint, atque illius filius sit Christus, quantum ad carnem attinet, jure ipsum sponsa nepotem vocat, utpote sororis filium secundum humanitatem. Hic ergo nepos meus et nardus est mihi, et fasciculus stactes. Multis enim nominibus illum appello fragrantia unguenti illius delinita et unica appellatione uti non possum, cum suavitatis ejus vis omnibus nominibus antecellat. At vero amore ipsius superata, cum et nardum nomino, et stactes fasciculum appello. Nardum quidem, quoniam et unctus est nardo pistica illa pretiosa, cujus odor replevit totam domum, quæ mundum significat universum. Obsequium enim a piis hominibus Domino exhibitum orbem terrarum implevit fidei suavitate. Stactes autem fasciculum eum voco, quoniam ipse « Descendit sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidium stillans super terram [k]. » Et a prophetis etiam vocatus est stilla. « Erit enim, inquit, ex stilla populi hujus congregatus congregabitur Jacob [l]. » Illud vero ignorandum non est, a Symmacho et Aquila pro stacte myrrham dici. Myrrha **50** autem sponsi mortem, et, quæ inde ad sponsam pervenit, indicat suavitatem. Subjicit autem : « In medio uberum meorum commorabitur. » Hoc est, in præcipua animæ meæ parte, quæ quasi domicilium habet in corde, quod inter ubera situm est. Quod quidem finem prophetiæ declarat, in qua Deus ait : « Habitabo in illis, et ambulabo inter eos, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus, dicit Dominus omnipotens [m]. » Quin et ipse sponsus ita pollicetur : « Veniemus ego et Pater, et mansionem apud eum faciemus [n]. » Quamobrem et Paulus clara voce : « Num experimentum, inquit, quæritis Christi in me loquentis [o] ? » Idcirco sponsa dicit : *In medio uberum meorum commorabitur.*

ιγ'. *Βότρυς κύπρου* [20] *ἀδελφιδοῦς μου ἐμοὶ ἐν ἀμπελῶσιν Ἐνγαδδί.* Ἀποροῦσα ἡ νύμφη, ποῖον ὄνομα ἐπιθῇ τῷ νυμφίῳ, τῇδε κἀκεῖσε περινοστεῖ, καὶ πανταχόθεν προσηγορίας ἐρανιζομένη ἐπιτίθησιν αὐτῷ, ἐπειγομένη μὲν ὑπὸ τῆς ἀγάπης αὐτὸν καλεῖν, οὐ δυναμένη δὲ εὑρεῖν τὴν ἀξίαν προσηγορίαν. Διὸ πάλιν *βότρυν* αὐτὸν ὀνομάζει *κύπρου*, τουτέστι κυπρίζοντα, ἀντὶ τοῦ ἀνθεῖν ἀρξάμενον. Εὐώδης γὰρ ἡ ἄμπελος κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ. Προστίθησι δὲ,

Vers. 13. *Botrus cypri sororis meæ filius mihi in vineis Engaddi.* Quo nomine sponsum appellet hæsitans, sponsa huc illuc sese vertit, atque illi undique collectas appellationes imponit. Cum enim amore ad eum vocandum incitetur, neque illo dignum nomen inveniat, eum rursus « botrum cypri, » hoc est, florentem, nominat, sive florere incipientem. Vitis enim, quo tempore florescit, est odorifera. Addit autem : « In vineis Engaddi » talis

[j] Act. II, 30, 31. [k] Psal. LXXI, 6. [l] Mich. II, 11, 12. [m] Levit. XXVI, 12. [n] Joan. XIV, 23. [o] II Cor. XIII, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[16] cod. ἀναστήσει. [18] ὁ Σύμμαχος. Hujus lectionem desideramus in Montf. Hexapl. ad h. l. [19] ἀναμέσον. cod. præm. ὅτι. [17] Θεοῦ. cod. præm. τοῦ. [18] μου. cod. σου. [19] αὐλισθ. In cod. sequitur expositio trium Patrum. [20] κύπρου. cod. præm. τῆς.

Digitized by Google

est odorifer. Si ergo locum intelligas in Judæa vitibus eximiis præstantem, per translationem sic accipiendum est, quasi dicat : Vineas illas odoris suavitate superat botrus tuus. Sin vocabuli vim attendens dixit « Engaddi, » quod significat idem ac *oculus* 51 *tentationis*, sic intelligendum est : In tentationibus etiam constituta, et a multis oppugnata, odoris tui sentio suavitatem : et vineis hoc tempore florescentibus, (modo allegorice accipiantur,) sed in medio tentationum exsistentibus (tentatio enim est vita hominis super terram [p],) suavem botri tui florentis odorem antepono. Quod si dum adhuc floret, tam est jucundus, qualis fore putandus est, cum ad maturitatem accedet? Quod si maturescens est melior eo, qualisnam erit, cum plane jam maturus et coctus torcularibus subjicietur? Existimo enim, eum pro spiritualium ætatum ratione, aliis quidem floridum esse, aliis acerbum, aliis propemodum maturum, aliis satis maturum, sed a perfectis bibi. « Calix enim ejus inebrians perquam præclarus est [q]. » His dictis a sponsa, sponsus eam rursus ita alloquitur :

VERS. 14. *Ecce pulchra es, propinqua mea, ecce pulchra es : oculi tui columbæ.* Ejus iterum laudat pulchritudinem, et formam admiratur, ac decorem ipsius duplicata oratione quasi stupet. Imprimis autem oculos ipsius commendat, dicens: « Oculi tui columbæ, » hoc est, spirituales. Nam sub columbæ specie descendit Spiritus sanctus, et in sponso habitavit. Idcirco non ait, quasi ipsius columbæ, sed « columbæ, » id est, spirituales, divina gratia pleni, ab omni caligine liberi, revelata facie gloriam Domini contemplantes, in eamdem imaginem transformati a claritate in claritatem, tanquam a Domino 52 Spiritu [r], ut possint dicere : « Nobis autem Deus revelavit per Spiritum suum [s] » Rursus sponsa respondens ait :

VERS. 15, 16. *Ecce pulcher es, sororis meæ filius, et plane decorus ad lectum nostrum umbrosum. Tigna domuum nostrarum. cedri; laquearia nostra cupressi.* Hactenus sponsi fragrantiam sponsa suspexit. Nunc autem illuminata oculis, quos spirituales habet, ita ut columbæ nomen gerat, ejus etiam pulchritudinem admiratur : « Pulcher, inquiens, et decorus es, nepos meus. » Lectum vero, ut arbitror, appellat divinam Scripturam, in qua et sponsus et sponsa conquiescentes mutuo spirituali consuetudine conjunguntur. Ac sponsus quidem præbet verbi semina : sponsa autem illa sus-

A « Ἐν [21] τοῖς ἀμπελῶσιν Ἐνγαδδὶ » τοιοῦτός ἐστιν εὐώδης. Εἰ μὲν οὖν τὸ χωρίον σημαίνει τὸ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ὡς ἀμπελῶσι θαυμαστοῖς κεκοσμημένον, νοητέον τροπικῶς, ὅτι Ὑπὲρ ἐκείνας τὰς ἀμπέλους εὐώδης σου ὁ βότρυς ὑπάρχει. Εἰ δὲ διὰ τὴν τοῦ ὀνόματος σημασίαν τὴν προσηγορίαν τοῦ « Ἐνγαδδὶ » τέθεικεν, ὅπερ ἑρμηνεύεται *ὀφθαλμὸς πειρατηρίου*, νοητέον οὕτως, ὅτι Καὶ ἐν πειρασμοῖς ὑπάρχουσα, καὶ ὑπὸ πολλῶν πολεμουμένη, τῆς σῆς εὐοσμίας ἀντιλαμβάνομαι· καὶ τῶν κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν ἀνθούντων ἀμπελώνων, τροπικῶς νοουμένων, πειρατηρίου δὲ ὄντων μέσον· πειρατήριον γάρ ἐστι ὁ βίος ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς· προκρίνω [22] τὴν εὐοσμίαν τοῦ κυπρίζοντος βότρυος [23]. Εἰ δὲ ὁ ἄρτι ἀνθῶν τοιοῦτός ἐστι, σκοπητέον οἷος ὁ περκάζων· καὶ εἰ ὁ περκάζων
B τούτου κρείττων, ἐνθυμητέον οἷος ὁ πέπειρος, καὶ ταῖς ληνοῖς ἐπιτήδειος. Ἡγοῦμαι γὰρ τὸν αὐτὸν, ἀναλόγως ταῖς πνευματικαῖς ἡλικίαις, τοῖς μὲν ἀνθεῖν, τοῖς δὲ ὁμφακίζειν, τοῖς δὲ ὑποπερκάζειν, τοῖς δὲ πέπειρον εἶναι, ὑπὸ δὲ τῶν τελείων πίνεσθαι· « Τὸ [24] γὰρ ποτήριον αὐτοῦ μεθύσκον [25] ὡσεὶ κράτιστον [26]. » Τούτων ὑπὸ τῆς νύμφης ῥηθέντων, πάλιν αὐτῇ ὁ νυμφίος προσδιαλέγεται, καί φησιν·

ιδ'. *Ἰδοὺ εἶ καλὴ, ἡ πλησίον μου· ἰδοὺ εἶ καλὴ· οἱ [27] ὀφθαλμοί σου περιστεραί.* Ἐπαινεῖ αὐτῆς πάλιν τὸ κάλλος, καὶ θαυμάζει τὴν ὥραν, καὶ τῷ διπλασιασμῷ τὴν εὐπρέπειαν αὐτῆς ἐκπλήττεται. Πρὸ δὲ πάντων τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς ἐγκωμιάζει, καί φησιν· « Οἱ ὀφθαλμοί σου περιστεραί, » τουτέστι πνευματικοί· ἐν εἴδει γὰρ περιστερᾶς ἐπεφοίτησε τὸ
C Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐνῴκησε τῷ νυμφίῳ. Διὰ τοῦτο οὐ λέγει, ὡσεὶ [28] περιστεραῖς, ἀλλὰ « περιστεραί, » τουτέστι πνευματικοί, χάριτος θείας πεπληρωμένοι, ἀχλύος ἐλεύθεροι, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, καὶ τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμενοι, ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος, καὶ δυνάμενοι λέγειν· « Ἡμῖν δὲ ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ [29]. » Ἀποκρίνεται πάλιν ἡ νύμφη, καί φησιν·

ιε', ις'. *Ἰδοὺ εἶ καλὸς, ἀδελφιδοῦς μου, καί γε ὡραῖος πρὸς [30] κλίνην ἡμῶν σύσκιον [31]. Δοκοὶ οἴκων ἡμῶν κέδροι, φατνώματα ἡμῶν κυπάρισσοι.* Μέχρι μὲν οὖν τοῦ παρόντος τὴν εὐοσμίαν αὐτοῦ διετέλει θαυμάζουσα· νῦν δὲ αὐτοῦ καὶ τὴν ὥραν
D ἐκπλήττεται, φωτισθεῖσα τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πνευματικοὺς αὐτοὺς κτησαμένη, ὡς καὶ περιστερᾶς ὀνομασθῆναι· διό φησιν, ὅτι « Καλὸς καὶ ὡραῖος ὁ ἀδελφιδοῦς μου. » Κλίνην δὲ, ὡς οἶμαι, τὴν θείαν καλεῖ Γραφήν· ἐν ᾗ ὅ τε νυμφίος [32] καὶ ἡ νύμφη διαναπαυομένη [33] κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις κατὰ τὴν πνευματικὴν κοινωνίαν. Καὶ ὁ μὲν δίδωσι τοῦ λόγου τὰ

[p] Job VII, 1. [q] Psal. XXIII, 5. [r] II Cor. III, 18. [s] I Cor. II, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[21] ἐν. cod. præm ὅτι καί. [22] cod. προκρίνων. [23] βότρυος. cod. præm. σου. [24] τὸ—κράτιστον. Aliæ erant lectiones. t. I, p. 749. [25] cod. μεθύσκει. [26] κράτιστον. In cod. seq. expositio trium Patrum. [27] οἱ abest a cod. [28] ὡσεί. cod. præm. τό. [29] αὐτοῦ. In cod. sequitur expositio trium Patrum [30] πρὸς —σύσκιον. *Hebr.* imo sponda nostra virens s. florida. est. *Aqu.* εὐθαλής. [31] cod. σύσκιος. [32] νυμφίος. cod. præm. ὁ. [33] cod. διαναπαύομενοι

Digitized by Google

σπέρματα· ἡ δὲ δεχομένη συλλαμβάνει, καὶ κύει, καὶ ὠδίνει, καὶ βοᾷ μετὰ τοῦ προφήτου· « Διὰ τὸν φόβον σου, Κύριε, ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν, καὶ ὠδινήσαμεν, καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας σου, ὃ ἐκυήσαμεν ἐπὶ τῆς γῆς. » Σύσκιον [34] δὲ καλεῖ τὴν κλίνην, ὡς βοηθουμένην ὑπὸ τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος, καὶ τοῦ καύματος τῆς ἁμαρτίας ἀπηλλαγμένην. Ὅπερ γὰρ ἡ νεφέλη τῷ Ἰσραὴλ γέγονεν, τοῦτο ἡμῖν ἡ τοῦ Πνεύματος βοήθεια. Διὰ τοῦτό φησι· « Πρὸς κλίνην ἡμῶν σύσκιον. Δοκοὶ οἴκων ἡμῶν κέδροι, φατνώματα ἡμῶν κυπάρισσοι. » Ταῦτα δὲ τὰ εἴδη τῶν ξύλων παρέλαβεν, ἐπειδὴ ἡ μὲν κέδρος ἔχει τὸ ἄσηπτον, ἡ δὲ κυπάρισσος τὸ εὐῶδες· ἀμφότερα δὲ παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ ἔστιν εὑρεῖν, ἥτις ἡμῶν οὐ μόνον κλίνη, ἀλλὰ καὶ οἶκος τυγχάνει, καὶ τράπεζα, καὶ τροφή· καὶ οὐ μόνον τὴν εὐωδίαν παρέχει, ἀλλὰ καὶ τὸ ἄσηπτον, καὶ τὸ ἀπαθὲς, καὶ ἀθάνατον ἐπαγγέλλεται. Εἰ δέ τις βούλοιτο οἴκους τῆς νύμφης, καὶ τὰς ἁπανταχοῦ γῆς καὶ θαλάσσης ἐκκλησίας καλεῖν, οὐ διαμαρτήσεται τῆς ἀληθείας· τῶν κέδρων καὶ τῶν κυπαρίσσων τροπικῶς νοουμένων· τῶν μὲν ὡς δοκῶν τιμιωτέρων· αἱ γὰρ δοκοὶ τὸν δροφον φέρουσιν· τῶν δὲ ὑποδεεστέρων, φατνωμάτων ὀνομαζομένων. Οὕτως ἐπαινεθεὶς ὁ νυμφίος ὑπὸ τῆς νύμφης διδάσκει, ὡς οὐδέπω τὸ ἀληθινὸν αὐτοῦ τεθέαται κάλλος, ἀλλ' ἔτι τῇ τοῦ κάλλους ἐνετρύφησε σκιᾷ [35].

A cipiens concipit, et fert in utero, et parturit, et clamat cum propheta : « Propter timorem tui, Domine, in utero concepimus, et parturivimus, et peperimus spiritum salutis tuæ, quem gestavimus super terra [t]. » Porro « lectum umbrosum, » ut Spiritus gratia adjutum, et ab ardore peccati defensum, vocat. Quod enim nubes erat Israeli, id nobis est Spiritus auxilium. Ideo « ad lectulum, ait, nostrum umbrosum. Tigna domuum nostrarum, cedri; laquearia nostra, cupressi. » Hæc arborum genera posuit, quoniam cedrus incorruptione, cupressus odore præstat : utrumque autem in divina Scriptura licet invenire, quæ quidem nobis non modo lectus est, **53** sed etiam domus, et mensa, et cibus : nec solum odoris suavitatem suggerit, B verum etiam incorruptionem, et impassibilitatem, et immortalitatem pollicetur. Si quis autem ædes sponsæ velit ecclesias, quæ ubique gentium in mari terraque sunt, vocare, a veritate non aberrabit : ut cedri et cupressi allegorice accipiantur, alii quidem, tanquam tigna, præstantiores, tigna enim tectum sustinent : alii vero inferiores, qui laquearia appellantur. Sponsus a sponsa ita laudatus declarat, eam nondum ipsius pulchritudinem spectasse, sed adhuc in umbra pulchritudinis immorari.

ΚΕΦΑΛ. β'.

α'. *Ἐγὼ γὰρ*, φησὶν, *ἄνθος τοῦ πεδίου* [36], *κρίνον τῶν κοιλωμάτων* [37]. Τὴν ἀνθρωπίνην μου, φησὶν, εὐμορφίαν τεθέασαι· ἐπειδὴ Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. Ἐγὼ γὰρ τοῦ πεδίου ἄνθος ἐγενόμην, τουτέστι, γήϊνον ἀνέλαβον σῶμα, καὶ ἐν τῇ γῇ ἐβλάστησα, προαιώνιος ὑπάρχων καὶ ὑψηλὸς, μᾶλλον δὲ ἀμέτρητος. Κρίνον ἐγενόμην οὐκ ὀρέων, οὐδὲ βουνῶν, οὐδὲ πεδίων ἁπλῶς, ἀλλὰ κοιλωμάτων. Οὐ γὰρ μόνον τοῖς ζῶσιν εὐηγγελίσατο τὴν σωτηρίαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς νεκροῖς τὴν ἀνάστασιν, κατελθὼν εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα. Διὰ τοῦτο τοῦ μὲν πεδίου ἄνθος ἑαυτὸν ὀνομάζει, κρίνον δὲ τῶν κοιλωμάτων, τουτέστι τῶν τεθνηκότων· καὶ γὰρ ἐκείνοις τὴν ἀναβίωσιν ἐπηγγείλατό τε καὶ ἐπραγματεύσατο [38]. Εἶτα ἐπειδὴ ἑαυτὸν τοιούτοις ὀνόμασι προσηγόρευσε, φησὶ τῇ νύμφῃ·

CAPUT II.

Vers. 1. *Ego* enim, inquit, *flos campi, lilium convallium.* Humanam, inquit, pulchritudinem C meam, nam « Deum nemo vidit unquam [u], » aspexisti. Ego enim flos campi factus sum, hoc est, terrenum corpus assumpsi. Et cum æternus, et excelsus, imo vero immensus essem, e terra progerminavi et lilium sum factus, non montium, neque collium, neque camporum simpliciter, sed convallium. Non enim viventibus modo salutem, sed mortuis quoque resurrectionem nuntiavit, descendens in inferiores partes terræ, ut impleret omnia. Idcirco se campi florem appellat, et lilium convallium, id est, mortuorum, quibus a morte in vitam reditum et promisit et præstitit. Deinde cum se his nominibus appellasset, **54** sic ait ad sponsam :

β'. *Ὡς κρίνον ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν, οὕτως ἡ πλησίον μου ἐν μέσῳ τῶν θυγατέρων.* Ὅση γὰρ διαφορὰ τοῦ κρίνου πρὸς τὰς ἀκάνθας, τοσοῦτο [40] διενήνοχέ σου τὸ κάλλος τῶν θυγατέρων, αἳ οὕτω μὲν [41] προσαγορεύονται διὰ τὸ τῆς κλήσεως ἀξιωθῆναι, τοῦ δὲ ἐκλεκταὶ εἶναι ἑαυτὰς ἀπεστερήκεισαν. « Πολλοὶ γὰρ, φησὶ, κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί. »

D Vers. 2. *Sicut lilium inter spinas, sic propinqua mea inter filias.* Quantum spinis lilium præstat, tantum forma tu filiabus antecellis. Dicuntur autem filiæ, quia vocatione dignæ sunt habitæ. Sed quo minus electæ sint, ipsarum culpa factum est. « Multi enim, inquit, sunt vocati, pauci vero electi [v]. » Hoc autem nomine sponsam vocat etiam

[t] Isa. xxvi, 18. [u] Joan. i, 18. [v] Matth. xx, 16.

VARIÆ LECTIONES.

[34] σύσκιον. Des. h. l. in cod. relicto spatio, ut deinde post κλίνην ἡμῶν. [35] σκιᾷ. In cod. sequitur expositio trium Patrum. [36] ἄνθος τοῦ πεδίου. *Hebr.* rosa Saronis. [37] κοιλωμ. Rec. lectio est κοιλάδων. [38] ἐπραγμ. In cod. repetuntur illa, ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων. Deinde sequitur expositio trium Patrum. [39] ἐν μέσῳ. Rec. lectio est ἀναμέσον. [40] τοσοῦτο. Mallem τοσούτῳ. cod. τοσοῦτον. [41] μέν. Abest a cod.

Digitized by Google

Isaias propheta : « Lætare, inquiens, desertum sitiens : exsultet solitudo, et floreat quasi lilium [x]. » Deserta enim, et solitaria, atque infructuosa, et arida erat quæ appellatur sponsa, nec lectum umbrosum habebat, sed ardebat siti sponsi sui, atque ideo clamabat, « Osculetur me osculis oris sui. » Quod quidem videns propheta, erat enim spiritualis, « Lætare, inquit, sterilis sitiens, exsultet solitudo, et floreat sicut lilium. » Ob id et sponsus ad eam dicit : « Sicut lilium inter spinas, sic propinqua mea inter filias. » Videtur autem hoc loco hæreticorum ecclesias, propter vocationem illius, non propter electionem ipsarum, filias appellare ; atque illas quidem spinis, sponsam autem odorato lilio comparat. Lilium enim tum exteriori decore splendet, tum aureum intus flosculum continet. Talis est anima justitiæ splendore circumdata, et spirituale sapientiæ scientiæque donum in intimis penetralibus absconditum gestans. Sponso respondet sponsa, et ait :

Τούτῳ δὲ [52] ὀνόματι καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας ὀνομάζει τὴν νύμφην λέγων· « Εὐφράνθητι, ἔρημος διψῶσα· εὐφρανθήτω ἔρημος, καὶ ἀνθείτω ὡς κρίνον· » Ἔρημος γὰρ ἦν πρότερον, καὶ ἄκαρπος, καὶ ἄνυδρος ἡ νύμφη προσαγορευομένη, καὶ κλίνην οὐκ ἔχουσα σύσκιον· ἐδίψα δὲ τὸν νυμφίον· διὸ καὶ βοᾷ· « Φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ. » Καὶ τοῦτο ὁ προφήτης εἰδὼς, πνευματικὸς γὰρ ἦν, ἔλεγεν· « Εὐφράνθητι, ἔρημος διψῶσα, εὐφρανθήτω ἔρημος, καὶ ἀνθείτω ὡς κρίνον. » Διὰ τοῦτο καὶ ὁ νυμφίος φησὶ πρὸς αὐτήν· « Ὡς κρίνον ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν, οὕτως ἡ πλησίον μου ἀναμέσον τῶν θυγατέρων. » Καὶ ἔοικεν ἐνταῦθα τὰς τῶν αἱρετικῶν ἐκκλησίας θυγατέρας καλεῖν, διὰ τὴν αὐτοῦ κλῆσιν, καὶ οὐ διὰ τὴν ἐκείνων προαίρεσιν. Κἀκείνας μὲν ἀπεικάζει [53] ἀκάνθαις, ταύτην δὲ κρίνῳ εὐώδει, τῷ καὶ ἔξωθεν λαμπρότητα ἔχοντι, καὶ τὸ χρυσοειδὲς ἄνθος ἐν μέσῳ περικειμένῳ. Τοιαύτη δέ ἐστιν ἡ τὴν τῆς δικαιοσύνης λαμπρότητα περικειμένη ψυχὴ, καὶ τὸ πνευματικὸν τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως χάρισμα ἔνδον ἐν τοῖς ταμείοις κρυπτόμενον περιφέρουσα [54]. Ἀμείβεται τὸν νυμφίον ἡ νύμφη, καί φησι πρὸς αὐτόν·

Vers. 3. *Sicut pomum inter ligna silvæ,* **55** *ita nepos meus inter filios. In umbra illius desideravi, et sedi : et fructus ejus dulcis gutturi meo.* Magna est inter pomum et lilium differentia. Hoc enim oculos tantum et odoratum oblectat : pomum autem et spectandi, et odorandi, et gustandi sensus afficit voluptate. Esui enim opportunum est, et editur. Proinde sponsa quidem lilium nuncupatur, sponsus autem pomum. Hic enim editur, et sponsæ fit cibus. Sponsa vero non comeditur, sed odoris duntaxat habet suavitatem. Idcirco ait : « Sicut pomum inter ligna silvæ, ita nepos meus inter filios. » Filios hic, ut antea filias, nominat eos, qui cum facti sint vocatione digni, se ipsos electione indignos præstiterunt. Hos sponsa lignis silvæ similes dicit, et arboribus infructuosis. At sponsum appellat pomum, quod quidem et tactu molle est, et gustu dulce, et odoratu suave, et aspectu jucundissimum ac venustissimum, et auditu amabilissimum. Simul enim audiendo cunctos orationi sensus accommodamus. Talis autem est Dominus noster, et Salvator, et sponsus, qui convivio suo sensus omnes nostros explet suavitate. Sub hujus umbra sedere se sponsa dicit concupivisse, et consedisse : ac mox fructum etiam ejus decerpsisse, eumque gutturi suo fuisse dulcissimum. Ardentes enim malitiæ radios vitare studet, ne iterum nigra fiat. Umbra autem sponsi sunt ea, quæ nunc, ut beatus Paulus ait, in speculo et ænigmate conspiciuntur : « Video enim, inquit, nunc tanquam in speculo, et tanquam **56** in ænigmate : tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex

γ'. *Ὡς μῆλον ἐν τοῖς ξύλοις τοῦ δρυμοῦ, οὕτως ἀδελφιδοῦς μου ἀναμέσον τῶν υἱῶν· ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ἐπεθύμησα καὶ ἐκάθισα, καὶ καρπὸς αὐτοῦ γλυκὺς ἐν λάρυγγί μου.* Πολλὴ δὲ ἡ διαφορὰ τοῦ μήλου πρὸς τὸ κρίνον· τὸ μὲν γὰρ μόνην τὴν ὄψιν, καὶ τὴν ὀσφρησιν εὐφραίνει, τὸ δὲ μῆλον πρὸς τῇ ὄψει, καὶ τῇ ὀσφρήσει καὶ τῇ γεύσει [55] ἡδονὴν τοῖς βουλομένοις παρέχει. Ἐδώδιμον γάρ ἐστι, καὶ ἐσθίεται· διὰ τοῦτο ἡ μὲν νύμφη κρίνον ὀνομάζεται, ὁ δὲ νυμφίος μῆλον. Ὁ μὲν γὰρ ἐσθίεται καὶ γίνεται τροφὴ τῇ νύμφῃ· ἡ δὲ οὐκ ἐσθίεται, ἀλλὰ μόνην ἔχει τὴν εὐοσμίαν· διὰ τοῦτό φησιν· « Ὡς μῆλον ἐν τοῖς ξύλοις τοῦ δρυμοῦ, οὕτως ἀδελφιδοῦς μου ἀναμέσον τῶν υἱῶν. » Υἱοὺς δὲ προσαγορεύει, ὥσπερ ἐκεῖ θυγατέρας, τοὺς τῆς μὲν κλήσεως ἀξιωθέντας, ἀναξίους δὲ σφᾶς αὐτοὺς καταστήσαντας τῆς ἐκλογῆς· οἷς ἐοικέναι ξύλοις δρυμοῦ, καὶ δένδροις ἀκάρποις ἡ νύμφη φησίν. Τὸν δὲ νυμφίον ὀνομάζει μῆλον, ὃ καὶ τῇ ἁφῇ λεῖον, καὶ τῇ γεύσει ἡδὺ, καὶ τῇ ὀσμῇ εὐῶδες, καὶ τῇ ὄψει τερπνότατον καὶ χαριέστατον, καὶ τῇ ἀκοῇ ἥδιστον· ἅμα γὰρ τῷ ἀκοῦσαι πάσας τῷ λόγῳ τὰς αἰσθήσεις προσφέρομεν. Τοιοῦτος δὲ ὁ Δεσπότης ἡμῶν, καὶ Σωτὴρ, καὶ νυμφίος, πάσας ἡμῶν ἐστιῶν τὰς αἰσθήσεις τυγχάνει. Ἐν τῇ τούτου σκιᾷ λέγει ἡ νύμφη ἐπιθυμῆσαι καθίσαι, καὶ τοῦτο πεποιηκέναι· μετὰ δὲ ταῦτά φησι καὶ τοῦ καρποῦ μεταλαβεῖν, καὶ γλυκύτατον τοῦτον ἐν τῷ λάρυγγι φανῆναι· βούλεται γὰρ φυγεῖν τὰς τῆς κακίας ἀκτῖνας συγκαίειν ἐπισταμένας, ἵνα μὴ πάλιν γένηται μέλαινα· σκιὰ δὲ τοῦ νυμφίου τὰ νῦν ἐν ἐσόπτρῳ καὶ αἰνίγματι, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, φαινόμενα· « Ἄρτι μὲν γὰρ, φησὶν, βλέπω ὡς ἐν ἐσόπτρῳ, καὶ ὡς

[x] Isa. xxxv, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[52] δέ. cod. τῷ. [53] ἀπεικάζει. In cod. ponitur post ἀκάνθαις. [54] περιφ. In cod. seq. expositio trium Patrum. [55] τῇ γεύσει. cod. τὴν γεῦσιν.

Digitized by Google

ἐν αἰνίγματι· τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους, τότε δὲ ἐπιγνώσομαι καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην· » διὰ τοῦτό φησιν· « Ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ἐπεθύμησα, καὶ ἐκάθισα, καὶ καρπὸς αὐτοῦ γλυκὺς ἐν λάρυγγί μου. » Καὶ γὰρ ὑπὸ τὴν σκιὰν καθημένη τρυγῶ τὸν καρπὸν, καὶ τούτου μεταλαμβάνω· καὶ μαρτυροῦσιν οἱ μεμυημένοι, τοῖς τοῦ νυμφίου μέλεσιν ἐντρυφῶντες [46].

A parte : tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum [y-z]. » Ideo, « In umbra, inquit, ejus concupivi, et sedi : et fructus ejus dulcis in gutture meo. » Etenim sub umbra sedens fructum decerpo, et hujus particeps fio. Et testes sunt illi, qui initiati in sponsi membris oblectantur.

δ', ε'. *Εἰσαγάγετέ με* [47] *εἰς οἶκον τοῦ οἴνου· τάξατε* [48] *ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην. Στηρίξατέ με ἐν μύροις* [49]· *στοιβάσατέ με ἐν μήλοις, ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ.* Οἶκον δὲ οἴνου καλεῖν αὐτὴν ἡγοῦμαι τὰς θείας ληνοὺς, περὶ ὧν ὁ προφήτης φησίν· « Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων! Ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου. » — « Ὑπὲρ γὰρ τῶν ληνῶν » τὸν ψαλμὸν ὀνομάσας ταῦτα ἐπήγαγε· διδάσκων, ὡς ληνοὺς καλεῖ τὰς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, ἐν αἷς ὁ πνευματικὸς οἶνος ἀποθλιβόμενος, καὶ οἱονεὶ ληνοβατούμενος εὐφραίνει τῶν εὐσεβῶν τὰς ψυχὰς κατὰ τὴν προφητείαν τὴν λέγουσαν· « Μεθυσθήσονται ἀπὸ πιότητος οἴκου σου, καὶ τὸν χειμάῤῥουν [50] τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτούς. » Διὰ τοῦτο καὶ ἀξιοῖ ἡ νύμφη εἰσελθεῖν εἰς τὸν οἶκον τοῦ οἴνου αὐτοῦ, καὶ παρακαλεῖ τοὺς τοῦ νυμφίου διακόνους λέγουσα· « Τάξατε ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην· » τουτέστι, διδάξατέ με τῆς ἀγάπης τὸν τρόπον, ἵνα μὴ ἀγαπήσω πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ τὸν νυμφίον, ἢ ἀγρὸν, ἢ ἀμπελῶνας, καὶ ἀναξία τοῦ νυμφῶνος φανῶ. Αὐτὸς γὰρ ἀπεφήνατο λέγων· « Ὁ ἀγαπῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· καὶ ὁ ἀγαπῶν υἱοὺς καὶ θυγατέρας ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. » Καὶ ὁ παλαιὸς δὲ νόμος, ὁ τῷ Ἀδὰμ δοθεὶς, τοιαῦτα διηγόρευσεν· « Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. » — « Τάξατε τοίνυν ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην, » ἵνα τῷ νυμφίῳ μου συναφθῶ, καὶ τοῦτον καὶ πατρὸς, καὶ μητρὸς, καὶ τῶν ἄλλων προτιμήσω. « Στηρίξατέ με ἐν μύροις, » τουτέστι, Βεβαιώσατέ με τῇ τοῦ νυμφίου εὐοσμίᾳ, καὶ ὑπερείσατέ με, ἵνα μηδέν με σαλεύσῃ· διαπαντός μοι τὴν εὐωδίαν ἐκείνην προσφέροντες, ἵνα μὴ λαθοῦσα λήθην τοῦ νυμφίου περὶ ἕτερα πλανηθῶ. Ἀλλὰ καὶ « Στοιβάσατέ με [51] ἐν μήλοις· » ἀντὶ τοῦ, Τοῖς καρποῖς με τοῦ νυμφίου φορτίσατε· ἵνα ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐτοῦ καθημένη, καὶ τῶν μύρων αὐτοῦ ὀσφραινομένη, καὶ τῷ καρπῷ αὐτοῦ πεφορτωμένη, ἄληστον αὐτοῦ διαφυλάξω τὴν μνήμην· « Τέτρωμαι γὰρ αὐτοῦ τῇ ἀγάπῃ. » Καὶ γὰρ βέλος ἐκλεκτὸν ὑπάρχει, καὶ τιτρώσκει τὰς βαλλομένας ψυχάς [52].

VERS. 4, 5. *Introducite me in cellam vini : ordinate in me charitatem. Fulcite me unguentis, stipate me malis, quia amore langueo.* Cellam vini, ut arbitror, divina vocat torcularia, de quibus propheta ait : « Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! Concupiscit, et deficit anima mea desiderio atriorum Domini [a]. » Cum enim psalmum B « Pro torcularibus » inscripsisset, hæc verba subjecit, ut doceret se torcularia appellare Dei Ecclesias, in quibus spirituale vinum, tanquam prelis expressum, piorum animas lætitia perfundit, juxta illam prophetiam : « Inebriabuntur ubertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos [b]. » Ideo sponsa ut in cellam ipsius vinariam ingredi liceat, rogat : et sponsi ministros cohortatur, « Ordinate, inquiens, in me charitatem, » hoc est, docete me charitatis rationem ac modum, ne patrem, aut matrem, aut agrum, aut vineam magis, quam sponsum diligens, sponso videar indigna. Sic enim ipse sententiam tulit : « Qui amat patrem aut matrem **57** plus quam me, non est me dignus : et qui amat filios aut filias plus quam me, non est me C dignus [c]. » Vetus etiam lex, quæ data fuit Adamo, talia protulit : « Quamobrem relinquet homo patrem et matrem suam, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo caro una [d]. » — « Ordinate ergo in me charitatem, » ut sponso conjungar meo, eumque et patri, et matri, et cæteris anteponam. « Fulcite me unguentis, » id est, confirmate et communite me sponsi suavitate, ne quid me concutiat et labefactet. Fragrantia illa assidue me cumulate, ne sponsi obliviscar, et ad alia aberrem. Sed et « malis stipate me, » hoc est, sponsi fructibus me onerate, ut sub umbra illius sedens, et unguentis ejus delibuta, fructuque onerata, perpetuam ipsius memoriam conservem. « Illius enim amore sum sauD cia. » Est enim sagitta electa, quæ animas, quas petit, transfigit.

ς'. *Εὐώνυμος αὐτοῦ ὑπὸ* [53] *τὴν κεφαλήν μου· καὶ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ περιλήψεταί με.* Ἀλλὰ μὴ πάλιν εἰς σωματικὰς καταπέσωμεν δόξας, εὐωνύμου καὶ δεξιᾶς ἐπαΐοντες· καὶ γὰρ περὶ τῆς σοφίας, ἥτις ἐστὶν ἕξις, καὶ οὐκ οὐσία, φησὶν ὁ Σολο-

VERS. 6. *Læva ejus sub capite meo : et dextera illius amplexabitur me.* Cavendum est ne rursus lævam et dexteram audientes in opiniones corporeas incidamus. Etenim de sapientia, quæ habitus est, non autem substantia, loquens Salomo :

[y-z] I Cor. XIII, 12. [a] Psal. LXXXIII, 1, 2. [b] Psal. XXXV, 9. [c] Matth. X, 37. [d] Gen. II, 24.

VARIÆ LECTIONES.

[46] ἐντρυφ. In cod. sequitur expositio trium Patrum. [47] εἰσαγ. με. *Hebr.* duxit me. [48] τάξατε — ἀγάπην. *Hebr.* et vexillum ejus super me amor est. [49] Στηρίξατε—μύροις. *Hebr.* Sustentate (s. recreate) me lagenis istis. Rec. lectio est στηρίσατέ με. [50] τὸν χειμ. Supra χειμάῤῥους, t. I, p 831. [51] με abest a cod. [52] ψυχάς. In cod. sequitur expositio trium Patrum. [53] ὑπό, cod. ἐπί.

Digitized by Google

« Longitudo, inquit, vitæ, et anni vitæ in dextera ejus : in sinistra autem illius divitiæ et gloria [d]. » Et de amplexu in Proverbiis dictum est illud : « Dilige eam, et conservabit te : circumda 58 illam, et exaltabit te ; honora illam, ut te complectatur [e]. » Ex his ergo locis discamus etiam illa magis secundum spiritum intelligere, ut amplexum divini Verbi et piæ animæ conjunctionem esse credamus. Lævum autem et dextrum ut a nobis sumptum intelligi debet. Quod quidem ne sine contemplatione prætereamus, animadvertendum est, Deum vel beneficia conferre, vel suppliciis afficere, pro cujusque meritis. Pro dextera igitur beneficentiam, pro sinistra supplicium accipientes, sponsam audiamus quæ dicit : « Læva ejus sub capite meo ; » hoc est, suppliciis altior sum, neque illis subjicior, quia cum sponso conjuncta sum, atque illum studiose observo. « Dextera illius amplexabitur me : » id est, beneficiis suis me exornabit, ac veluti amplectens, et comprehendens, et desiderium meum explens, me illis cumulabit. Hoc autem et beatus Paulus ostendens, « Sic, ait, semper cum Domino erimus [f]. » Atque utinam nos quoque ultricem ejus potentiam minime experiamur, nec supplicia, quæ comminatur, degustemus : sed donis et muneribus, quæ pollicitus est, perfruamur, per gratiam atque benignitatem ipsius sponsi Christi Domini nostri, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

μών, ὅτι « Μῆκος βίου, καὶ ἔτη ζωῆς, ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτῆς· ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ αὐτῆς πλοῦτος καὶ δόξα. » Καὶ περὶ τῆς περιλήψεως πάλιν ἔστιν εὑρεῖν ἐν ταῖς Παροιμίαις εἰρημένον τὸ [54], Ἐράσθητι αὐτῆς, καὶ τηρήσει σε· περιχαράκωσον αὐτὴν, καὶ ὑψώσει σε· τίμησον αὐτὴν, ἵνα σε περιλάβῃ. » Ἐντεῦθεν τοίνυν τὰς ἀφορμὰς λαβόντες, πνευματικώτερον κἀκεῖνα νοήσωμεν, τοῦ θείου λόγου καὶ τῆς εὐσεβοῦς ψυχῆς εἶναι κοινωνίαν πιστεύοντες τὴν καλουμένην περίληψιν· καὶ τὸ εὐώνυμον δὲ καὶ δεξιὸν, ὡς ἀφ' ἡμῶν ληφθὲν, νοητέον. Ἵνα δὲ μὴ ἀθεώρητον αὐτὸ καταλίπωμεν, οὐτωσὶ νοήσωμεν. Εὐεργετεῖν οἶδε καὶ κολάζειν ὁ Θεὸς, τοῖς ἀξίοις ἀπονέμων ἀμφότερα. Τὴν εὐεργετικὴν τοίνυν χάριν ἐπὶ τῆς δεξιᾶς νοήσαντες, τὴν δὲ κολαστικὴν ἐπὶ τῆς εὐωνύμου, ἀκούσωμεν τῆς νύμφης λεγούσης· « Εὐώνυμος αὐτοῦ ἐπὶ [55] τὴν κεφαλήν μου· » τουτέστιν, Ἄνω εἰμὶ τῶν κολάσεων, οὐχ ὑπόκειμαι ταύταις, διὰ τὸ τῷ νυμφίῳ πλησιάσαι, καὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ φροντίσαι. « Ἡ δεξιὰ αὐτοῦ περιλήψεταί με [56], » ἀντὶ τοῦ, Ταῖς εὐεργεσίαις αὐτοῦ κατακοσμήσει με, καὶ τούτων ἐμπλήσει με, οἱονεὶ περιπτυσσόμενος καὶ περιλαμβάνων, καὶ τὴν ἐμὴν ἐπιθυμίαν πληρῶν. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος παραδηλῶν ἔλεγεν, ὅτι « Οὕτως πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα. » Γένοιτο καὶ ἡμᾶς πεῖραν μὲν [57] τῆς κολαστικῆς αὐτοῦ δυνάμεως μὴ λαβεῖν, μηδὲ γεύσασθαι τῶν ἠπειλημένων τιμωριῶν, τῶν δὲ ἐπηγγελμένων ἀπολαῦσαι δωρεῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ νυμφίου Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος [58] εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[d] Prov. III, 16. [e] Prov. IV, 6. [f] 1 Thess. IV, 17.

VARIÆ LECTIONES.

[54] τό. Abest a cod. [55] ἐπί. cod. ὑπό. [56] μέ. abest a cod. [57] μέν. abest a cod. [58] τοῦ—κράτος. cod. μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι.

59 ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

LIBER SECUNDUS.

VERS. 7. *Adjuravi vos, filiæ Hierosolymæ, per potentias et vires agri, si suscitaveritis et exsuscitaveritis charitatem, donec voluerit.* Qui corporum amore capti sunt, ut illis quæ optant ipsi potiantur soli, studiose curant, atque ab amatis æmulos totis viribus conantur arcere ; at qui spiritus amore sunt inflammati, Deique tenentur desiderio, eadem flamma omnes ut homines incendan-

ζ'. Ὥρκισα ὑμᾶς, θυγατέρες Ἰερουσαλὴμ [59], ἐν δυνάμεσι καὶ ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ, ἐὰν [60] ἐγείρητε [61] καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην, ἕως [62] θελήσῃ. Οἱ μὲν σωμάτων ἐρῶντες, μόνοι τῶν ποθουμένων ἀπολαύειν σπουδάζουσι· τοὺς δὲ πειρωμένους λῃστεύειν τὰς σφίσιν αὐτοῖς ἀνακειμένας, μετὰ πολλῆς ἀπελαύνουσι τῆς σφοδρότητος. Οἱ δὲ πνευματικῶς ἐρῶντες, καὶ τὸν Θεὸν ποθοῦντες, πάν-

VARIÆ LECTIONES.

[59] ἐν—ἀγροῦ. *Hebr.* per capreas aut per cervas agri. [60] ἐάν. *Hebr.* אם h. i. .. q. *nequaquam*, ut in formulis jurandi Ps. LXXXIX, 36, XCV, 11, CXXXII, 3, 4, et Græcorum εἰ, Marc. VIII, 12. [61] cod. ἐγείρηται et deinde ἐξεγείρηται. [62] ἕως. Rec. lectio est ἕως οὗ.

Digitized by Google

τας ἀνθρώπους κοινωνῆσαι αὐτοῖς τοῦ φίλτρου παρακαλοῦσι. Διὸ καὶ ἐν τῷ Ἄσματι τῶν ᾀσμάτων ἡ νύμφη διηγησαμένη τὴν τοῦ νυμφίου περίληψιν, ὅτι « Εὐώνυμος αὐτοῦ ὑπὸ τὴν κεφαλήν μου, » καὶ εἰρηκυῖα, « καὶ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ περιλήψεταί με, » οὐκ ἀνέχεται μόνη ἐντρυφᾶν τῷ νυμφίῳ, οὐδὲ ἀποχρῆν ἡγεῖται μόνῃ τῶν ἱερῶν ἐκείνων ἀπολαύειν ἀγκαλῶν, ἀλλὰ καὶ τὰς νεάνιδας παρακαλεῖ· οὐ παρακαλεῖ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ βιάζεται, καὶ ἀνάγκην ἐπιτίθησιν ὅρκου, ἵνα ἐγείρωσι καὶ ἐξεγείρωσι τὴν ἀγάπην, ἕως ἂν ὁ νυμφίος ἐθελήσῃ. Θυγατέρας δὲ Ἱερουσαλὴμ δηλονότι τῆς ἐπουρανίου ταύτας προσαγορεύει· περὶ ἧς ὁ μακάριος Παῦλός φησιν· « Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν. » Ἀγρὸν δὲ τὸν κόσμον ὀνομάζει· οὕτω γὰρ καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις τὴν παραβολὴν ἑρμηνεύων φησὶν, ὅτι « Ἀγρός ἐστιν ὁ κόσμος. » Δυνάμεις δὲ καὶ ἰσχύας ἀγροῦ τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις φησὶ, τὰς τὸν κόσμον περιπολούσας κατὰ τὸ θεοῦ θέλημα· ἢ τοὺς ἁγίους προφήτας καὶ ἀποστόλους, οἳ θείου Πνεύματος πληρωθέντες, καὶ τὴν οἰκουμένην περινοστήσαντες, τοὺς ἀντιθέους καὶ θεομισεῖς ἐξήλασαν δαίμονας, καὶ τὴν εὐσέβειαν ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς κατεφύτευσαν. Ἐν ἀπολαύσει τοίνυν ἡ νύμφη τοῦ νυμφίου γενομένη, καὶ πεῖρα μαθοῦσα τὴν ἄῤῥητον ἐκείνην τρυφὴν, βοᾷ καὶ λέγει· « Ὥρκισα ὑμᾶς, θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ, ἐὰν ἐγείρητε καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην, ἕως οὗ θελήσῃ· » τουτέστι, Μὴ ἐάσητε ἐν ὑμῖν τὴν περὶ τὸν Θεὸν ἀγάπην [63] καθευδῆσαι· ἀλλὰ διεγείρατε αὐτὴν, καὶ πυρσεύσατε, καὶ ἐπιβάλλετε οἱονεὶ ἔλαιον τῶν εὐεργεσιῶν τὴν μνήμην· ἵνα μὴ καὶ περὶ ἡμῶν ῥηθῇ· « Ὕπνωσαν ὕπνον αὐτῶν, καὶ [64] οὐχ εὗρον οὐδέν. » Ἐὰν γὰρ μὴ ἀπαγγείλητε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον αὐτοῦ, καὶ μὴ μνησθῆτε τῶν θαυμασίων αὐτοῦ ὧν ἐποίει, ἀλλ' ἐπιλάθησθε τῶν εὐεργεσιῶν αὐτοῦ· σβεσθήσεται ἡ ἀγάπη, καὶ οἱονεὶ νεκρωθήσεται. Χρὴ δὲ ὑμᾶς [65] διηνεκῶς ἐξάπτειν αὐτὴν, καὶ διεγείρειν, καὶ εἰς ὕψος αὐτὴν αἴρειν τὴν φλόγα. Μέτρον δὲ ποιεῖσθαι τῆς ἀγάπης, τοῦ νυμφίου τὸ βούλημα. Μὴ πρότερον οὖν παύσησθε ταύτην διεγείροντες, καὶ τὴν πυρὰν αὐτῆς ἐξάπτοντες, ἕως ἂν ὁ νυμφίος ἔχειν αὐτὴν εἴπῃ τὸ μέτρον. Τούτοις ἔοικε τὰ ὑπὸ τοῦ μακαρίου Παύλου Κορινθίοις γραφέντα, καὶ διὰ Κορινθίων πᾶσιν ἡμῖν· « Γρηγορεῖτε, στήκετε ἐν τῇ πίστει, ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε· πάντα ὑμῶν ἐν ἀγάπῃ γινέσθω. » Καὶ ἐν τῷ τέλει δὲ τῆς Ἐπιστολῆς φησιν· « Εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον Ἰησοῦν, ἤτω ἀνάθεμα. » Οὕτως ἀγαπῶσιν οἱ θερμῶς ἀγαπῶντες τὸν σεσωκότα, ὡς τοὺς ἀγαπᾷν αὐτὸν οὐκ ἐθέλοντας ὡς ὀδωδότα καὶ σεσηπότα βδελύττεσθαι σώματα. Τοῦτο σημαίνει λέ-

A tur, exoptant. Quamobrem et in Cantico canticorum cum sponsa sponsi complexum exposuisset, « Læva, inquiens, ejus sub capite meo, » subjecissetque, « et dextera illius amplexabitur me : » se in sponsi deliciis solam versari non sustinet, neque satis esse putat, si ipsa sola sacris illis complexibus perfruatur : sed omnes invitat adolescentulas, neque tantum invitat, sed cogit, ac jurisjurandi obstringit necessitate, ut suscitent atque exsuscitent charitatem, quoad sponsus ipse voluerit. Has autem appellat filias Hierosolymæ, cœlestis illius nimirum, de qua beatus Paulus : « Quæ autem sursum est, inquit, Hierosolyma, libera est, quæ est mater omnium nostrum [g]. » Agrum vero mundum vocat. Sic enim et Dominus, B in sacris Evangeliis parabolam exponens : « Ager, inquit, est mundus [h]. » At potentias et fortitudines agri, angelicas nominat potestates, quæ Dei jussu mundum obeunt : aut sanctos **60** prophetas, et apostolos, qui ,divino repleti Spiritu, per universum vagantes orbem terrarum, Dei adversarios atque hostes dæmones expulerunt, pietatisque surculos in animis hominum inseruerunt. Cum igitur sponsa sponso frueretur, experimentoque delicias ejus ineffabiles degustaret, exclamans : « Adjuravi vos, inquit, filiæ Hierosolymæ, per potentias et vires agri, si suscitaveritis atque exsuscitaveritis charitatem, donec voluerit; » hoc est, ne charitatem erga Deum in vobis dormire C patiamini, sed eam suscitetis atque accendatis, et memoriam beneficiorum illius tanquam oleum superessundatis, ne de vobis quoque dicatur : « Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt [i]. » Nisi enim nuntiaveritis de die in diem salutare ejus, et memineritis mirabilium ipsius, quæ fecit, exstinguetur charitas, et quodammodo intercidet. Oportet autem vos illam continenter accendere, atque excitare, et flammam ejus in altum quasi extollere, ac modum ipsius dimetiri sponsi voluntate. Ne prius ergo hanc excitare atque ignem illius incendere desistatis, donec sponsus ipsius modum determinaverit. His similia videntur ea, quæ a beato Paulo Corinthiis, et per Corinthios D nobis omnibus scripta sunt : « Vigilate, state in fide, viriliter agite, et confortemini : omnia vestra in charitate fiant [j]. » Atque in fine Epistolæ, « Si quis non amat, inquit, Dominum Jesum, sit anathema [k]. » Ita **61** amant, qui ardenter amant salutis auctorem, ut nolentes amare eum tanquam putrida ac fœtida corpora detestentur. Idem etiam beatus David significat : « Nonne, inquiens, odientes te, Domine, oderam, et super inimicos tuos

[g] Galat. IV, 26. [h] Matth. XIII, 38. [i] Psal. LXXV, 6. [j] I Cor. XVI, 13, 14. [k] Ibid. 22.

VARIÆ LECTIONES.

[63] ἕως—ἀγάπην. des. in cod. [64] καί. abest a cod. [65] ὑμᾶς. Editio prior habebat ἡμᾶς.

Digitized by Google

tabescebam? Perfecto odio oderam illos, et inimici facti sunt mihi [l]. » At de illis qui ipsum diligunt : « Apud me, inquit, valde honorati sunt amici tui, o Deus, valde confortati sunt principatus eorum [m]. » Atque hac quidem ratione amicos ab amicis amandos esse sancti viri didicerunt a rerum omnium Deo, qui primus Abrahæ dixit : « Benedicam benedicentibus tibi, et maledicam maledicentibus tibi [n]. » Israeli quoque dicit : « Inimicus ero inimicis tuis, et adversabor adversariis tuis [o]. » Ex his locis didicit David illa dicere, et beatus Paulus, eos qui non amant Dominum, anathemate detestari. Quapropter et sponsa filias Hierosolymæ obtestatur ut erga sponsum, quoad ipsi libuerit, suscitent atque exsuscitent charitatem. Dum hæc cum adolescentulis sponsa disserit, casque ad charitatem similem cohortatur, sponsum sentit adventantem, et ait :

VERS. 8. *Vox nepotis mei.* Sanctis enim illius sermonibus assuefacta, vocem ejus agnoscit. Quemadmodum et Dominus in sacris Evangeliis : « Oves meæ, inquit, vocem meam audiunt [p]. » Alienum autem non sequentur, quia non noverunt vocem alienorum [q]. » Novit ergo sponsa vocem sponsi : novit quid inter adulterum et sponsum intersit : atque adulterorum **62** quidem, et luporum, et mercenariorum vocem aversatur, sponsi autem et pastoris sermones amat. Itaque simul ac adventum ejus præsensit, clamans, « Vox inquit, nepotis mei. » Et quietem nullam sibi permittens exsurgit, atque observat, et circumspicit, atque ipsum aspiciens clamat :

Ecce hic venit, saliens super montibus, transiliens colles. (VERS. 9.) *Similis est nepos meus capreæ, et hinnulo cervorum in montibus Bethel.* Operæ pretium est quærere cur eum capreæ hinnuloque cervorum similem dicat : et quinam sint montes Bethel, quid salire, quid transilire significet, quid colles et montes, in quibus hæc geruntur. Capream ex videndi acumine dorcadis nomine vocatam ferunt, cernit enim quam acutissime. Aiunt et cervos ferarum serpentium naturali quodam odio teneri, adeo ut angues, et viperas, et alias ejusmodi bestias non aliter atque herbas devorent, cum ex eo cibo nullo afficiantur incommodo. Proinde cum Dominus Christus, quatenus homo, sit illa virga quæ egressa est de radice Jesse, super quem requievit Spiritus Dei, Spiritus sapientiæ et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus scientiæ et pietatis, et quem repleturus erat Spi-

γων καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ· « Οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε, Κύριε, ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου ἐξετηκόμην; Τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς, εἰς ἐχθρούς ἐγένοντό μοι. » Περὶ δὲ τῶν φιλούντων αὐτόν φησιν· « Ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου, ὁ Θεός, λίαν ἐκραταιώθησαν αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν. » Οὕτω δὲ φιλεῖν τοὺς φιλοῦντας τοὺς φίλους οἱ μακάριοι ἄνδρες ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἐδιδάχθησαν. Αὐτὸς γὰρ πρῶτος ἔφη τῷ Ἀβραάμ· « Εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι. » Λέγει δὲ καὶ τῷ Ἰσραήλ· « Ἐχθρεύσω τοὺς ἐχθρούς σου, καὶ ἀντικείσομαι τοῖς ἀντικειμένοις σοι. » Ἐντεῦθεν ἐδιδάχθη καὶ ὁ Δαβὶδ ἐκεῖνα εἰπεῖν, καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἀνάθεμα ποιῆσαι τοὺς μὴ φιλοῦντας τὸν Κύριον· διὰ τοῦτο καὶ ἡ νύμφη ὁρκίζει τὰς θυγατέρας Ἱερουσαλήμ, ἐγεῖραι καὶ ἐξεγεῖραι τὴν περὶ τὸν νυμφίον ἀγάπην, ἕως ἂν αὐτὸς ἐθελήσῃ [66]. Ταῦτα ταῖς νεάνισι διαλεγομένη, καὶ εἰς τὴν ὁμοίαν αὐτὰς ἀγάπην προτρεπομένη, ἐν αἰσθήσει γίνεται τῆς τοῦ νυμφίου παρουσίας, καί φησι·

η'. *Φωνὴ τοῦ ἀδελφιδοῦ μου.* Ἐθὰς γὰρ γενομένη τῶν ἱερῶν αὐτοῦ λόγων, ἐπιγινώσκει αὐτοῦ τὴν φωνήν· ὡς καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις φησί· « Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει. » Ἀλλοτρίῳ δὲ μὴ [67] ἀκολουθήσουσιν, ὅτι οὐκ οἴδασι τῶν ἀλλοτρίων τὴν φωνήν. Οἶδε [68] τοιγαροῦν ἡ νύμφη τὴν τοῦ νυμφίου φωνήν· οἶδε διαφορὰν μοιχοῦ καὶ νυμφίου. Καὶ τῶν μὲν μοιχῶν, καὶ λύκων, καὶ μισθωτῶν βδελύττεται τὰς φωνάς· τοῦ δὲ νυμφίου καὶ ποιμένος τοὺς λόγους ποθεῖ. Διόπερ αὐτίκα ἐν αἰσθήσει γενομένη τῆς ἐκείνου παρουσίας βοᾷ· « Φωνὴ τοῦ ἀδελφιδοῦ μου· » καὶ οὐκ ἀνέχεται καθῆσθαι [69], ἀλλ' ἀνίσταται, καὶ καραδοκεῖ, καὶ περισκοπεῖ, καὶ ὁρῶσα αὐτὸν βοᾷ·

Ἰδοὺ οὗτος ἥκει πηδῶν ἐπὶ τὰ ὄρη, διαλλόμενος ἐπὶ τοὺς βουνούς. Θ'. Ὅμοιός ἐστιν ὁ ἀδελφιδοῦς μου τῇ δορκάδι καὶ [70] *νεβρῷ ἐλάφων ἐπὶ* [71] *τὰ ὄρη Βαιθήλ.* Ἄξιον δὲ ζητῆσαι, τί δήποτε αὐτὸν δορκάδι καὶ νεβρῷ ἐλάφων ἀπεικάζει, καὶ τίνα τὰ ὄρη Βαιθήλ, καὶ τίνα τὰ πηδήματα, καὶ τίνα τὰ ἅλματα, τίνες δὲ οἱ βουνοὶ καὶ τὰ ὄρη, ἐφ' οἷς ταῦτα γίνεται. Φασὶ τὴν δορκάδα ἐπώνυμον εἶναι τῆς οἰκείας ὀξυδορκίας, καὶ διὰ τὸ ὀξέως ὁρᾶν ταύτην εἰληφέναι τὴν προσηγορίαν. Φασὶ δὲ καὶ τὰς ἐλάφους τῶν ἑρπυστικῶν θηρίων ἀναιρετικὰς εἶναι, καὶ τοὺς ὄφεις, καὶ τοὺς ἔχεις, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα, πόᾳ παραπλησίως ἐσθίειν, καὶ μηδεμίαν ἐντεῦθεν ἀποφέρεσθαι βλάβην. Ἐπειδὴ τοίνυν ὁ Δεσπότης Χριστὸς ῥάβδος ἐστὶ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ἐξελθοῦσα ἐκ ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ ἐπανεπαύσατο ἐπ' αὐτὸν Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας, καὶ [72]

[l] Psal. cxxxviii, 21, 22. [m] Ibid. 17. [n] Gen. xii, 3. [o] Exod. xxiii, 22. [p] Joan. x, 27. [q] Ibid. 5.

VARIÆ LECTIONES.

[66] ἐθελήσῃ. In cod. sequitur, ἡ διδάσκαλος ψυχὴ πρὸς τὰς μαθητευομένας φησί. Hæc excipit expositio trium Patrum. [67] μὴ ἀκολ. cod. οὐ μὴ ἀκολουθήσωσιν. [68] οἶδε — φωνήν. des. in cod. [69] cod. καθίσαι. [70] καί. cod. ἤ. quæ est rec. lectio h. l. [71] ἐπὶ— Βαιθήλ. Hæc desunt in textu Hebr. et e vers. 17 petita esse videntur. [72] καί. abest a cod.

Digitized by Google

πνεῦμα φόβου Θεοῦ ἐμπλήσει αὐτὸν, δορκάδι αὐτὸν ἡ νύμφη ἀπεικάζει, διὰ τὸ ὀξυδερκὲς καὶ διορατικὸν, καὶ τῶν μελλόντων προγνωστικόν. Νεβρῷ δὲ πάλιν αὐτὸν ἐλάφων ἐοικέναι φησὶν, ὡς συντρίψαντα τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος, καὶ συνθλάσαντα τὰς κεφαλὰς τοῦ δράκοντος, καὶ μαχαίρᾳ παραπλησίως ὄφιν τὸν σκολιὸν καὶ ἀνελόντα τὸν[73] δράκοντα τὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ· καὶ δεδωκότα τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ· καὶ ἁμαρτίαν μὲν μὴ ποιήσαντα, ἄραντα δὲ τοῦ κόσμου τὰς ἁμαρτίας, καὶ οἷόν τινας ὄφεις καταδαπανήσαντα. Νεβρῷ δὲ αὐτὸν ἐλάφου ἀπεικάζει· ἐπειδὴ οὐ μόνον ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου προσαγορεύεται, καὶ οὐ μόνον λέων, ἀλλὰ καὶ σκύμνος λέοντος· « Ἀναπεσὼν γὰρ, φησὶν, ἐκοιμήθη ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος. » Εἰκὸς δὲ αὐτὴν καὶ αἰνίττεσθαι, ὅτι καὶ ἔτι βραχεῖαν ἔχων τὴν σωματικὴν ἡλικίαν, διαβόλου[74] τὴν δύναμιν οἷόν τινας κατεδαπάνησεν ὄφεις, καὶ τοὺς μάγους, τοῦ διαβόλου τοὺς ὑποφήτας, εὐθὺς γεννηθεὶς εἵλκυσεν εἰς προσκύνησιν. Κατὰ[75] τὸν νόμον δὲ τῶν καθαρῶν ἐστι ζώων, καὶ ἡ δορκὰς, καὶ ἡ ἔλαφος· προτέτακται δὲ ἡ δορκὰς τῆς ἐλάφου, ὡς τύπον ἔχουσα διὰ τὴν ὀξυδορκίαν τῆς πίστεως. Πιστεῦσαι γὰρ δὴ πρῶτον τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ ὅτι ἔστι, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται. Καὶ τοὺς ἐλάφους δὲ ἡ θεία καλεῖ Γραφή· καὶ νῦν μέν φησιν ὁ μακάριος Δαβὶδ ἐν ιζ' ψαλμῷ· « Ὁ Θεὸς περιζωννύων[76] με δύναμιν, καὶ ἔθετο ἄμωμον τὴν ὁδόν μου· καταρτιζόμενος τοὺς πόδας μου ὡσεὶ ἐλάφου. » Ἐγένετο γὰρ, φησὶν, ἄμωμος ἡ ὁδός μου, ἐπειδὴ κατηρτίσθησαν οἱ πόδες μου ὡσεὶ ἐλάφου. Ἠδυνήθην γὰρ πατῆσαι ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Νῦν δὲ ἐν κη' ψαλμῷ φησι· « Φωνὴ Κυρίου καταρτιζομένη ἐλάφους, καὶ ἀποκαλύψει δρυμούς. » Ἐλάφους δὲ ἐνταῦθα τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους ὀνομάζει, ὧν οἱ πόδες ὡραῖοι, ὡς εὐαγγελιζομένων ἀγαθὰ, ὡς πατοῦντες τοὺς θανατοῦντας ὄφεις, καὶ ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς ἐπιβουλεύοντας· δι' ὧν ἀπεκαλύφθησαν οἱ δρυμοὶ ἄκαρποι, ἡ τῶν εἰδώλων ἀπάτη· δι' ὧν[77] ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ πᾶς τις λέγει δόξαν. Τοιαῦτα καὶ ὁ μακάριος Ἀββακοὺμ ὁ προφήτης φησίν· « Κύριος ὁ Θεός μου δύναμίς μου, καὶ τάξει τοὺς πόδας μου ὡσεὶ ἐλάφου, καὶ ἐπὶ τὰ ὑψηλά ἐπιβιβᾷ με[78] τοῦ νικῆσαί με ἐν ᾠδῇ αὐτοῦ. » Ἀλλὰ γὰρ καιρὸς ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανελθεῖν. « Ἰδοὺ οὗτος ἥκει πηδῶν ἐπὶ τὰ ὄρη, διαλλόμενος ἐπὶ τοὺς βουνούς. Ὅμοιός ἐστιν ἀδελφιδοῦς μου τῇ δορκάδι, ἢ νεβρῷ ἐλάφων ἐπὶ τὰ ὄρη Βαιθήλ. » Διδάσκει δὲ[79] ἐνταῦθα ἡ νύμφη τὴν τῶν εἰδώλων κατάλυσιν ὑπὸ τοῦ νυμφίου γεγομένην. Ὄρη γὰρ καὶ

A ritus timoris Dei [r]; cum sponsa, propter eximiam oculorum aciem, ac perspicacem intuendi vim, et futurorum providentiam, capreæ similem asserit. Cervorum autem hinnulo ipsum comparat, ut qui capita draconum confregerit super aqua, **63** et qui capita draconis colliserit, et tanquam gladius sinuosum anguem, et egredientem draconem, qui erat in mari, sustulerit : potestatemque dederit discipulis suis calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici [s] : quique peccatum non fecerit [t], sed tulerit peccata mundi, eaque tanquam serpentes profligarit. At hinnulo cervi illum assimilat, quia non solum homo, sed et Filius hominis dicitur : nec leo tantum, sed etiam catulus leonis. « Accubans B enim, inquit, dormivit ut leo, et quasi catulus leonis [u]. » Nec vero alienum est, de sponso illud intelligi, quod, cum parvula adhuc esset corporis statura, diaboli potentiam veluti serpentes quosdam devorarit, cum magos qui diaboli vates erant, confestim ut natus est, ad adorationem protraxerit. Porro inter animalia quæ munda sunt, caprea et cervus numerantur in lege [v]. Jam caprea prior quam cervus nominata est, quia figuram obtinet fidei, propter excellentem in prospiciendo vim oculorum [x]. Credere enim oportet primum accedentem ad Deum, quod ipse sit, et illis qui quæ-runt eum remunerator sit futurus. Ac cervos quidem nominat divina Scriptura. Et nunc quidem C ait in XVII psalmo beatus David : « Deus, qui præcinxit me virtute, et immaculatam fecit viam meam, qui perficit pedes meos tanquam cervi [y]. » Immaculata enim, inquit, facta est via mea, posteaquam perfecti sunt pedes mei, tanquam cervi. Potui enim calcare super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici. Nunc autem **64** in psalmo XXVIII : « Vox, inquit, Domini præparans cervos, et revelabit silvas [z]. » Cervos hic vocat beatos apostolos, quorum pedes speciosi, utpote evangelizantium bona [a]; quippe qui conculcant serpentes qui hominum animabus insidias struunt et mortem afferunt; per quos revelata sunt condensa silvarum infructuosa, scilicet idolorum fraudes; per quos in templo Dei D unusquisque dicit gloriam. His haud dissimilia pronuntiat beatus Habacuc propheta : « Dominus Deus, fortitudo mea, et ponet pedes meos quasi cervi, et super excelsa deducet me, ut vincam in cantico ejus [b]. » Sed tempus est ut ad propositum revertamur. « Ecce hic venit saliens super montibus, transiliens super colles. Similis est nepos meus capreæ, aut hinnulo cervorum in

[r] Isa. XI, 1, 2. [s] Luc. X, 19. [t] I Petr. II, 22. [u] Num. XXIV, 9. [v] Deut. XII, 15. [x] Hebr. XI, 6. [y] Psal. XVII, 33. [z] Psal. XXVIII, 9. [a] Isa. LII, 7; Rom. X, 15. [b] Habac. III, 19.

VARIÆ LECTIONES.

[73] ὄφιν — ἀνελόντα τόν. des in cod. [74] διαβόλου. cod. præm. τοῦ. [75] κατά. cod. præm. καί. [76] περιζων. cod. præm. ὁ. [77] δι' ὧν. cod. διό. [78] καὶ — ἐπιβιβᾷ με. des. in cod. et in textu τῶν Ο' l. c. [79] δέ. abest a cod.

Digitized by Google

montibus Bethel. » Docet hic sponsa internecionem idolis illatam a sponso suo. Montes enim et colles vocat lucos et delubra dæmonum, in montibus olim sita et ædificata : super quibus verborum sapientia, et miraculorum virtute, saliens atque transiliens, penitus evertit ea atque destruxit. Quem quidem sensum Symmachus magis perspicuum reddit, interpretans ad hunc modum, « Ecce hic venit ascendens contra montes, prosiliens adversus colles. » His sponsa rursus subjicit : « En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. » Docet autem quemadmodum sponsus, omni monte et colle humiliato, juxta Isaiam prophetam [c], ad eam, quæ humilis quondam erat, et **65** valli comparabatur, accedat, impleatque eam, et redigat prava in directa, et aspera in vias planas [d], eique tanquam civitati murum circumstruat, ne ab hostibus diripiatur : et tanquam vineæ, atque horto, et viridario, maceriem circumponat, ne ab omnibus prætereuntibus viam vindemietur, neve ab apro de silva, et fera agresti, ut prior illa quæ ex Ægypto translata fuerat, dissipetur [e]. Ostendit ergo quemadmodum, eversis dæmonum templis, et eorum, qui vocabantur dii, nemoribus et fanis, (id enim per verba ista « in montibus Bethel » innuitur : nam Bethel significat *domum Dei* : eodem autem nomine quo Deus, qui est super omnia, illi qui dii non sunt, dii ab impiis appellabantur,) ad eam venerit. Ac nondum quidem in thalamum ipsius ingressus est : sed stans post parietem respicit per fenestras. Fenestras autem sensus vocat. Per sensus enim, tanquam per fenestras, in animam influunt, atque ex illis vicissim effluunt tum ea quæ bona sunt, tum etiam contraria. Quamobrem Jeremias propheta dicit : « Mors ascendit per fenestras [f]. » — Nam « Qui vidit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est cum ea in corde suo [g]. » Atque ita mors per fenestras ingreditur. Et qui vanam auditionem suscipit, is per fenestras mortem admittit. At sponsa nunc decore sponsi per fenestras fruitur. Sed quærendum est quomodo sponsus per fenestras, hoc est, per sensus nostros prospiciat. Cum in lege Domini meditantes die ac nocte divinis sermonibus **66** oblectamur, et cum animi compunctione, et scientia, quæ scripta sunt diligenter consideramus, fenestras nostras aperimus, et sponsi personam suscipimus. Cumque alios divinas Scripturas recitantes, aut de Deo disserentes, studiose audimus, per alias rursus fenestras sponsus prospicit, et propriam nobis ostendit pulchritudinem. Non solum autem per fenestras prospi-

ς'. *Τίς αὕτη ἀναβαίνουσα* [48] *ἀπὸ τῆς ἐρήμου, στελέχη καπνοῦ* [49] *ὡς τεθυμιαμένη σμύρναι καὶ λίβανον ἀπὸ πάντων κονιορτῶν μυρεψοῦ; Ὥσπερ* γὰρ τὸν νυμφίον ὁρῶντες, μετὰ τὴν τοῦ διαβόλου νίκην καὶ τὴν τοῦ θανάτου κατάλυσιν, εἰς οὐρανοὺς ἀνιόντα, θαυμάζουσι καὶ λέγουσι· « Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; » καὶ μανθάνουσιν, ὅτι « Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς, Κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ· » καὶ μανθάνειν ἀκριβέστερον βουλόμεναι πάλιν ἐρωτῶσι· « Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; » καὶ ἀκούουσιν, ὅτι « Κύριος τῶν δυνάμεων αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης· » οὗτως [50] ἐνταῦθα τῆς νύμφης τὴν ὥραν θαυμάζοντές φασιν· « Τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα ἀπὸ τῆς ἐρήμου; » Ἔρημον δὲ καλοῦσι τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν, διὰ τὴν προτέραν ἀσέβειαν. Διὸ καὶ ὁ Ἡσαΐας βοᾷ· « Εὐφράνθητι, ἔρημος διψῶσα· εὐφρανθήτω [51] ἔρημος, καὶ ἀνθείτω ὡς κρίνον. » Ὥσπερ δὲ ἐνταῦθα ἐκπλήττονται, ὅτι τοσοῦτον κάλλος ἐκ τῆς ἐρήμου βεβλάστηκεν· οὕτως ἐν τῇ Ἡσαΐου προφητείᾳ θαυμάζουσι τὸν νυμφίον ὁρῶντες, καὶ λέγουσι, « Τίς οὗτος ὁ παραγενόμενος ἐξ Ἐδώμ; Ἐρύθημα ἱματίων αὐτοῦ ἐκ Βοσόρ; »

Vers. 6. *Quæ est ista, quæ ascendit e deserto sicut virgula fumi, redolens myrrham et thus ex universis pulveribus unguentarii?* Quemadmodum enim sponsum conspicientes, post diaboli stragem mortisque dissolutionem in cœlum redeuntem, admirantur, et dicunt: « Quis est iste rex gloriæ? » et discunt: « Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio [a]; » et quo clarius intelligant, rursus quærunt: « Quis est iste rex gloriæ? » et audiunt: « Dominus virtutum ipse est rex gloriæ; » ita hic sponsæ pulchritudinem suspicientes, « Quæ est, inquiunt, ista, quæ ascendit ex deserto? » Desertum appellant hominum naturam, ob priorem impietatem. Quapropter Isaias etiam clamat: « Lætare, desertum sitiens: exsultet solitudo, et floreat sicut lilium [b]. » Ac quemadmodum hic obstupescunt, quod tanta ex deserto pulchritudo germinarit: sic admirantur in Isaiæ prophetia, sponsum aspicientes, « Quis est, inquiunt, iste, qui venit ex Edom? Rubor vestium ejus de Bosor [c]? » Significat autem Edom *terram*: **82** Bosor autem *carnem*. Et ejus decorem cum stupore

[x] Galat. IV, 26. [a] Psal. XXIII, 8. [b] Isa. XXXV, 1. [c] Isa. LXIII, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[48] αὐτὸν — ἕως οὗ. Des. in cod. [49] τὴν. cod. præm. εἰς. [47] εἰσέλθωσι. In cod. sequitur expositio trium Patrum. [48] ἀναβ. cod. præm. ἡ. [49] στελ. καπνοῦ. *Hebr.* palmæ (s. elationes) fumi. [50] οὕτως. cod. οὕτω καί. [51] cod. εὐφράνθητι.

Digitized by Google

contuentes exclamant : Iste formosus in stola, violentia cum fortitudine. Quare rubra sunt vestimenta tua tanquam ex torculari pleno calcato? Et dicunt, « In corpore exsistens splendet. » Stolam corpus ejus appellarunt, et violentam habet pulchritudinem, quæ universos cogit intuentes. Ita mirantur hoc loco, non solum quod pulchra sit sponsa, verum etiam quod ascendat e deserto, id est, ex profundo in sublime gradiatur, ex humilibus ad excelsa incedat. « Et similis, inquit, videtur virgulæ fumi incensæ. » Obscura sane compositio. Dum enim Hebræorum linguæ deserviunt Septuaginta Interpretes, sententiam non explicarunt. At Aquila et Symmachus sensum nobis perspicuum reddiderunt, dicentes, « Sicut similitudo fumi ex suffimento. » Imitatur autem et virgulam sæpe suffimenti fumus in aere veluti expressus. Nec immerito ipsam fumo suffimenti similem dicunt, quæ, ut beatus ait Paulus [d], membra sua exhibet hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, quæque sacrificat assidue laudis hostiam, et membra sua, quæ sunt super terram, mortificat, et Christo consepulta est, et offert se ipsam holocaustum Deo. Declarant autem, cui suffimenti fumo ipsam compararint : myrrham enim dicunt et thus ex universis pulveribus unguentarii. Thus Deo tribui ex lege Mosaica facile intelligitur : myrrha autem condiuntur corpora defunctorum. **83** Quamobrem qui sponsæ pulchritudinem admirantur, eam his nominibus ideo odoris suavitate fragrantem et vapori suffimenti similem esse indicant, quia et humanitatem et divinitatem adorat, sponsique tum mortem credit, tum essentiam sempiternam confitetur. Itaque ex universis pulveribus unguentarii myrrham ipsius, et thus laudant. Habet enim alias quoque virtutes ex divina Scriptura, eas tanquam ex aromatarii officina depromens. Sed in ea excellit myrrha et thus, hoc est, sponsi divinitatis humanitatisque cognitio. Ad hunc modum sponsæ pulchritudinem admirati, sponsi divitias illi declarant et dicunt :

VERS. 7, 8. *En lectulus Salomonis, sexaginta potentes in circuitu ejus, ex potentibus Israel. omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi. Uniuscujusque ensis super femur ejus, a timore in noctibus.* Inprimis quærendum est, cur Salomonem sponsum appellent. Salomo *pacificum* sonat : idque in Paralipomenon libris licet invenire. Deus enim Davidi, cum vellet templum ædificare : « Ecce, inquit, filius nascetur tibi. Hic erit vir

A Σημαίνει δὲ τὸ μὲν Ἐδὼμ τὴν γῆν, τὸ δὲ Βοσὸρ τὴν σάρκα. Καὶ ἐκπληττόμενοι αὐτοῦ τὸ κάλλος βοῶσιν · Οὗτος ὡραῖος ἐν στολῇ, βία μετὰ ἰσχύος. Ἱματί σου ἐρυθρὰ τὰ ἱμάτια, ὡς ἀπὸ πατητοῦ ληνοῦ πλήρους καταπεπατημένης; Καί φασιν· « Ἐν [53] σώματι ὢν λάμπει. » Στολὴν αὐτοῦ τὸ σῶμα [53] προσηγορεύκασι· καὶ βίαιον ἔχει τὸ κάλλος, ἅπαντας τοὺς ὁρῶντας βιαζόμενον. Οὕτω ἐνταῦθα ἐκπλήττονται, οὐ μόνον ὅτι καλὴ ἡ νύμφη, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀπὸ τῆς ἐρήμου ἀναβαίνουσα, τουτέστιν ἀπὸ βάθους εἰς ὕψος ἀνερχομένη, καὶ ἀπὸ τῶν ταπεινῶν ἐπὶ τὰ μετέωρα βαδίζουσα. « Καὶ ἔοικε, φησὶ, στελέχῃ καπνοῦ τεθυμιαμένῃ. » Ἀσαφὴς μὲν ἡ συνθήκη· τῇ γὰρ Ἑβραίων γλώττῃ δουλεύσαντες οἱ Ἑβδομήκοντα [54] οὐκ ἐσαφήνισαν τὴν διάνοιαν· ὁ δὲ Ἀκύλας καὶ ὁ Σύμμα-
B χος [55] τὴν ἔννοιαν ἡμῖν παρεδήλωσαν εἰρηκότες, « Ὡς ὁμοίωσις καπνοῦ ἀπὸ θυμιάματος. » Μιμεῖται δὲ καὶ στελέχην πολλάκις θυμιάματος καπνὸς ἐν τῷ ἀέρι οἱονεὶ τυπούμενος. Καὶ εἰκότως αὐτὴν καπνῷ θυμιάματος ἐοικέναι φασὶ, τὴν κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον παραστήσασαν τὰ μέλη αὐτῆς θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, καὶ προσφέρουσαν διηνεκῶς τὴν τῆς αἰνέσεως θυσίαν, καὶ τὰ μέλη αὐτῆς τὰ ἐπὶ τῆς γῆς [56] νεκρώσασαν, καὶ τῷ Χριστῷ συνταφεῖσαν [57], καὶ ὁλοκαύτωσιν ἑαυτὴν τῷ Θεῷ προσκομίσασαν. Διδάσκουσι δὲ καὶ πολῳ αὐτὴν καπνῷ θυμιάματος ἀπείκασαν· σμύρναν γάρ φασι [58] καὶ λίβανον ἀπὸ πάντων κονιορτῶν μυρεψοῦ. Δῆλον δὲ ὅτι λίβανος μὲν Θεῷ κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν ἀπονενέμηται νόμον·
C ἡ δὲ σμύρνα νεκρῶν ἐστι σωμάτων ἀλοιφή. Σημαίνουσι τοίνυν διὰ τούτων τῶν ὀνομάτων οἱ τῆς νύμφης τὸ κάλλος θαυμάζοντες, ὅτι διὰ τοῦτό ἐστιν εὐώδης, καὶ ἀτμῷ θυμιάματος ἀπεικασμένη, ὅτι καὶ τὴν ἀνθρωπότητα καὶ [59] τὴν θεότητα προσκυνεῖ, καὶ τῷ θανάτῳ πιστεύουσα, καὶ τὴν πρὸ τῶν αἰώνων ὕπαρξιν ὁμολογεῖ. Ἀπὸ πάντων τοίνυν τῶν κονιορτῶν τοῦ μυρεψοῦ θαυμάζουσιν αὐτῆς τὴν σμύρναν, καὶ τὸν λίβανον. Ἔχει μὲν γὰρ καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς οἷον ἀπό τινος μυρεψοῦ τῆς θείας Γραφῆς ταύτας συλλέγουσα· ἐξαίρετα δὲ αὐτῆς ἡ σμύρνα καὶ ὁ λίβανος, τουτέστιν ἡ θεολογία τε καὶ οἰκονομία [60]. Οὕτω τῆς νύμφης τὸ κάλλος θαυμάσαντες, διηγοῦνται αὐτῇ τοῦ νυμφίου τὸν πλοῦτον, καί φασιν·

D Ζ', η'. *Ἰδοὺ ἡ κλίνη τοῦ Σολομὼν* [61], *ἑξήκοντα δυνατοὶ κύκλῳ αὐτῆς, ἀπὸ δυνατῶν Ἰσραήλ. Πάντες κατέχοντες ῥομφαίας, δεδιδαγμένοι πόλεμον· ἀνὴρ ῥομφαία αὐτοῦ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ, ἀπὸ θάμβους ἐν νυξίν.* Ζητητέον δὲ πρὸ πάντων, τί δήποτε Σολομῶντα τὸν νυμφίον προσαγορεύουσι· τὸ, Σολομῶν, εἰρηνικὸς προσαγορεύεται· καὶ τοῦτο ἐν ταῖς Παραλειπομέναις ἔστιν εὑρεῖν· φησὶ γὰρ ὁ Θεὸς πρὸς βουληθέντα τὸν Δαβὶδ τὸν νεὼν

[d] Rom. XII, 1 ; coll. Hebr. XIII, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[53] ἐν. cod. præm. καί. [53] cod. στόμα. [54] οἱ Ἑβδομήκοντα. Des. in cod. [55] καὶ ὁ Σύμμαχος. De hujus lectione dubitari potest. Vid. Montf. in Hexapl. ad h. l. [56] τῆς. Des. in cod. [57] cod. συναφθεῖσαν. [58] cod. φησί. [59] καί. Abest a cod. [60] οἰκονομία. In cod. sequitur Pselli interpretatio. [61] cod. Σολομῶντος. Rec. lectio est Σαλωμών.

Digitized by Google

οἰκοδομῆσαι· « Ἰδοὺ υἱὸς τέκτεταί σοι· οὗτος ἔσται ἀνὴρ ἀναπαύσεως, καὶ ἀναπαύσω αὐτὸν ἀπὸ πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ κυκλόθεν, ὅτι Σολομὼν ὄνομα αὐτῷ· καὶ εἰρήνην, καὶ ἡσυχίαν δώσω ἐπὶ Ἰσραὴλ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ. Οὗτος οἰκοδομήσει οἶκον τῷ ὀνόματί μου, καὶ οὗτος ἔσται μοι εἰς υἱόν, καὶ ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ ἑτοιμάσω τὸν θρόνον τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν Ἰσραὴλ ἕως αἰῶνος. » Εὔδηλον δὲ ὅτι Σολομὼν τετελεύτηκεν οὐδὲ πολὺν βιώσας χρόνον, καὶ ὅτι ὁ θρόνος αὐτοῦ τέλος ἔλαβεν. Σολομῶντα τοίνυν προσαγορεύει τὸν εἰρηνικὸν ἡμῶν Κύριον, περὶ οὗ φησιν ὁ μακάριος Παῦλος· « Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας. » Διὸ καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ *Εἰς Σολομῶντα* μὲν ἐπιγράφει τὸν οα' ψαλμόν, τὰ δὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐν αὐτῷ διηγεῖται κατορθώματα. « Κρινεῖ γάρ, φησί, τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ σώσει τοὺς υἱοὺς τῶν πενήτων, καὶ ταπεινώσει συκοφάντην· καὶ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς [62] γενεῶν. » Οὔτε δὲ τῷ ἡλίῳ συμπαραμεμένηκε Σολομών, οὔτε πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς [62] γενεῶν. Ἀλλὰ ταῦτα ἁρμόττει τῷ ἐκ Σολομῶντος βλαστήσαντι Ἰησοῦ Χριστῷ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον· ὃς πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχων, « Κατέβη ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγὼν ἡ στάζουσα ἐπὶ τὴν γῆν. » Πόκον δὲ ἐνταῦθα τὴν Παρθένον προσηγόρευσε. Καθάπερ [64] γὰρ ὑετὸς ἐπὶ πόκον ἀψοφητὶ κάτεισιν, οὕτως ὁ σωτήριος ἐκεῖνος τόκος πάντων ἀνθρώπων ἀγνοούντων ἐγένετο. Τούτοις ἐπιφέρει· « Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης· ἕως οὗ [65] ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη. Καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης, » καὶ τὰ ἑξῆς ἅπαντα τῆς αὐτῆς διανοίας ἐχόμενα· οὐ γὰρ νῦν καιρὸς τὸν ψαλμὸν ἑρμηνεύειν. Ἕως δὲ τῶν περάτων τῆς οἰκουμένης οὐχ ὁ Σολομὼν ἐκυρίευσεν, ἀλλ' ὁ ἐκ Σολομῶντος βλαστήσας κατὰ τὸ ἀνθρώπειον Ἰησοῦς Χριστός, καὶ Σολομὼν προσαγορευόμενος διὰ τὸ εἰρηνικὸν καὶ πρᾶον, καὶ εἰρήνης παρεκτικόν. Ἐπειδὴ τοίνυν τίς ὁ Σολομὼν μεμαθήκαμεν, φέρε τῆς ἑρμηνείας ἁψώμεθα. « Ἰδοὺ ἡ κλίνη τοῦ Σολομών. » Κλίνην τοῦ νυμφίου τὰς θείας νοήσωμεν Γραφάς. Ἐν ἐκείναις γὰρ οἱονεὶ συνανακλινομένη ἡ νύμφη τῷ νυμφίῳ, καὶ τὰ τῆς διδασκαλίας σπέρματα δεχομένη, συλλαμβάνει, καὶ κύει, καὶ ὠδίνει, καὶ τίκτει τὴν πνευματικὴν ὠφέλειαν, ὡς βοᾷν μετὰ τοῦ προφήτου· « Διὰ τὸν φόβον [66] σου, Κύριε, ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν, καὶ ὠδινήσαμεν, καὶ ἐτέκομεν· πνεῦμα σωτηρίας σου ἐποιήσαμεν ἐπὶ τῆς γῆς [67]. » — « Ἑξήκοντα, φησὶ, δυνατοὶ κύκλῳ αὐτῆς, ἀπὸ δυνατῶν Ἰσραήλ. Πάντες κατέχοντες ῥομφαίας, δεδιδαγμένοι πόλεμον· ἀνὴρ ῥομφαία αὐτοῦ ἐπὶ τὸν

A quietis, et faciam ut requiescat ab omnibus inimicis suis per circuitum, quia Salomo nomen ejus. Et pacem et otium dabo in Israele cunctis diebus ejus. Ipse ædificabit domum nomini meo. Et ipse erit mihi pro filio : et ego ero illi pater; firmaboque solium regni ejus super Israele in æternum [e]. » Constat autem, Salomonem, cum haud **84** ita diu vixisset, mortuum esse, et solium regni ejus habuisse finem. Quare Salomonem vocat pacificum Dominum nostrum, de quo beatus Paulus : « Ipse enim est, inquit, pax nostra, qui fecit utraque unum : et medium parietem maceriæ solvit [f]. » Quocirca beatus etiam David psalmum septuagesimum primum *In Salomonem* inscribit, atque in eo psalmo res præclare gestas a B Salvatore nostro enarrat. « Judicabit enim, inquit, pauperes populi, et salvos faciet filios pauperum, et humiliabit calumniatorem. Et permanebit cum sole, et ante lunam, per generationes generationum [g]. » Atqui Salomo neque cum sole permansit, neque fuit ante lunam per generationes generationum. Sed hæc Jesu Christo conveniunt, qui cum sit ante sæcula, ex Salomone, quantum ad humanitatem pertinet, originem ducens, « Descendit sicut pluvia in vellus, et sicut stilla stillans super terram [h]. » Vellus hic Virginem nominavit. Quemadmodum enim pluvia in vellus sine strepitu descendit : ita salutaris ille partus omnibus hominibus ignorantibus contigit. Deinde subjicit : « Orietur in diebus ejus justitia, C et abundantia pacis, donec auferatur luna. Et dominabitur a mari usque ad mare : et a fluminibus usque ad terminos orbis terrarum [i]. » Et quæ sequuntur omnia eamdem habent sententiam, neque enim vacat in præsentia psalmum interpretari. Salomo quidem usque ad terminos orbis terrarum minime dominatus est, sed qui ex Salomone duxit originem humanitatis Jesus Christus, et Salomo nominatur, quia pacificus et mansuetus fuit, et pacem suppeditavit. **85** Postquam vero, quis sit Salomo didicimus, ad interpretandum nos accingamus. « Ecce lectulus Salomonis. » Per sponsi lectulum divinas intelligamus Scripturas. In illis enim veluti cubat sponsa cum sponso, et doctrinæ semina suscipiens, concipit, atque ute- D rum gerit, et parturit, paritque spiritualem utilitatem, ita ut clamet cum propheta : « Propter timorem tuum, Domine, in ventre concepimus, et parturivimus, et peperimus : spiritum salutis tuæ fecimus super terram [j]. » — « Sexaginta, inquit, potentes in circuitu ejus ex potentibus Israel. Omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi.

[e] I Paral. xxii, 9, 10. [f] Ephes. ii, 14. [g] Psal. lxxi, 4, 5. [h] Ibid. 6. [i] Ibid. 7, 8. [j] Isa. xxvi, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[62] γενεάς. Supra, γενεᾶς, t. I, p. 1104. [63] cod. γενεᾶς, præmisso ἐστί. [64] καθάπερ κ. τ. λ. Eadem vide t. I, p. 1104. Hinc patet eumdem esse utriusque libri scriptorem. [65] οὗ. Abest a cod. [66] cod. τοῦ φόβου. [67] ἐτέκομεν — γῆς. Aliam lectionem ac distinctionem secutus est Noster in Commentariis ad Psalmos. Conf. t. I, p. 784 et p. 1292.

Digitized by Google

Uniuscujusque ensis super femur ejus, a timore in noctibus. » Sexaginta numerum hic positum existimo, non ut hanc exprimat quantitatem, sed ut indicet viros in Veteri Testamento sanctitate præstantes. Numerum enim denarium perfectum esse contendunt : senarium autem illis congruere qui erant sub lege. « Sex enim, inquit, diebus facies opera tua [k]. » Perfectos igitur in lege circa lectum dicunt stare, genus ducentes ex Israele ; et qui sint omnium maxime strenui, strictos tenentes gladios et in bello peritissimi, et qui gladios alios super femora gerant. « A timore, inquit, in noctibus. » Quod Symmachus clarius reddidit interpretans, « propter timores nocturnos. » Hi, inquit, strenui lectulum ipsius ambiunt, propter hostium incursus sponsam custodientes. Binos autem gestant gladios, unum super femur, **86** alterum in manu ; unum reprehensionis, alterum occultum et mysticum ; illum in promptu ad coarguendum, hunc mysticum, et intus tanquam in vagina seu cellula reconditum.

A μηρὸν αὐτοῦ, ἀπὸ θάμβους ἐν νυξίν. » Τὸν ἑξήκοντα ἀριθμὸν ἐνταῦθα κεῖσθαι ἡγοῦμαι οὐκ ἐπὶ ταύτης τῆς ποσότητος, ἀλλὰ τοὺς ἐν τῇ Παλαιᾷ διαπρέψαντας ἁγίους τούτῳ δηλοῦσθαι τῷ ὀνόματι. Τὸν μὲν γὰρ δέκα τέλειον εἶναί φασιν ἀριθμόν · τὸν δὲ ἓξ τοῖς ὑπὸ νόμον ἁρμόττοντα. « Ἓξ γὰρ, φησὶν, ἡμέρας ἐργᾷ. » Τοὺς ἐν νόμῳ τοίνυν τελειωθέντας κύκλῳ τῆς κλίνης ἑστάναι φασὶν, ἀπὸ μὲν τοῦ Ἰσραὴλ τὸ γένος κατάγοντας, δυνατοὺς δὲ ὄντας ὑπὲρ ἅπαντας, καὶ ῥομφαίαν κατέχοντας, καὶ πολεμικὴν ἐμπειρίαν εἰδότας, καὶ ἄλλας ῥομφαίας ἐπὶ τῶν μηρῶν φερομένους. « Ἀπὸ θάμβους, φησὶν, ἐν νυξίν. » Σαφέστερον δὲ ὁ Σύμμαχος τοῦτο πεποίηκεν εἰρηκὼς, « διὰ φόβους νυκτερινούς. » Οὗτοι, φησὶν, οἱ δυνατοὶ περιέπουσιν αὐτοῦ τὴν κλίνην, διὰ τὰς τῶν ἐναντίων ἐπιδρομὰς B τὴν νύμφην φυλάττοντες. Δύο δὲ ῥομφαίας ἐπιφέρονται, τὴν μὲν ἐν τῷ μηρῷ, τὴν δὲ ἐν τῇ χειρί · τὸν ἐλεγκτικὸν λόγον, καὶ τὸν κεκρυμμένον καὶ μυστικόν · καὶ τὸν μὲν ἐλεγκτικὸν ἐν προχείρῳ, τὸν δὲ μυστικὸν, ἐν ταμιείῳ ἔνδον ἐν τῷ κολεῷ [68].

Vers. 9, 10. *Ferculum fecit sibi rex Salomo de lignis Libani. Columnas ejus fecit argentum, et reclinatorium ejus aurum : ascensus ejus purpureus, intimum ejus lapidibus constratum, charitatem a filiabus Hierosolymæ.* Ferculum hic rursus sanctos intelligamus apostolos, qui nomen Domini in conspectu gentium, et regum, et filiorum Israel portarunt. Nam de beato Paulo Christus ad Ananiam : « Vade, inquit, quia vas electionis est mihi iste, ut C portet nomen meum coram gentibus, et regibus, et filiis Israel [l]. » Quin etiam divinus ipse Paulus clara voce : « An experimentum, inquit, quæritis ejus, qui in me loquitur, Christi [m] ? » Hos etiam equos nominat beatus Habacuc : « Ascendes, inquiens, super equos tuos, et equitatio tua salus [n]. » Et rursus : « Deduxisti in mare equos tuos turbantes aquas multas [o]. » Mare autem vocat gentes, quæ tunc apostolis prædicantibus commotæ sunt. Quamobrem et increduli dicebant de illis : « Hi qui orbem concitant, etiam huc venerunt, quos suscepit Jason [p]. » Quos ergo Habacuc equos appellavit, hos ferculum in Cantico canticorum vocari reperimus. « Fecit igitur sibi ferculum rex Salomo **87** de lignis Libani. » Libanum sæpenumero D divina Scriptura appellat Hierosolymam et multitudinem Judæorum : quod in proœmiis sermonis ex propheticis scriptis indicavimus. Quoniam igitur ex illis beati Apostoli genus duxerunt, idcirco ferculum de lignis Libani constructum dicitur. At « columnas ejus, inquit, fecit argentum. » Ipsos etiam columnas appellatos invenimus. Nam beatus

θ', ι'. *Φορεῖον [69] ἐποίησεν ἑαυτῷ ὁ βασιλεὺς Σολομὼν ἀπὸ ξύλων [70] τοῦ Λιβάνου. Στύλους αὐτοῦ ἐποίησεν ἀργύριον, καὶ τὸ ἀνάκλιτον αὐτοῦ χρυσίον [71]· ἐπίβασις [72] αὐτοῦ πορφυρᾶ· ἐντὸς αὐτοῦ λιθόστρωτον · ἀγάπην ἀπὸ θυγατέρων Ἱερουσαλήμ [73].* Πάλιν ἐνταῦθα φορεῖον τοὺς ἁγίους νοήσωμεν ἀποστόλους, βαστάσαντας τὸ ὄνομα Κυρίου ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων, υἱῶν τε Ἰσραήλ · καὶ γὰρ περὶ τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦτο τῷ Ἀνανίᾳ φησὶν ὁ Χριστός · « Πορεύου ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν, καὶ βασιλέων, υἱῶν τε Ἰσραήλ. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ θεσπέσιος Παῦλος βοᾷ · « Εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ ; » Τούτους δὲ καὶ ἵππους ὁ μακάριος Ἀββακοὺμ ὀνομάζει · « Ἐπιβήσῃ γὰρ, φησὶν, ἐπὶ τοὺς ἵππους σου, καὶ ἡ ἱππασία σου σωτηρία. » Καὶ πάλιν · « Ἐπεβίβασας εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους σου, ταράσσοντας ὕδατα πολλά. » Θάλασσαν δὲ καλεῖ τὰ ἔθνη, ἃ τότε τῶν ἀποστόλων κηρυττόντων διεταράττετο · διὸ καὶ οἱ ἀπιστοῦντες περὶ αὐτῶν ἔλεγον · « Οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες, οὗτοι καὶ ἐνταῦθα πάρεισιν, οὓς ὑποδέδεκται Ἰάσων. » Οὓς ὁ Ἀββακοὺμ τοίνυν ἵππους ὠνόμασε, τούτους φορεῖον ἐν τῷ Ἄσματι τῶν ἀσμάτων προαγορευομένους εὑρίσκομεν. « Ἐποίησε τοίνυν ἑαυτῷ φορεῖον ὁ βασιλεὺς Σολομὼν ἀπὸ ξύλων [74] τοῦ Λιβάνου. » Λίβανον τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὴν Ἰουδαίων πληθὺν, ἡ θεία πολλάκις προσαγορεύει Γραφὴ καὶ τοῦτο ἐν τοῖς προοιμίοις τοῦ λόγου ἐκ προφητικῶν [75] ἀπεδείξαμεν συγγραμμάτων. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐξ ἐκείνων κατῆγον τὸ γένος οἱ μακάριοι ἀπόστολοι,

[k] Exod. xxiii, 12. [l] Act. ix, 15. [m] II Cor. xiii, 3. [n] Habac. iii, 8. [o] Ibid. 15. [p] Act. xvii, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[68] κολεῷ. In cod. sequitur Pselli interpretatio. [69] φορεῖον. *Hebr.* אפריון vox peregrina, quam nonnulli a Græco φορεῖον derivant, et de lectica gestatoria explicant. [70] ξύλων. cod. suppl. [71] Rec. lectio est χρύσεον. [72] ἐπίβασις. *Hebr.* currus. [73] ἐντὸς — Ἱερουσ. *Hebr.* medium ejus constratum est amore, propter filias Hierosolymæ. [74] cod. ξύλου. [75] προφ. cod. præm. τῶν.

Digitized by Google

εἰκότως φησὶ τὸ φορεῖον ἀπὸ ξύλων τοῦ Λιβάνου κατεσκευάσθαι. Τοὺς δὲ στύλους αὐτοῦ, φησὶν, ἐποίησεν ἀργύριον. Εὑρίσκομεν δὲ αὐτοὺς καὶ στύλους ὀνομαζόντας· ὁ γὰρ μακάριος Παῦλος Γαλάταις γράφων φησί· « Πέτρος, καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, οἱ δοκοῦντες στύλοι εἶναι, δεξιὰς ἔδωκαν ἐμοὶ καὶ Βαρνάβᾳ κοινωνίας, ἵνα ἡμεῖς μὲν εἰς τὰ ἔθνη, αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν περιτομήν. » Φασὶ δὲ καὶ τὸ ἀνάκλιτον αὐτοῦ χρυσίον εἶναι. Δηλοῖ δὲ τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα, ᾧ ὁ θεῖος ἐπαναπαύεται λόγος. « Ἐπίβασις αὐτοῦ πορφυρᾶ[76]· » τοῖς μὲν γὰρ ἀρχομένοις τὸ βασιλεύεσθαι πρέπει, τοῖς δὲ τετελειωμένοις νυμφοστολεῖσθαι. Καὶ ἐντὸς αὐτοῦ λιθόστρωτον· μαργαρίταις γὰρ ἔοικε, καὶ λίθοις τιμίοις, τὰ θεῖα λόγια, κατὰ τὸν εἰπόντα προφήτην· « Τὰ κρίματα Κυρίου ἀληθινὰ, δεδικαιωμένα ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἐπιθυμητὰ ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολύν. » Καὶ πάλιν· « Ἰδοὺ ἐπεθύμησα[77] τὰς ἐντολάς σου ὑπὲρ χρυσίον καὶ τοπάζιον. » Καὶ « Ἡ βασιλεία δὲ τῶν οὐρανῶν ἔοικε, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, ἐμπόρῳ ζητοῦντι καλοὺς μαργαρίτας. » Καὶ ἀλλαχοῦ δέ φησι· « Μὴ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων[78]. » Τοιοῦτον εἶναι τὸ φορεῖον τοῦ βασιλέως Σαλὴμ εἰς θεωρίαν ἐξελθεῖν τοῦ νυμφίου, ἰδεῖν[80] τὸν

A Paulus ad Galatas scribens ; « Petrus, inquit, et Jacobus, et Joannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi et Barnabæ societatis, ut nos ad gentes iremus, ipsi autem ad circumcisionem [q]. » « Reclinatorium ejus aurum dicunt esse. » Est autem evangelica prædicatio, in qua divinum verbum conquiescit. « Ascensus ejus purpureus. » Rudes enim regi par est : perfectos autem, ut sponsam ornari. « Et intimum ejus lapidibus constratum. » Margaritis enim et lapidibus pretiosis divina eloquia sunt similia, juxta Prophetam, qui dixit : « Judicia Domini vera, justificata ad unum omnia : desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum [r]. » Et rursus : « Ecce concupivi mandata tua super aurum et topazium [s]. » Et « Re-

B gnum cœlorum, ut Dominus ait, simile est homini negotiatori, quærenti bonas margaritas [t]. » Et alibi : « Ne projiciatis margaritas vestras ante porcos [u]. » Cum ejusmodi esse regis ferculum declaraverint, filias Hierosolymæ cohortantur, **88** ut ad spectandum sponsum egrediantur, et coronam illi impositam conspiciant, et dicunt :

προκείμενον αὐτῷ στέφανον, καί φασιν·

ια'. *Ἐξέλθετε, καὶ ἴδετε Σολομὼν, θυγατέρες Σιὼν, ἐν τῷ στεφάνῳ ᾧ ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ, ἐν ἡμέρᾳ νυμφεύσεως αὐτοῦ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ εὐφροσύνης καρδίας αὐτοῦ.* Δηλοῦσι δὲ, ἵνα συντόμως καὶ σαφῶς τὴν ἑρμηνείαν προσαγάγωμεν τὸ μῆκος φυγόντες· « Ὦ θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ καὶ Σιών. » Σιὼν δὲ πάλιν τὴν ἐπουράνιον ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ μακάριος Παῦλος λέγων· « Ἀλλὰ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ[81] ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει[82], καὶ Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς. » — « Ὑμεῖς τοίνυν, φασὶν, ὦ θυγατέρες Σιὼν καὶ Ἱερουσαλὴμ, ἐξέλθετε, καὶ ἴδετε· » ἀμήχανον γὰρ ἡμᾶς[83] ἰδεῖν μὴ ἔξω τῶν βιωτικῶν γενομένους πραγμάτων. Βλέπετε τὸν βασιλέα τὴν ἀγάπην ἐστεφανωμένον· οὕτως γὰρ ἠγάπησε τὸν κόσμον, ὅτι ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών. Οὕτως ἠγάπησε[84] τὸν κόσμον, ὅτι ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος· καὶ ἐξηγόρασεν ἡμᾶς ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. Διό φησι· « Μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς δύναται δεῖξαι, ἵνα τις θῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ. » Οὕτω τοίνυν ἐστεφάνωσεν αὐτὸν[85] ἡ μήτηρ αὐτοῦ. Μητέρα δὲ τὴν Ἰουδαίαν[86] καλεῖ κατὰ τὸ ἀνθρώπειον, ἥτις αὐτῷ

VERS. 11. *Egredimini, et videte, filiæ Sionis, regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater ejus, die desponsationis ipsius, et die lætitiæ cordis ejus.* Significant autem, ut breviter et dilucide, orationis prolixitatem fugientes, in explanatione progrediamur : « O filiæ Hierosolymæ et Sionis. » Sionem autem rursus cœlestem nos docuit beatus

C Paulus : « Sed accessistis, inquiens, ad Sionem montem, et civitatem Dei viventis, Hierosolymam cœlestem, et multorum millium angelorum frequentiam, et Ecclesiam primitivorum, qui descripti sunt in cœlis [v]. » — « Vos igitur, inquiunt, o filiæ Sionis et Hierosolymæ, egredimini, et videte » (neque enim possumus videre, nisi ab occupationibus hujus vitæ recesserimus), regem charitate coronatum aspicite. « Sic enim dilexit mundum, ut, cum in forma Dei esset, non rapinam sit arbitratus esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniverit, formam servi accipiens [x]. » Ita dilexit mundum,

D ut tanquam ovis ad occisionem ductus sit, et sicut agnus coram tonsore suo obmutuerit [y] : et redemerit nos a maledicto legis, factus pro nobis maledictum [z]. « Itaque, majorem hac, inquit, charitatem nemo potest ostendere, quam ut quis ponat animam suam pro amicis suis [a]. » Sic ergo coronavit eum mater ejus. Matrem appellat Judæam, quantum pertinet ad ejus humanitatem, quæ hanc

[q] Galat. II, 9. [r] Psal. XVIII, 10, 11. [s] Psal. CXVIII, 127. [t] Matth. XIII, 45. [u] Matth. VII, 6. [v] Hebr. XII, 22, 23. [x] Philipp. II, 6, 7. [y] Isa. LIII, 7. [z] Galat. III, 13. [a] Joan. XV, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[76] cod. πορφύρα. [77] Ἰδοὺ ἐπεθ. Supra, t. I, p. 1470. διὰ τοῦτο ἠγάπησα. [78] χοίρων. In cod. sequitur expositio Pselli. [79] ἀποδ. cod. φήσαντες. [80] ἰδεῖν. cod. præm. καί. [81] τὴν — Ἱερουσαλήμ. Des. in cod. [82] καὶ — πανηγύρει. Des. in cod. [83] cod. ὑμῶν. [84] ἠγάπησε. cod. præm. γάρ. [85] αὐτόν. Des. in cod. [86] cod. Ἰουδαίων.

Digitized by Google

illi invita coronam imposuit. Spinis enim illum contemptus causa **89** coronavit. Ipse vero per spinas suscepit diadema charitatis. Sponte enim ignominiam pertulit, atque ultro ad mortis cruciatus accessit. Quamobrem desponsationis diem illum vocavit, et diem lætitiæ cordis ejus. Illo enim die nuptiarum communio facta est. « Nam post cœnam, inquit, cum sumpsisset panem, et gratias egisset, fregit, deditque discipulis suis, dicens : Accipite, comedite ex eo omnes : hoc enim est corpus meum, quod pro vobis frangitur ad remissionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem [b]. » Edentes igitur sponsi membra, et bibentes ejus sanguinem, nuptialem ipsius communionem assequuntur. Idcirco sponsi ministri filias Sionis et Hierosolymæ cohortantes, Egredimini, inquiunt, et videte charitatis ejus diadema, quo decoravit eum præter sententiam suam Judæa, quæ illum genuit, et coronavit illum, die desponsationis ipsius. Postquam hæc ita sunt ab illis dicta, sponsus rursus cum sponsa colloquens dicit :

A τοῦτον ἄκουσα τὸν στέφανον δέδωκεν. Αὕτη μὲν γὰρ αὐτὸν ἐστεφάνωσε ταῖς ἀκάνθαις, ὡς ἀτιμάζουσα· αὐτὸς δὲ διὰ τῶν ἀκανθῶν τὸν τῆς ἀγάπης ἐδέξετο στέφανον. Ἐκὼν γὰρ τὴν ἀτιμίαν ὑπέφερε, καὶ ἐθελοντὶ τῷ πάθει προσήρχετο· διὸ καὶ νυμφεύσεως ἡμέραν ἐκείνην ἐκάλεσε, καὶ ἡμέραν εὐφροσύνης καρδίας αὐτοῦ. Κατ' ἐκείνην γὰρ τὴν ἡμέραν ἡ τοῦ γάμου γέγονε κοινωνία. « Μετὰ γὰρ τὸ δεῖπνον λαβὼν, φησὶν, ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔκλασε καὶ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ λέγων· Λάβετε, φάγετε ἐξ αὐτοῦ πάντες· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. » Οἱ τοίνυν ἐσθίοντες τοῦ νυμφίου τὰ μέλη, καὶ πίνοντες αὐτοῦ τὸ αἷμα, τῆς γαμικῆς αὐτοῦ τυγχάνουσι κοινωνίας. Διὰ τοῦτο B τὰς θυγατέρας Σιὼν καὶ Ἱερουσαλὴμ προτρέπουσιν οἱ τοῦ νυμφίου διάκονοι, ὅτι Ἐξέλθετε, καὶ ἴδετε τὸν τῆς ἀγάπης αὐτοῦ στέφανον, ᾧ κατεκόσμησεν αὐτὸν παρὰ γνώμην ἡ τεκοῦσα αὐτὸν Ἰουδαία, καὶ ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς νυμφεύσεως αὐτοῦ [87]. Τούτων οὕτως ὑπ' ἐκείνων εἰρημένων, πάλιν ὁ νυμφίος τῇ νύμφῃ διαλεγόμενός φησιν·

CAPUT IV.

Vers. 1. *Ecce pulchra es, propinqua mea : ecce pulchra es. Oculi tui columbæ, præter silentium tuum.* Sponsæ iterum admirans pulchritudinem, « Ecce, inquit, pulchra es. » Tum formam ejus per singulas partes describit. Atque oculos quidem appellat columbas, spiritualem eorum commendans C contemplationem : quod non aspirent ad ea quæ sensibus subjecta sunt, sed quæ sursum sunt quærant, « ubi Christus est, ut inquit Paulus, in dextera Dei sedens [c]. » **90** Admiratur præterea silentium ejus opportunum, quod quidem invenimus etiam a priscis commendari. Quamobrem et in Psalmis audimus : « Apposui custodiam ori meo, cum consisteret peccator adversus me. Et paullentes dicimus [d] : « Appone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiæ circa labia mea [e]. » Et Dominum apud Isaiam [f] invenimus non aperientem os suum in afflictione sua : quippe qui, ut evangelica etiam refert historia, cum a Pilato interrogaretur, nihil respondebat. Laudat ergo sponsus sponsæ silentium tempestivum, quo quidem ipse D quoque in tempore usus est. Laudat autem ipsius etiam crines, admiratur et dentes, atque ait :

Capillamentum tuum sicut greges caprarum, quæ revelatæ sunt de Galaad. (Vers. 2.) *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro, quæ omnes gemellos habent fetus, et sterilis non est inter eas.* Neque per capillos capilli sunt intelli-

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

α'. *Ἰδοὺ εἶ καλὴ, ἡ πλησίον μου· ἰδοὺ εἶ καλὴ· ὀφθαλμοί σου περιστεραί, ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου* [88]. Τὸ κάλλος αὐτῆς ἐκπληττόμενος δεύτερον λέγει τό· « Ἰδοὺ εἶ καλή. » Εἶτα κατὰ μέρος αὐτῆς διαγράφει τὴν ὥραν· καὶ τοὺς μὲν ὀφθαλμοὺς ὀνομάζει περιστερὰς, τὴν πνευματικὴν αὐτῶν ἐπαινῶν θεωρίαν· καὶ ὅτι οὐ περὶ τὰ αἰσθητὰ κεχήνασιν, ἀλλὰ τὰ ἄνω ζητοῦσιν, « οὗ ὁ Χριστός ἐστι, κατὰ τὸν Παῦλον, ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καθήμενος. » Θαυμάζει δὲ αὐτῆς καὶ τὴν εὔκαιρον σιωπήν. Εὑρίσκομεν γὰρ καὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἀνδράσι ταύτην ἐπαινουμένην· διὸ καὶ ἐν Ψαλμοῖς ἀκούομεν· « Ἐθέμην φυλακὴν τῷ στόματί μου ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐναντίον μου. » Καὶ ψάλλοντες λέγομεν· « Θοῦ, Κύριε, φυλακὴν τῷ στόματί μου, καὶ θύραν περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου. » Καὶ τὸν Κύριον εὑρίσκομεν, κατὰ τὴν Ἡσαΐου προφητείαν, οὐκ ἀνοίγοντα αὐτοῦ τὸ στόμα ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ, καὶ, κατὰ τὴν τῶν Εὐαγγελίων ἱστορίαν, ἐρωτώμενον ὑπὸ Πιλάτου, καὶ μὴ ἀποκρινόμενον. Ἐπαινεῖ τοίνυν τῆς νύμφης ὁ νυμφίος τὴν εὔκαιρον σιωπὴν, ἅτε δὴ καὶ αὐτὸς εἰς καιρὸν ταύτῃ [89] χρησάμενος [90]. Ἐπαινεῖ δ' αὐτῆς καὶ τρίχας· θαυμάζει καὶ τοὺς ὀδόντας, καί φησι·

Τρίχωμά σου, ὡς ἀγέλαι τῶν αἰγῶν, αἳ ἀπεκαλύφθησαν [91] *ἀπὸ τῆς Γαλαάδ.* (β') *Ὀδόντες σου, ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων, αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ, αἳ πᾶσαι διδυμεύουσαι, καὶ ἄτεκνοῦσα οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς.* Οὕτε δὲ τρίχας τὰς τρίχας [92]

[b] Matth. xxvi, 26; Marc. xiv, 22; Coll. I Cor. ii, 24. [c] Coloss. iii, 1. [d] Psal. xxxviii, 2. [e] Psal. cxl, 3. [f] Isa. liii, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[87] αὐτοῦ. In cod. sequitur Pselli interpretatio. [88] ἐκτὸς — σου. *Hebr.* inter capillos tuos, s. comam tuam. Ita quoque vers. 3. [89] εἰς καιρὸν ταύτῃ. cod. εὔκαιρον τοῦτο. [90] χρησάμενος. In cod. sequitur Pselli interpretatio. [91] α' ἀπεκαλ. *Hebr.* quæ ascendunt. (Alii, quæ aquatum eunt.) [92] τὰς τρίχας. Abest a cod.

Digitized by Google

νοητέον, οὔτε ὀδόντας τοὺς ὀδόντας· ἀλλὰ τρίχας μὲν τὸ οἱονεὶ περιττὸν καὶ σωματικὸν τῆς νύμφης· νεκραὶ γὰρ αἱ τρίχες, καὶ ἀναίσθητοι· δηλοῖ δὲ, ὅτι Καὶ ἐν οἷς ἀνάγκη τοῖς ἀνθρωπίνοις ἐπιμίγνυσθαι πράγμασι, καὶ ἐν ἐκείνοις τὸ ἐπαινετὸν ἔχεις, καὶ κόσμιον, καὶ ἔοικας τῇ ἀγέλῃ τῶν αἰγῶν, τῇ ἐν τῷ ὄρει Γαλαὰδ νεμομένῃ, καὶ διὰ τὸ ὕψος τοῦ ὄρους ἐπισήμῳ γινομένῃ. Περὶ δὲ τούτου τοῦ ὄρους ὁ προφήτης Ἱερεμίας φησί· « Μὴ ῥητίνη οὐκ ἔστιν ἐν Γαλαὰδ, ἢ ἰατρὸς οὐκ ἔστιν[93] ἐκεῖ; » Καὶ ζητητέον, μήποτε τὴν τῶν αἰγῶν ἀγέλην τοὺς ἐξ ἁμαρτίας τῇ μετανοίᾳ προστόντας, καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ Γαλαὰδ ὄρει νεμομένους, ἵνα φαρμάκων θεραπευτικῶν καὶ ἰατρείας τύχωσιν, ἐνταῦθα ὁ λόγος αἰνίττεται, καὶ δηλοῖ ὅτι τὰ εὐτελῆ τῆς νύμφης, καὶ τὰ ἔσχατα αὐτῆς μόρια, καὶ τὰ οἱονεὶ νεκρὰ καὶ ἀναίσθητα, τοῖς ἐκείνης τῆς ἀγέλης παραβάλλεται κατορθώμασιν. Οἱ ὀδόντες σου δὲ οὕτως εἰσὶ καθαροὶ, καὶ πάσης περιττῆς διαλέξεως ἀπηλλαγμένοι, εὐτραπελίας τε καὶ μωρολογίας, ψευδολογίας τε καὶ αἰσχρολογίας, ὡς ἐοικέναι ταῖς ἀγέλαις τῶν κεκαρμένων, καὶ τὸ περιττὸν ἀποθεμένων, αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ. Ἡγοῦμαι δὲ τὰς τῶν κεκαρμένων ἀγέλας τοὺς διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν ἁμαρτίαν ἀποκειραμένους, « Καὶ τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι, » κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, καθαρθέντας, παραδηλοῦν τὸν νυμφίον· οὕτως γὰρ, φησὶ, διέμεινας καθαροὺς ἔχουσα τοὺς ὀδόντας, καὶ ῥύπου λόγων πονηρῶν ἀπηλλαγμένους, ὡς ἐοικέναι σε τοῖς ἀρτίως τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος ἠξιωμένοις. Ἐκεῖναι δὲ αἱ ἀγέλαι πᾶσαι διδυμεύουσαι, καὶ ἀτεκνοῦσα οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς· οὐ γὰρ ἀπεικάζω σε τοῖς μετὰ τὸ σωτήριον βάπτισμα παλινδρομοῦσι πρὸς τὴν κακίαν· ἀλλὰ τοῖς τὴν δοθεῖσαν αὐτοῖς φυλάττουσι δωρεὰν, καὶ τὴν διπλῆν ἀρετὴν γεννῶσι, τήν τε ἐν θεωρίᾳ, τήν τε ἐν πράξει. Οὕτως ταῦτα τῆς νύμφης ἐπαινέσας τὰ μόρια, ἐπὶ λοιπὰ[94] χωρεῖ, καί φησιν·

γ'. *Ὡς σπαρτίον κόκκινον χείλη σου, καὶ ἡ λαλιά σου ὡραία.* Διὰ τοῦ κοκκίνου σπαρτίου ἀναμιμνήσκει αὐτὴν τῆς τὸν τύπον αὐτῆς πληρωσάσης ἐν Παλαιᾷ Διαθήκῃ Ῥαὰβ τῆς πόρνης. Καὶ γὰρ ἐκείνη τοὺς ὑπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ κατασκόπους ἀποσταλέντας ὑποδεξαμένη, δι' αὐτῶν τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀξία γεγένηται· καὶ ἐκείνη δὲ σημεῖον ἔλαβε τῆς σωτηρίας τὸ σπαρτίον τὸ κόκκινον· τοῦτο διὰ τῆς θυρίδος χαλάσαι προσταχθεῖσα, ἵνα τῶν Ἰσραηλιτῶν εἰς τὴν πόλιν εἰσελθυθότων, φανὲν τὸ σημεῖον τῶν ἀναιρούντων αὐτὴν ἀπαλλάξῃ, καὶ τὴν σωτηρίαν αὐτῇ προξενίσῃ. Τοῦτο τὸ σημεῖον ὁ νυμφίος ἐν τῷ στόματι τῆς νύμφης, οἷον ἐν τῇ θυρίδι κείμενον θεωρεῖ, καί φησιν· « Ὡς σπαρτίον κόκκινον χείλη σου, καὶ ἡ λαλιά σου ὡραία. » Ἐδέξατο γὰρ τὴν ἀπὸ τοῦ αἵματός μου βαφὴν, καὶ προφέρει λόγους ἀληθείας, οἷόν τινι σπαρτίῳ τοὺς ἀκροατὰς ἁλιεύοντάς

A gendi, neque pro dentibus dentes. Sed capilli ea quodammodo significant, quæ in sponsa haud ita sunt necessaria, quæque ad corpus pertinent. Vita enim capilli et sensibus carent. Quasi dicat, In negotiis etiam humanis, in quibus nen possumus non implicari, te laudabiliter decoreque geris : caprarumque gregi videris similis, qui pascitur in monte Galaad, et propter montis altitudinem insignis est. Hoc autem de monte Jeremias propheta, « Nunquid resina, inquit, non est in Galaad, aut medicus non est ibi [e] ? » Et inquirendum **91** est, num forte per caprarum gregem intelligantur ii, qui ex peccato resipiscunt, et ad pœnitentiam accedunt, atque idcirco pascuntur in monte Galaad, ut medicamenta salutaria et curationem conse-

B quantur : ut sponsæ partes abjectæ, postremæque, et quodammodo mortuæ ac sensu carentes illius gregis dotibus comparentur. Dentes vero tui adeo puri, ab omni superflua disputatione, atque jocis, et scurrilitate, et mendacio, verborumque obscenitate mundi, atque integri sunt, ut similes videantur gregibus tonsarum, quæ, eo quod supervacaneum erat rejecto, ascenderunt de lavacro. Arbitror autem a sponso per tonsarum greges eos indicari, qui per baptisma recisis peccatis, « Et lavacro aquæ in verbo, » ut beatus ait Paulus [h], mundati sunt. Sic enim puris, inquit, dentibus exstitisti, et ab omni verborum sorde purgatis, ut eorum videaris similis, qui recens salutari baptismate digni

C sunt habiti. Porro omnes illi greges gemellos fetus habent, et sterilis non est in eis : ne te illis videar comparare, qui post salutiferum baptisma rursus ad malitiam* redeunt : sed iis qui datam sibi gratiam custodiunt, duplicemque tum contemplationis, tum actionis virtutem pariunt. His ergo sponsæ partibus collaudatis, ad reliquas progreditur, et ait :

D Vers. 3. *Sicut funiculus coccineus labia tua, et eloquium tuum decorum.* Per funiculum coccineum sponsæ redigit in memoriam Rhaab meretricem, quæ figuram ejus gerebat **92** in Veteri Testamento. Etenim cum speculatores missos a Josua filio Nave suscepisset, per illos æterna salute digna effecta est : habuitque ipsa quoque salutis signum funiculum coccineum, quem e fenestra suspensum dimittere jussa est, ut Israelitis in urbem ingressis signum id apparens illam a cæde liberaret, ejusque saluti consuleret [i]. Signum hoc sponsus in ore sponsæ, tanquam in fenestra collocatum intuetur : et « Sicut funiculus coccineus, inquit, labia tua, et eloquium tuum decorum. » Duxit enim colorem ex sanguine meo, et verba profert veritatis, quibus tanquam funiculo quodam capiuntur auditores, et vinciuntur. Nam eloquium tuum decorum eos de-

[e] Jerem. VIII, 22. [h] Ephes. V, 26. [i] Josue II, 18 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[93] Infra, l. c. leg. ἰατροὶ οὐκ εἰσίν. [94] λοιπά. cod. præm. τά.

Digitized by Google

mulcet, et retinet, nec discedere permittit, sed labiis tuis cogit inhærere. Laudat ipsius etiam genas vultus, dicens : « Sicut cortex mali punici genæ tuæ, extra silentium tuum. » Significat autem sponsæ ruborem illi insitum ex verecundia, propter quam tempestiva utitur taciturnitate, celans opportune arcanos mysteriorum sermones, quemadmodum cortex mali punici grana contegit.

VERS. 4. *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est in Thalphioth. Mille clypei pendent super eam, omnia jacula fortium.* Pro *Thalphioth*, Aquila posuit *propugnacula* ; Symmachus autem *altitudines*. Quemadmodum igitur, inquit, turris a David ædificata, superat propugnacula, in quibus constructa **93** est, sublimisque exstat, atque conspicua : ita collum tuum excelsum est et sublime, altaque circumspicit et contemplatur. Neque enim brutorum more pronum in terram despicit, neque in ventrem vergens sues imitatur : sed erectum atque arduum est, et mille clypeos gerit, atque fortium omnium jacula. Hic autem numerus non de determinato intelligendus est, sed pro qualibet multitudine positus est. Habet collum tuum, quod caput tuum et faciem sustinet, omnes aliorum doctrinas, improprie jacula dictas, quibus cunctos adversarios superas. Habet item clypeos multos, quibus protegeris, et ignita mali tela exstinguis [i]. Munita enim es spiritus armatura, et facile hostes vulneras, cum omnibus fortium sagittis abundes : eosque modo per prophetas, modo per apostolos redarguis, atque ipsorum retegis imbecillitatem.

VERS. 5, 6. *Duo ubera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreæ, qui pascuntur in liliis. Donec aspiret dies, et motæ fuerint umbræ.* Hæc intelligimus eodem pacto, quo superiora, ut per ubera rursus doctrinæ fontes intelligamus, qui singulis ætatibus congruentia subministrent, aliis quidem lac, aliis autem solidum cibum. Et idcirco hinnulis capreæ ubera sponsæ dicit esse similia, acute intuendi et contemplandi vim ipsorum admirans. Hinnulos autem dicit capreæ, quoniam, ut beatus inquit Paulus : **94** « Nunc cognoscimus ex parte, tunc autem cognoscemus, sicut et cogniti sumus [k]. » Et quia nunc ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus, hinnuli capreæ vocantur doctrinæ ubera. « Cum autem quod perfectum est venerit, tunc destruetur id quod ex parte est [l]. » Hos quoque dicit inter lilia pasci, hoc est herbam odorifetε καὶ δεσμοῦντας· κατακηλεῖ γὰρ αὐτοὺς ἡ ὡραία σου λαλιὰ, καὶ καταθέλγει, καὶ ἀναχωρεῖν οὐκ ἐᾷ, ἀλλὰ τοῖς σοῖς χείλεσι προσεδρεύειν βιάζεται. Ἐπαινεῖ αὐτῆς καὶ τὸ μῆλον τῆς ὄψεως· « Ὡς λέπυρον[95] γὰρ, φησὶ, τῆς ῥοᾶς μῆλόν σου[96], ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου. » Σημαίνει δὲ τὸ ἐξ αἰδοῦς ἐρύθημα ἐγγινόμενον αὐτῇ· δι' ἣν καὶ εὐκαίρως σιωπᾷ[97], κρύπτουσα εὐκαίρως τοὺς μυστικωτέρους λόγους, ὡς λέπυρον τῆς ῥοᾶς τοὺς κόκκους[98].

δ'. Ὡς πύργος Δαβὶδ ὁ τράχηλός σου, ὁ ᾠκοδομημένος εἰς Θαλφειώθ[99]. Χίλιοι θυρεοὶ κρέμανται ἐπ' αὐτὸν, πᾶσαι βολίδες[1] τῶν δυνατῶν. Τὸ δὲ Θαλφειὼθ ὁ μὲν Ἀκύλας ἐπάλξεις ὠνόμασεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, ὕψη. Καθάπερ τοίνυν, φησὶν, ὁ ὑπὸ τοῦ Δαβὶδ οἰκοδομηθεὶς πύργος ὑπερέχει τὰς ἐπάλξεις, ἐφ' ὧν ᾠκοδόμηται, καὶ ὑψηλός ἐστι[2], καὶ περιφανὴς, οὕτως ὁ σοὶ τράχηλος ὑψηλός ἐστι, καὶ μετέωρος, τὰ ἄνω περισκοπῶν, τὰ ἄνω περιπολῶν. Οὐ γὰρ κέχηνεν εἰς γῆν τοῖς ἀλόγοις παραπλησίως, οὐδὲ εἰς γαστέρα νένευκε, τοὺς χοίρους μιμούμενος, ἀλλὰ[3] μετάρσιός ἐστι, καὶ μετέωρος, καὶ χιλίους θυρεοὺς φέρων, καὶ πάσας τῶν δυνατῶν τὰς βολίδας. Ὁ δὲ ἀριθμὸς οὐκ ἐπὶ ῥητῆς ποσότητος, ἀλλ' ἐπὶ πλήθους τέτακται· ἔχει γὰρ ὁ τράχηλός σου, ὁ τὴν κεφαλήν σου φέρων καὶ τὸ στόμα, πάσας[4] τὰς τῶν ἄλλων διδασκαλίας, τροπικῶς βολίδας ὀνομαζομένας, αἷς τοὺς ἐναντίους ἅπαντας καταγωνίζῃ. Ἔχει καὶ θυρεοὺς πολλοὺς, οἷς περιφράττῃ, καὶ τὰ πεπυρωμένα τοῦ πονηροῦ ἀφεννύεις βέλη· περίκεισαι γὰρ τὴν παντευχίαν τοῦ πνεύματος, καὶ ῥᾳδίως τιτρώσκεις τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, πάσας τῶν δυνατῶν τὰς βολίδας ἔχουσα· καὶ νῦν μὲν αὐτοὺς διὰ προφητῶν, νῦν δὲ διὰ τῶν ἀποστόλων[5] ἐλέγχουσα, καὶ γυμνοῦσα αὐτῶν τὴν ἀσθένειαν[6].

ε', ζ'. Δύο μαστοί σου, ὡς δύο νεβροὶ δίδυμοι δορκάδος, οἱ νεμόμενοι ἐν κρίνοις. Ἕως οὗ διαπνεύσῃ ἡ ἡμέρα, καὶ κινηθῶσιν αἱ σκιαί. Ἀκολούθως καὶ ταῦτα τοῖς εἰρημένοις νοοῦμεν· καὶ ἴσμεν πάλιν μαστοὺς τοὺς τῆς διδασκαλίας κρουνοὺς τοὺς προσφόρως ἑκάστῃ ἡλικίᾳ προσφερομένους, καὶ τοῖς μὲν γάλα προσφέρουσι, τοῖς δὲ τὴν στερεὰν χορηγοῦσι τροφήν. Διὰ τοῦτο καὶ νεβροῖς αὐτοὺς[7] ἀπεικάζει δορκάδος, τὸ ὀξυδερκὲς αὐτῶν καὶ τὸ θεωρητικὸν θαυμάζων. Νεβροὺς[8] δὲ λέγει δορκάδος[9], ἐπειδὴ, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, « Ἄρτι γινώσκομεν ἐκ μέρους, τότε καὶ ἐπιγνωσόμεθα, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθημεν[10]. » Καὶ ἐπειδὴ νῦν ἐκ μέρους γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν[11], νεβροὶ δορκάδος οἱ τῆς διδασκαλίας προσαγορεύονται μαστοί· « ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τότε τὸ[12] ἐκ μέρους καταργηθήσεται. » Καὶ τούτους δέ φησιν ἐν κρίνοις νέμεσθαι,

[i] Ephes. VI, 16. [k] I Cor. XIII, 12. [l] Ibid. 10.

VARIÆ LECTIONES.

[93] λέπυρον. *Hebr.* ut fissura. [96] μῆλόν σου. *Hebr.* tempus tuum, s. tempora tua. [97] cod. εὔκαιρος σιωπή. [98] κόκκους. In cod. sequitur interpretatio Pselli. [99] εἰς Θαλφ. *Hebr.* ad armamentaria. [1] βολίδες. Repetitur in cod. [2] καὶ ὑψηλός ἐστι. Des. in cod. [3] ἀλλά. cod. addit καί. [4] πάσας. cod. præm. καί. [5] cod. ἀποστολικῶν. [6] ἀσθένειαν. In cod. sequitur interpretatio Pselli. [7] cod. αὐτοῖς. [8] cod. νεβρού. [9] δορκ. cod. præm. καί. [10] ἐκ — ἐπεγνώσθ. Des. in cod. [11] καὶ — προφητεύομεν. Des. ibid. [12] τό. Abest a cod.

Digitized by Google

τουτέστι πόας εὐώδους μεταλαμβάνειν· ἔστι δὲ αὕτη ἡ τοῦ πνεύματος διδασκαλία. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, « ἄνθη νέμειν [12], » φησί· τοὺς γὰρ ἀξιωθέντας ἄνθος γενέσθαι τοῦ πνεύματος οἱ τῆς νύμφης μαστοὶ νέμουσι καὶ ποιμαίνουσι, τὰ τῆς διδασκαλίας αὐτοῖς προσφέροντες νάματα, « ἕως διαπνεύσῃ ἡ ἡμέρα, » καὶ λήξῃ μὲν τὰ καύματα [13], τουτέστιν ὁ ἐπίπονος βίος· « κινηθῶσι δὲ αἱ σκιαί, » τὰ παρόντα πράγματα, ταῖς σκιαῖς ἀπεικασμένα, ὡς προείρηται. Οὕτως ἐπαινέσας τῆς νύμφης τὰ μέλη, « Πορεύσομαι, φησίν, ἐμαυτῷ πρὸς ὄρος τῆς σμύρνης, καὶ πρὸς βουνὸν τοῦ λιβάνου. » Ἐπειδή, φησίν, οὕτω τυγχάνεις εὐπρεπὴς, οὕτως ὡραία, οὕτω λάμπεις τῷ κάλλει, οὕτως ἐτρώθης τῷ περὶ ἐμὲ φίλτρῳ, καταδέχομαι τὸν ὑπὲρ σοῦ θάνατον, καὶ πορεύσομαι ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄρος τῆς σμύρνης· ἀλλὰ πάλιν ἀναστήσομαι, καὶ ἐπανήξω πρὸς τὸν βουνὸν τοῦ λιβάνου [14]. Καὶ ἤδη δὲ προειρήκαμεν, ὡς μὲν διὰ τῆς σμύρνης τὸν θάνατον παραδηλοῖ, διὰ δὲ τοῦ λιβάνου τὴν θείαν φύσιν. Ζητητέον τοίνυν, τίνος μὲν ἕνεκεν ὄρος μὲν ἐπὶ θανάτου τέθεικεν, ἐπὶ δὲ τῆς θειότητος [15] βουνόν. Ὅτι μέγα, καὶ ἄῤῥητον, καὶ διανοίας ἐστὶν ἀνθρώπων ἀνέφικτον, τὸ τὸν ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχοντα μὴ ἁρπαγμὸν ἡγήσασθαι, τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν κενώσαντα μορφὴν δούλου λαβεῖν, καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενον καὶ σχήματι εὑρεθέντα ὡς ἄνθρωπον [17], ταπεινῶσαι ἑαυτὸν μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. Τὸ δὲ εἰς τὴν οἰκείαν δόξαν ἐπανελθεῖν, καὶ δοξασθῆναι τῇ δόξῃ ᾗ εἶχε πρὸ τοῦ τὸν κόσμον γενέσθαι, οὐκ ἦν μέγα, οὐδὲ ἐπίπονον, ἀλλὰ καὶ λίαν ῥᾴδιον. Διὰ τοῦτο ὄρος μὲν τῆς σμύρνης [18] φησὶ, βουνὸν δὲ τοῦ λιβάνου, δεικνὺς ὅτι τοῦτο μέν ἐστιν εὐπετὲς αὐτῷ, καὶ μάλα ῥᾴδιον, ἐκεῖνο δὲ πρόσαντες διὰ τὸ ἀνθρώπειον [19]. Διὸ καὶ παρ' αὐτὸ γενόμενος τὸ πάθος φησί· Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται· » καὶ, « Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ. » Ἀλλὰ πάλιν ἐπάγει· « Καὶ τί εἴπω; Πάτερ, σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὴν ὥραν ταύτην. » Τοῦτο καὶ ἐνταῦθα παραδηλῶν φησι· « Πορεύσομαι ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄρος τῆς σμύρνης, καὶ πρὸς τὸν βουνὸν τοῦ λιβάνου. » Ἑκάτερον γὰρ ἑκὼν ποιῶ, οὐχ ὑπό τινος βιαζόμενος ἢ ἀναγκαζόμενος· « Ἐξουσίαν γὰρ ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. Οὐδεὶς γὰρ αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ· ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ὑπ' ἐμαυτοῦ, ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν [20]. »

ram, quæ est spiritus doctrina, percipere. At Symmachus dixit, « flores pascere. » Eos enim qui facti sunt digni, ut sint spiritus flores, ubera sponsæ, ex quibus doctrinæ latices fluunt, pascunt, et nutriunt : « donec aspiret dies, » et æstus, hoc est vitæ labores, desinant : « et moræ fuerint umbræ, » id est, negotia præsentia, quæ umbris, ut dictum est, comparantur, finem habeant. Ita sponsæ membris collaudatis, « Vadam, inquit, mihi ipsi ad montem myrrhæ, et ad collem thuris. » Quando, inquit, adeo decora es, adeo formosa, adeo pulchritudine excellens, et amoris erga me vulnere sauciata, pro te mortem oppetam, et myrrhæ montem sponte conscendam. Sed iterum surgam, et revertar ad collem thuris. Jam vero supra diximus illum per myrrham mortem significare ; per thus autem naturam divinam. Quærendum est igitur, cur montem, de morte loquens, dixerit ; collem autem de divinitate. Quia illud tam magnum, excelsum, atque **95** arcanum est, ut ab homine animo et cogitatione nequeat comprehendi : eum qui formam Dei habebat, non rapinam arbitratum esse se esse æqualem Deo, sed exinanivisse semetipsum formam servi accipientem, et hominibus similem factum, et habitu inventum ut hominem, humiliasse semetipsum usque ad mortem, mortem autem crucis [m]. Ut autem ad propriam gloriam rediret, et glorificaretur ea gloria, quam habuit antequam mundus fieret [n], id vero nec magnum, nec laboriosum, imo admodum facile fuit. Idcirco montem myrrhæ dixit, collem autem thuris, ut hoc sibi facile demonstraret : illud autem arduum imprimis propter humanitatem. Itaque cum ad mortis cruciatum appropinquaret, « Nunc, inquit, anima mea turbata est [o]. » Et : « Pater, si possibile est, transeat a me calix iste [p]. » Et rursus subjicit : « Et quid dico ? Pater, salva me ex hora hac : sed propterea veni in horam hanc [q]. » Id hoc etiam loco significans, « Vadam, inquit, mihi ipsi ad montem myrrhæ, et ad collem thuris. » Utrumque enim libens facio, nulla coactus necessitate. « Potestatem enim habeo deponendi animam meam : et potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo enim aufert eam a me : sed ego depono eam sponte, ut iterum sumam illam [r]. »

ζ. *Ὅλη καλὴ εἶ, ἡ πλησίον μου, ὅλη καλὴ* [21], *καὶ μῶμος οὐκ ἔστιν ἐν σοί.* Ἔοικε ταῦτα τοῖς τοῦ μακαρίου Παύλου ῥήμασι· καὶ ἐκεῖνος περὶ τοῦ νυμφίου φησίν· « Ἵνα παραστήσῃ αὐτὸς ἑαυτῷ ἔνδοξον τὴν Ἐκκλησίαν μὴ ἔχουσαν σπίλον, ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων· ἀλλ' ἵνα ᾖ ἁγία καὶ ἄμωμος. » Ἄμωμος

Vers. 17. *Tota pulchra es, propinqua mea, tota pulchra es, et macula non est in te.* Hæc beati Pauli verbis similia sunt, cum de sponso loquens ait : « Ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem **96** maculam, aut rugam, aut aliquid ejusmodi, sed ut sit sancta et immaculata [s]. »

[m] Philipp. II, 6-8. [n] Joan. XVII, 5. [o] Joan. XII, 27. [s] Ephes. V, 27. [p] Matth. XXVI, 39. [q] Joan. XII, 27. [r] Joan. X, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[12] ἄνθη νέμειν. Supra, ποιμαίνοντες ἄνθη. Vid. p. 74. n. 4. [13] ἕως — καύματα. Des. in cod. [14] πορεύσομαι — λιβάνου. Hæc in textu τῶν Ο' a Nostro non lecta esse, nescio quibus rationibus adductus statuit Montf. in Hexapl. ad h. l. [15] cod. θεότητος. [17] cod. ἀνθρώπου. [18] cod. τὴν σμύρνην. [19] cod. ἀνθρωπεῖον. [20] αὐτήν. In cod. sequitur expositio trium Patrum. [21] ὅλη καλή. Nec in textu Hebr. nec in versione τῶν Ο'. repetitur.

Digitized by Google

Immaculata autem et pulchra evasit, quia propinqua sponsi effecta est ; atque ita omnes splendores suscepit, et lucida ex ipsa luce reddita est. Utinam nobis etiam concedatur, ut « revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformemur a claritate in claritatem tanquam a Domino Spiritu [t], » cum quo Patri, una cum sancto Spiritu, gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A δὲ γέγονε καὶ καλὴ ἡ πλησίον τοῦ νυμφίου γενομένη καὶ τὰς ἐκεῖθεν μαρμαρυγὰς δεξαμένη, καὶ φωτοειδὴς ἐκ τοῦ φωτὸς γενομένη [22]. Γένοιτο δὲ ἡμᾶς ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζομένους τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφοῦσθαι ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[t] II Cor. III, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[22] καὶ — γενομένη. Des. in cod.

ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

LIBER TERTIUS.

Orandum est nobis, diligenter, inquam, et studiose orandum est, ut oculi nostri columbæ fiant: quibus spiritualiter intuentes, et litteræ velum transvolantes, mysteria recondita dilucide interpretemur. Neque enim aliter fieri potest, ut divinæ Scripturæ, imprimisque Cantici canticorum, intelligentiam consequamur, nisi is, qui scriptoribus illis largitus est inspirationis donum, gratiæ radiis oculos nostros illustret, et sensum reconditum aperiat. Age ergo, auxilio illius, qui revelat mysteria, ut sapiens ait Daniel [u], implorato, ad institutam interpretationem, scripti sequentes ordinem, accedamus. In fine superioris orationis sponsum audivimus sponsæ pulchritudinem sic admirantem, ut singulas ejus partes laudibus efferret, et totam ipsam denique ut immaculatam commendaret. **97** Nullam enim habet maculam, neque rugam, aut aliquid ejusmodi, ut beatus inquit Paulus [v], animarum virtute perfectarum chorus. Hic autem sponsam appellans, vocat eam de Libano,

B Εὐχῆς γὰρ ἡμῖν δεῖ καὶ εὐχῆς ἐπιμελοῦς καὶ σπουδαίας, ἵνα οἱ ἡμέτεροι ὀφθαλμοὶ γένωνται περιστεραὶ πνευματικῶς ὁρῶντες, καὶ ὑπερβαίνοντες τὸ τοῦ γράμματος κάλυμμα, καὶ διαρθροῦντες ἐναργῶς τὰ κεκρυμμένα μυστήρια. Οὔτε γὰρ δυνατὸν ἑτέρως τῆς θείας Γραφῆς καταμαθεῖν τὴν διάνοιαν, διαφερόντως δὲ τοῦ Ἅσματος τῶν ἀσμάτων, εἰ μὴ αὐτὸς ὁ τοῖς συγγραφεῦσιν ἐκείνοις ἐμπνεύσας τὸ ὀπτικὸν ἡμῶν φωτίσειε, χάριτος ἀκτῖνας πέμψας, καὶ τὸν κεκρυμμένον ὑποδείξειε νοῦν. Φέρε τοίνυν, τὸν ἀποκαλύπτοντα μυστήρια κατὰ τὸν σοφὸν Δανιὴλ ἐπικαλεσάμενοι βοηθὸν, τῆς ἑρμηνείας ἀψώμεθα τοῦ συγγράμματος τὴν ἀκολουθίαν φυλάττοντες. Ἐν μὲν οὖν τῷ τέλει τοῦ πρὸ τούτου συγγράμματος ἠκούσαμεν τοῦ C νυμφίου τῆς νύμφης τὸ κάλλος θαυμάζοντος, καὶ ἑκάστῳ μορίῳ εὐφημίαν προσάγοντος, καὶ μετὰ ταῦτα ὅλην αὐτὴν. ὡς ἄμωμον ἐγκωμιάζοντος [23]· οὐ γὰρ ἔχει σπίλον, ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, τῶν ἐν ἀρετῇ τετελειωμένων ψυχῶν ὁ χορός. Ἐνταῦθα δὲ καλεῖ αὐτὴν ἀπὸ τοῦ Λιβάνου νύμφην προσαγορεύων, καί φησι·

Vers. 8. *Veni*, inquiens, *de Libano, sponsa mea: huc de Libano venies, et transibis a principio fidei, a capite Sanir et Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* Hæc mihi cum illis videntur congruere, quæ in XLIV psalmo ad sponsam dicta sunt: « Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populi tui, et domus patris tui: et concupiscet rex speciem tuam, quoniam ipse est

τ'. Δεῦρο [24] *ἀπὸ Λιβάνου, νύμφη, δεῦρο, ἀπὸ τοῦ Λιβάνου ἐλεύσῃ· καὶ διελεύσῃ* [25] *ἀπ' ἀρχῆς πίστεως* [26], *ἀπὸ κεφαλῆς Σανὶρ καὶ Ἀερμὼν* [27], *ἀπὸ μανδρῶν λεόντων, ἀπὸ ὀρέων παρδάλεων.* Ἐοικέναι δὲ ταῦτά μοι δοκεῖ τοῖς ἐν τῷ μδ' ψαλμῷ πρὸς τὴν νύμφην εἰρημένοις· « Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ ἐπιθυ-

[u] Dan. II, 22. [v] Ephes. V, 27.

VARIÆ LECTIONES.

[23] καὶ — ἐγκωμ. Des. ibid. [24] Δεῦρο. *Hebr.* mecum. [25] διελεύσῃ. *Hebr.* prospicias. [26] ἀπ' ἀρχῆς πίστεως, *Hebr.* de vertice Amana (montis). Sicque Aquila ἀπὸ ἀρχῆς Ἀμανά. [27] Ἀερμών. Alii Ἑρμών.

Digitized by Google

μήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου, ὅτι αὐτός ἐστι Κύριός σου. » Καὶ γὰρ ἐκεῖ παραίνεσιν αὐτῇ καὶ συμβουλὴν ὁ λόγος προσφέρει, ἐπιλαθέσθαι τε[29] τοῦ λαοῦ αὐτῆς καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτῆς παρακελεύεται, ὡς οὐκ ἂν ἑτέρως τοῦ βασιλέως τοῦ κάλλους αὐτῆς ἐπιθυμήσοντος, εἰ μὴ τοῦτο γένοιτο. Λαὸν δὲ αὐτῆς καὶ οἶκον πατρὸς τὰ παλαιὰ ἔθη καλεῖ, περὶ ὧν ὁ μακάριος Παῦλός φησιν· « Ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις, ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες, στυγητοί, μισοῦντες ἀλλήλους. Ὅτε δὲ ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ ἐπεφάνη· οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς[29], ἀλλὰ κατὰ τὸ πολὺ ἔλεος αὐτοῦ ἔσωσεν ἡμᾶς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως Πνεύματος[30] ἁγίου, οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐν τούτῳ δὲ[31] τῷ συγγράμματι ἀπὸ Λιβάνου καλεῖ αὐτὴν, καὶ ἀπὸ Σανήρ· διὰ μὲν τοῦ Λιβάνου τὴν εἰδωλολατρείαν σημαίνων, διὰ δὲ τοῦ Σανήρ, ὃ ἑρμηνεύεται λύχνων ὁδὸς, τὴν ἐν νόμῳ πολιτείαν. Λύχνος γὰρ ὁ νόμος, ὁ ἐν νυκτὶ λάμπων· ἥλιος δὲ ὁ Χριστὸς, ὡς ἐν ἡμέρᾳ φαίνων. Διὸ καὶ ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου φησίν· Τοῖς δὲ φοβουμένοις με ἀνατελεῖ[32] ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἴασις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ. » Προστίθησι δὲ καὶ τὸ Ἑρμὼν ὄρος, καὶ δι' αὐτοῦ τὸν νόμον παραδηλῶν· φησὶ γὰρ ἐν Ψαλμοῖς ὁ μέγας Δαβίδ· « Ὡς δρόσος Ἑρμὼν ἡ καταβαίνουσα ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών, » τουτέστι τὰ τοῦ νόμου διδάγματα, τοῖς ὄρεσι τῆς Σιὼν χορηγούμενα. Ὅρη δὲ νοητέον τοὺς ἐν ἀρετῇ τελείους, ὡς ὑψηλοὺς καὶ ἐπισήμους[33], καὶ κατὰ τὸ φρόνημα τὸ θεῖον ὑπερανεστηκότας. Καλεῖ τοιγαροῦν ὁ νυμφίος τοὺς μὲν ἀπὸ Λιβάνου, ὡς εἰδώλοις προσεδρεύειν δεδιδαγμένους· τοὺς δὲ ἀπὸ Σανὴρ καὶ Ἑρμὼν, ὡς τοῦ νόμου τὴν δρόσον δεχομένους, καὶ ὑπὸ τῶν θείων ἐντολῶν φωτιζομένους. Τούτοις ἐπάγει· « Ἀπὸ μανδρῶν λεόντων, ἀπὸ ὀρέων παρδάλεων· » μάνδρας μὲν λεόντων τοὺς θρασυτάτους καὶ μανικωτάτους Ἰουδαίους προσαγορεύων· παρδάλεις δὲ τοὺς τῶν Ἑλλήνων σοφοὺς, οἳ τῇ ποικιλίᾳ τῶν λόγων, καὶ τῇ τεχνολογίᾳ τῶν σοφισμάτων, τὴν ψευδολογίαν συγκαλύπτοντες, πιθανὴν τοῖς ἀνοήτοις ἀπέφαινον. Οὕτω καλέσας τὴν νύμφην, καὶ συναγαγὼν αὐτὴν ἀπὸ τῶν διαφόρων ὀρῶν, καὶ διὰ τῆς πίστεως αὐτῇ τὴν σωτηρίαν πραγματευσάμενος, καὶ τὸ ἐντεῦθεν αὐτῇ γενόμενον θεασάμενος κάλλος, φησὶ πρὸς αὐτήν·

θ'. *Ἐκαρδίωσας ἡμᾶς*[34]. *ἀδελφή μου νύμφη, ἐκαρδίωσας ἡμᾶς ἐν ἑνὶ ἀπὸ*[35] *τῶν ὀφθαλμῶν σου, ἐν ἑνὶ ἐνθέματι τραχήλου*[36] *σου.* Τὸ δὲ, « ἐκαρδίωσας ἡμᾶς, » ὁ Σύμμαχος, « ἐθάρσυνας, » ἔφη. Ὁ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Οἱ μὲν δύο ὀφθαλμοί σου θαυμαστοὶ, καὶ πνευματικοὶ, καὶ περιστεραὶ εἰκότως προσ-

A Dominus tuus [x]. » Nam ibi quoque monetur sponsa, eique datur consilium, ut obliviscatur populi sui et domus patris sui : aliter enim sponsum, nisi id fecerit, nulla ratione pulchritudinem ejus concupiturum. Porro populum ejus et domum patris appellat antiquos mores, de quibus beatus Paulus : « Eramus enim, inquit, aliquando et nos insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis et voluptatibus variis, in malitia et invidia agentes, odio digni, odientes nos invicem. Cum autem benignitas et humanitas apparuisset Salvatoris nostri Dei, non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum multam suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in **98** nos abunde : » et quæ sequuntur [y]. Hic autem de Libano vocat eam, et de Sanir; per Libanum quidem significans cultum idolorum, per Sanir autem, quod est lucernarum via, rationem vivendi secundum legem. Lucerna enim est lex, quæ noctu fulget : sol autem Christus, ut qui splendet in die. Quapropter et Deus per prophetam : « Timentibus me, inquit, orietur sol justitiæ, et sanitas in pennis ejus [z]. » Subjicit autem et Hermon montem, per ipsum quoque legem indicans. Nam magnus David in Psalmis : « Sicut ros, inquit, Hermon, qui descendit super montes Sionis [a] ; » hoc est, legis præcepta, quæ super montibus Sionis tradita sunt. Montes autem virtute perfectos viros debemus intelligere, qui excelsi sunt, et insignes, et divino sensu excellunt. Eos igitur sponsus vocat de Libano, qui idolis servire didicerant; illos autem de Sanir et Hermon, qui legis rorem et divinorum mandatorum lumen acceperant. His addit : « De cubilibus leonum, de montibus pardorum. » Leonum quidem cubilia vocat audacissimos et furore insanientes Judæos; pardos autem gentilium sapientes, qui orationis copia et argumentorum artificio contegentes falsitatem, homines rudes ac simplices decipiebant. Cum ita vocasset sponsam, eamque diversis e montibus congregasset, ac per fidem illi salutem tribuisset, pulchritudinem illius inde conceptam intuitus, sic illam alloquitur :

99 Vers. 9. *Vulnerasti cor nostrum, soror mea, sponsa, vulnerasti cor nostrum uno oculorum tuorum, uno torque colli tui.* Illud « vulnerasti nos » Symmachus vertit, « confidentes reddidisti. » Hoc autem dicit : Ambo quidem oculi tui sunt admirandi ac spirituales, et columbæ merito nomi-

[x] Psal. XLIV, 11. 12. [y] Tit. III, 3-6. [z] Malach. IV, 2. [a] Psal. CXXXII, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[29] τε. Ita cod. pro τῆς. [29] ἡμεῖς. Abest a cod. [30] ἀνακ. πνεύματος. cod. ἀνακαινίσεως διὰ Πατρός, aut potius πνεύματος. [31] δέ. Abest a cod. [32] ἥλιος — ἀνατελεῖ. Des. in cod. [33] cod. ἐπιδήμους. [34] ἐκαρδ. ἡμᾶς. Hebr. לבבתני recreasti me. Ita edit. V. ἐθάρσυνάς με. Al. cor abstulisti mihi. [35] ἑνί. cod. μιᾷ, quæ est rec. lectio. [36] cod. τραχήλῳ, pro τραχήλων, ut videtur.

Digitized by Google

nati. Sed alter eorum, qui divina contemplatur, qui philosophatur de Deo, qui recondita mysteria contuetur, cor meum stupore afficit. Et cum omnia colli tui ornamenta suspicio (per hæc autem virtutes eas intelligit, quæ in actione consistunt; collum enim divinorum mandatorum jugum ferens justitiæ sulcos infindit ac dirigit) : cum igitur reliqua virtutum ornamenta in collo tuo splendentia suspicio atque commendo, tum imprimis unum admiror et obstupesco. Ac pulchritudinem suspiciens tum unius torquis tui, tum oculi divina hæc intuentis, amore tuo vulneratus sum. Quæramus autem quidnam sit unum ornamentum illud, quod sponsæ collo circumdatum cæteris antecellit, et discamus a sancto Paulo, qui ait : « Manent fides, spes, charitas, tria hæc; major autem hisce omnibus est charitas [b]. » Et rursus : « Plenitudo autem legis est dilectio [c]. » Et alibi : « Universa lex et prophetæ pendent ex eo : Diliges Deum tuum ex toto corde tuo, et proximum tuum sicut teipsum [d]. » Hunc ergo torquem sponsæ sponsus admiratur. Symmachus enim **100** monile pro ornamento posuit. Ipsius quoque oculum unum ita suspicit, ut alterum minime contemnat. Jam enim utrumque collaudavit. Sed rerum intelligibilium contemplationem sensibilium cognitioni longe anteponendam esse noverat. « Vulnerasti ergo cor meum, » id est, tali oculo prædita, et ejusmodi torque decorata, nos in amorem ac desiderium tui concitasti.

VERS. 10. *Quam pulchræ factæ sunt mammæ tuæ, soror mea, sponsa! Quam pulchra facta sunt ubera tua vino, et odor vestimentorum tuorum super omnia aromata!* Ex vino enim spirituali, et mystico poculo, majorem hauriunt pulchritudinem ubera tua. Ubera autem esse doctrinæ fontes jam exposuimus. Vestimenta tua sunt ornatissima, eorumque odor omnium aromatum fragrantiam superat. Me enim sponsum induisti, idque antea testatus est Isaias : « Exsultet, inquiens, anima mea in Domino. Induit enim me vestimento salutis, et indumento lætitiæ circumdedit me [e]. » Ista tua vestimenta tantum emittunt suavitatis, ut fragrantia ex illis passim diffusa virtutem legalem, quæ per aromata metaphorice significatur, antecellat. Vocat autem illam non solum sponsam, sed etiam sororem, quandoquidem beatus etiam Paulus dicit : « Ut sit primogenitus inter multos fratres [f]. » Et ipse Dominus cum resurrexisset, mulieribus ad sepulcrum stantibus : « Ite, inquit, dicite fratribus meis [g]; » et Petro : « Ecce præcedo **101**

ἀγορευόμενοι· θάτερος δὲ αὐτῶν ὑπερεκπλήττει με ὁ τὰ θεῖα κατοπτεύων, ὁ θεολογεῖν δεδιδαγμένος, ὁ τὰ κεκρυμμένα ὁρῶν μυστήρια. Καὶ θαυμάζω μὲν πάντας τοὺς κόσμους τοῦ τραχήλου σου· τὴν δὲ πρακτικὴν ἀρετὴν διὰ τούτων αἰνίττεται, ἐπειδὴ ὁ τράχηλος, φέρων τῶν θείων ἐντολῶν τὸν ζυγὸν, ἕλκει καὶ διατέμνει τῆς δικαιοσύνης τὰς αὔλακας· ἐπαινῶ μὲν οὖν καὶ τοὺς ἄλλους τῆς ἀρετῆς κόσμους ἐν τῷ τραχήλῳ σου λάμποντας, ὑπεράγαμαι δὲ καὶ θαυμάζω τὸν ἕνα, καὶ ἐκπλαγεὶς τὸ κάλλος τοῦ τε ἑνὸς ὁρμίσκου, καὶ τοῦ τὰ θεῖα θεωροῦντος ὀφθαλμοῦ, ἐτρώθην σου τῷ ἔρωτι. Ζητήσωμεν [37] δὲ τίς ἄρα ὁ εἷς ἐκεῖνος κόσμος ἐν [38] τῷ τραχήλῳ περικείμενος καὶ τοὺς ἄλλους ὑπερέχων, καὶ μάθωμεν παρὰ [39] τοῦ μακαρίου Παύλου, ὅτι « Μένει πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη· τὰ τρία ταῦτα· μείζων δὲ τούτων [40] πάντων ἡ ἀγάπη. » Καὶ πάλιν· « Πλήρωμα δὲ νόμου ἡ ἀγάπη. » Καὶ ἀλλαχοῦ· « Ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν [41]. » Τοῦτον τοίνυν τὸν ὁρμίσκον τῆς νύμφης ὁ νυμφίος θαυμάζει. Ὁρμίσκον γὰρ ἀντὶ ἐνθέματος ὁ Σύμμαχος τέθεικε. Θαυμάζει δὲ αὐτῆς καὶ τὸν ἕνα ὀφθαλμὸν, οὐ σκώπτων τὸν ἕτερον· ἀμφοτέροις γὰρ ἤδη τὴν εὐφημίαν προσήνεγκεν· ἀλλὰ τὴν τῶν νοητῶν θεωρίαν θαυμαστοτέραν τῆς τῶν αἰσθητῶν κατανοήσεως ἐπιστάμενος. Τὸ δὲ, ἐκαρδίωσας, ἀντὶ τοῦ, διήγειρας ἡμᾶς πρὸς ἔρωτά σου, καὶ φίλτρον σου· τοιοῦτον ὀφθαλμὸν ἔχουσα, καὶ τοιοῦτον ὁρμίσκον περικειμένη [42].

ι'. *Τί ἐκαλλιώθησαν μαστοί σου [43], ἀδελφή μου, νύμφη [44], τί ἐκαλλιώθησαν μαστοί σου, ἀπὸ οἴνου; καὶ ὀσμὴ ἱματίων σου [45] ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα.* Ἀπὸ γὰρ τοῦ πνευματικοῦ οἴνου [46], καὶ τοῦ μυστικοῦ πόματος, πλείονα εὐμορφίαν οἱ μαστοί σου προσεκτήσαντο· μαστοὺς δὲ τοὺς τῆς διδασκαλίας προείπομεν ἤδη εἶναι κρουνούς. Καὶ ὀσμὴ [47] δὲ τῶν ἱματίων σου πάσης εὐκοσμίας τυγχάνει μεστὴ, καὶ τῶν ἀρωμάτων ἁπάντων εὐωδεστέρα καθέστηκεν· ἐμὲ γὰρ ἐνδέδυσαι τὸν νυμφίον· καὶ μάρτυς Ἡσαΐας προαγορεύων, καὶ λέγων· « Ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ Κυρίῳ· ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης περιέθηκέ μοι. » Ταῦτά σου τὰ ἱμάτια τοσαύτην εὐωδίαν ἀφίησιν, ὡς νικᾷν τὴν νομικὴν ἀρετὴν, ἀρώματα τροπικῶς προσηγορευμένην, τὴν ἐκ τῶν σῶν ἱματίων πανταχοῦ διατρέχουσαν εὐοσμίαν. Καλεῖ δὲ αὐτὴν οὐ μόνον νύμφην, ἀλλὰ καὶ ἀδελφὴν [48], ἐπειδὴ καὶ ὁ μακάριος Παῦλός φησιν· « Εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. » Καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἀναστὰς ταῖς παρὰ τὸ μνημεῖον ἐστώσαις γυναιξί· « Πορευθεῖσαι, φησὶν, εἴ-

[b] I Cor. XIII, 13. [c] Rom. XIII, 10. [d] Matth. XXII, 37-40. [e] Isa. LXI, 10. [f] Rom VIII, 29. [g] Matth. XXVIII, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[37] cod. ζητήσωμαι. [38] ἐν. cod. ὁ. [39] cod. περὶ. [40] τούτων. Abest a cod. [41] cod. ἑαυτόν. [42] περικ. In cod. sequitur interpretatio Pselli. [43] μαστοί σου. *Hebr.* amores tui. [44] νύμφην. cod. suppl. [45] ἱματ. σου. *Hebr.* unguentorum tuorum. [46] οἴνου. Des. in cod. [47] ὀσμή. cod. præm. ἡ. [48] cod. ἀδελφικήν.

Digitized by Google

πατε τοῖς ἀδελφοῖς μου, » καὶ τῷ Πέτρῳ· Ἰδοὺ προάγω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν. » Καὶ ἀδελφὴ τοίνυν ἐστὶν αὐτοῦ [49], καὶ νύμφη, καὶ πλησίον· πλησίον μὲν, κατὰ τὸ, « Ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου· » νύμφη δὲ, ὡς παρ' αὐτοῦ τὰ τῆς διδασκαλίας σπέρματα δεχομένη, καὶ τίκτουσα τὸν τῆς εὐσεβείας καρπόν· ἀδελφὴ δὲ ὡς τὴν αὐτὴν αὐτῷ φύσιν περικειμένη κατὰ τὸ ἀνθρώπειον. Ἐπιμένει τοίνυν αὐτῆς διεξιὼν τὸ ἐγκώμιον, καί φησι·

ια'. *Κηρίον ἀποστάζει* [50] *τὰ* [51] *χείλη σου, νύμφη· μέλι καὶ γάλα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν σου, καὶ ὀσμὴ ἱματίων σου, ὡς ὀσμὴ Λιβάνου.* Ἀναγκαῖον τούτοις παραθεῖναι τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν τὴν λέγουσαν· « Καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα ἓν ἐστι, καὶ μέλη ἔχει πολλὰ, πάντα δὲ τὰ μέλη τοῦ σώματος τοῦ ἑνὸς πολλὰ ὄντα ἓν ἐστι σῶμα [52]· οὕτω καὶ ὁ Χριστός· καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ Πνεύματι ἡμεῖς οἱ πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε Ἕλληνες, εἴτε δοῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι, καὶ πάντες εἰς ἓν Πνεῦμα ἐποτίσθημεν· καὶ γὰρ τὸ σῶμα οὐκ ἔστιν ἓν μέλος, ἀλλὰ πολλά· » καὶ μετ' ὀλίγα, « Εἰ ἦν, φησὶ, τὰ πάντα ἓν μέλος, ποῦ τὸ σῶμα; » καὶ πάλιν, « Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους. » Οὐκοῦν ἐκ πολλῶν μελῶν ἡ Ἐκκλησία συγκειμένη ἓν σῶμα πληροῖ· νοήσωμεν τοίνυν, τινὰς μὲν αὐτῆς εἶναι ὀφθαλμοὺς, τινὰς δὲ ἀκοὰς, τινὰς δὲ χεῖλη· διὸ καὶ ὁ νυμφίος φησὶν αὐτῇ· « Κηρίον ἀποστάζει χείλη σου νύμφη· Μέλι καὶ γάλα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν σου. Δηλοῖ δὲ ἐνταῦθα τοὺς τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλους, τὴν εὐσεβῆ διδασκαλίαν προσφέροντας, καὶ οἱονεὶ κηρίον μελισσῶν ἐν τοῖς χείλεσι φέροντας, καὶ τὰς σταγόνας τοῦ μέλιτος ἀποστάζοντας· ἔχοντας δὲ οὐ μόνον μέλι, ἀλλὰ καὶ γάλα, καὶ ἑκάστῳ τὴν πρόσφορον προσφέροντας τροφὴν, καὶ τοῖς νηπίοις τὴν ἁρμόττουσαν, καὶ τοῖς τελείοις τὴν προσήκουσαν. Τὰ δὲ κηρία τοῦ μέλιτος, τὰ ἐν τοῖς χείλεσι τῶν διδασκάλων φερόμενα, αἱ θεῖαι τυγχάνουσι Γραφαὶ, μελίττας ἔχουσαι κηροπλαστούσας καὶ μελιτουργούσας, τοὺς ἱεροὺς προφήτας καὶ ἀποστόλους· ἐκεῖνοι γὰρ τοὺς λειμῶνας τοῦ παναγίου περιιπτάμενοι Πνεύματος, τὰ κηρία τῶν θείων ἡμῖν Γραφῶν οἷον πηξάμενοι, καὶ τοῦ μέλιτος τῆς διδασκαλίας ἐμπλήσαντες, εἰς ἡμᾶς τὴν ὠφέλειαν παρέπεμψαν. Καὶ ἔοικε κηρῷ μὲν τὸ γράμμα, μέλιτι δὲ τὸ ἐν αὐτῷ κρυπτόμενον νόημα· τούτου τοῦ μέλιτος τὰς σταγόνας ἀφίησι τῶν εὐσεβῶν διδασκάλων τὰ χείλη. Ὀρέγει δὲ καὶ γάλα ἀπὸ [53] τῆς γλώττης αὐτῶν φερόμενον τοῖς τοῦ γάλακτος δεομένοις· ἐπιμένει δὲ πάλιν θαυμάζων τῆς νύμφης τὰ ἱμάτια, καί φησι· « Καὶ ὀσμὴ ἱματίων σου, ὡς ὀσμὴ τοῦ Λιβάνου. » Προειρήκαμεν ὡς αὐτὸς αὐτῇ γέγονεν ἱμάτιον ὁ νυμφίος· καὶ μάρτυς ὁ μακάριος Παῦλος λέγων· « Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. » Ὁ δὲ νυμφίος, καὶ

A vos [h] in Gallilæam. » Ipsius est ergo et soror, et sponsa, et propinqua : propinqua quidem, juxta illud, « Adhæsit anima mea tibi [i]; » sponsa autem, quoniam ab ipso doctrinæ semina suscipiens parit pietatis fructum; soror vero, quia, quantum attinet ad humanitatem, eadem est natura circumdata. Perseverat igitur illius prosequens laudationem, et ait :

B

Vers. 11. *Favum distillant labia tua, sponsa : mel et lac sub lingua tua, et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.* Iis adjungere debemus ea quæ docet Apostolus : « Sicut, inquiens, corpus unum est, et membra habet multa : omnia autem membra corporis unius, licet sint multa, unum tamen corpus sunt : ita et Christus. Etenim in uno Spiritu nos omnes in unum corpus baptizati sumus, sive Judæi, sive gentiles, sive servi, sive liberi : et omnes uno Spiritu potati sumus. Nam et corpus non est unum membrum, sed multa [j]. » Et paulo post : « Quod si essent, inquit, omnia unum membrum, ubi corpus [k]? » Et rursus : « Vos autem estis corpus Christi, et membra ex parte [l]. » Ex multis igitur membris constans Ecclesia corpus unum constituit. Cogitemus itaque in ea quosdam oculorum, quosdam aurium, quosdam labiorum locum obtinere. Quamobrem sponsus, « Favum, inquit, distillant labia tua, sponsa : mel et lac sub lingua tua. » Ecclesiæ doctores hic significat, qui piam tradunt disciplinam, et quasi favos apum in labiis gerunt, et mellis diffluunt stillis. Nec vero mel tantum habentes, **102** sed etiam lac, cuique cibum promunt convenientem, et cum infantibus commodum, tum perfectis etiam congruentem. Jam favi mellis, qui in doctorum gestantur labiis, sunt divinæ Scripturæ, quæ continent apes tum ceræ, tum mellis effectrices, sacros nimirum prophetas et apostolos, qui per Spiritus sancti prata volitantes, et divinarum Scripturarum quasi construentes cellas, easque doctrinæ melle distendentes, utilitatem ad nos transmiserunt. Ac ceræ quidem littera videtur similis, melli vero sensus, qui in eo reconditus est. Hujus mellis stillæ piorum doctorum e labiis manant : eorum item e lingua lac fluit indigentibus lacte. Sed rursus in admiratione vestimentorum sponsæ commoratur, et ait : « Et odor vestimentorum tuorum, sicut odor thuris. » Sponsum ipsum sponsæ factum esse indumentum jam diximus. Testis est beatus Paulus, dicens : « Quicunque in Christum baptizati estis, Christum induistis [m]. » Sponsus autem, et Deus est æternus, et homo in extremis diebus ex sancta Virgine natus : qui manens id quod erat, assumpsit quod nostrum est, sponsam-

C

D

[h] Matth. xxviii, 10. [i] Psal. lxii, 9 [j] I Cor. xii, 12-14. [k] Ibid. 19. [l] Ibid. 27. [m] Gal. iii, 27.

VARIÆ LECTIONES

[49] cod. αὐτῷ. [50] Rec. lectio est ἀποστάζουσι. [51] τά. Abest a cod. [52] σῶμα. Abest a cod. [53] cod. ὑπό.

Digitized by Google

que olim denudatam induit. Quamobrem ad eam, « Odor, inquit, vestimentorum tuorum sicut odor thuris. » Christo enim induta est, qui Deus est et homo. Divinitatem autem indicat thus, quod Deo ex legis veteris instituto offerebatur.

γὰρ Χοιστὸν ἐνδέδυται, ὃς ἐστι Θεὸς καὶ ἄνθρωπος· A Θεός ἐστι προαιώνιος, καὶ ἄνθρωπος ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου γεννηθείς· καὶ μένων ὅ ἦν, προσέλαβε τὸ ἡμέτερον, καὶ τὴν πάλαι γεγυμνωμένην ἡμφίασε νύμφην. Διό φησι πρὸς αὐτήν· « Ὀσμὴ ἱματίων σου, ὡς [84] ὀσμὴ τοῦ λιβάνου· » τὸν θεολογίας δὲ σύμβολον ὁ λίβανος, ἐπειδὴ κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον Θεῷ [85] προσεφέρετο.

Vers. 12. *Hortus conclusus, soror mea, sponsa : hortus conclusus,* **103** *fons obsignatus.* Hortum nominat sponsam, ut quæ non unum pietatis virtutisque fructum, sed multos et varios ferat. Conclusum autem, quod munitus sit, nec insidiis expositus. Nam « Portæ inferni, inquit, non prævalebunt adversus eam [n]. » Neque enim est sicut illa, quæ ex Ægypto deducta fuit, « quam vindemiarunt omnes, prætergressi viam, et exterminavit eam aper de silva, et singularis ferus depastus est eam [o]. » Sed circummunita est, et muro circumdata, et horto concluso similis fuit, qui multiplices ac diversos fructus fert, nec furum aut insidiantium manus reformidat. Fons item est obsignatus, cujus latices non quibuslibet, sed dignis tantum patent. De hoc fonte Dominus quoque in Evangeliis locutus est : « Qui biberit, inquiens, de aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed fiet in ipso fons aquæ vivæ salientis in vitam æternam [p]. » Merito igitur sponsam fontem obsignatum appellat, ut non omnibus, sed dignis duntaxat, expositam. Neque enim profanis, sed initiatis patent divina mysteria : non in flagitiis post expiationem se iterum volutantibus, sed ex virtute vitam studiose traducentibus, aut sese per pœnitentiam expurgantibus. Nec vero solum dicit, « Hortus conclusus, et fons obsignatus, » verum etiam :

ιβ'. *Κῆπος κεκλεισμένος, ἀδελφή μου, νύμφη, κῆπος* [86] *κεκλεισμένος, πηγὴ ἐσφραγισμένη.* » Καὶ καλεῖ μὲν αὐτὴν κῆπον, ὡς οὐχ ἕνα καρπὸν εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς, ἀλλὰ πολλοὺς καὶ ποικίλους τίκτουσαν· κεκλεισμένον δὲ, ὡς περιπεφραγμένον, καὶ ἀνεπιβούλευτον· « Πύλαι γὰρ ᾅδου, φησὶν, οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς· » οὐ γὰρ ἐστι κατ' ἐκείνην τὴν ἐξ Αἰγύπτου B μετατεθεῖσαν, « Ἣν ἐτρύγησαν πάντες οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδὸν, καὶ ἐλυμήνατο ὗς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο· » ἀλλὰ περιπέφρακται, καὶ τετείχισται, καὶ κήπῳ κεκλεισμένῳ παρέοικε, πολλοὺς μὲν καὶ παντοδαποὺς ἔχοντι καρπούς, τοὺς δὲ κλῶπας οὐ δεχομένῳ, ἀλλὰ φεύγοντι τῶν ἐπιβουλευόντων τὰς χεῖρας. Καὶ πηγὴ δέ ἐστιν ἐσφραγισμένη· οὐ γὰρ πᾶσι προκεῖται, ἀλλὰ [87] τοῖς ἀξίοις ταῦτα τὰ νάματα· περὶ ταύτης τῆς πηγῆς καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Κύριός φησιν· « Ὃς ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα, ἀλλὰ γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ζῶντος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. » Εἰκότως τοίνυν αὐτὴν πηγὴν ἐσφραγισμένην καλεῖ, ὡς μὴ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀξίοις προκειμένην. Οὐ γὰρ τοῖς ἀμυήτοις, C ἀλλὰ τοῖς μεμυημένοις πρόκειται τὰ θεῖα μυστήρια· οὐ τοῖς ἐν ἀνομίαις μετὰ τὴν μύησιν καλινδουμένοις, ἀλλὰ τοῖς ἀκριβείᾳ συζῶσιν, ἢ διὰ μετανοίας καθαιρομένοις· οὐ μόνον δέ φησι, « Κῆπος κεκλεισμένος, καὶ πηγὴ ἐσφραγισμένη, » ἀλλὰ καί·

Vers. 13-15. *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, cum fructibus nucum; cypri cum nardis. Nardus et crocus, calamus et* **104** *cinnamomum cum universis lignis Libani : myrrha et aloe cum omnibus primis unguentis. Fons hortorum, puteus aquæ viventis, quæ fluit cum impetu de Libano.* Hæc, inquit, omnia misisti mihi, et tempore nuptiarum attulisti. Et primum quidem paradisum malorum punicorum, qui nec aliorum fructuum expers erat. Per *malum punicum*, mea quidem sententia, per translationem charitas intelligitur; quandoquidem sub uno ejusdem mali cortice multa sunt grana, ita mutuo inter se conserta ut se vicissim non comprimant, neque corrumpant, sed integra conserventur, nisi aliqua in medio putredo nascatur. Possumus ex interjectis ipsius septis per medium discurrentibus alium etiam sensum excogitare. Multos enim inter eos qui salvantur ordines cernimus. Nam alius est

ιγ'-ιε'. *Ἀποστολαί σου* [88] *παράδεισος ῥοῶν, μετὰ καρποῦ ἀκροδρύων* [89]· *κύπροι μετὰ νάρδων. Νάρδος καὶ κρόκος, κάλαμος καὶ κινάμωμον μετὰ* [90] *πάντων ξύλων τοῦ Λιβάνου* [91]· *σμύρνα, ἀλόη μετὰ πάντων πρώτων μύρων. Πηγὴ κήπων, φρέαρ ὕδατος ζῶντος, καὶ ῥοιζοῦντος ἀπὸ Λιβάνου.* Ταῦτα πάντα, φησὶν, ἀπέστειλάς μοι, καὶ προσήνεγκάς μοι κατὰ τὸν τοῦ γάμου καιρόν· καὶ πρῶτον μὲν, τὸν παράδεισον τῶν ῥοῶν, ὃς οὐκ ἦν ἄμοιρος οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων· ῥοὰν δὲ ἡγοῦμαι D τροπικῶς νομίζεσθαι τὴν ἀγάπην, ἐπειδὴ ὑφ' ἑνὶ καλύμματι μυρίοι κατὰ ταυτὸν [92] συγκείμενοι κόκκοι, καὶ ἀλλήλοις ἡνωμένοι, ἀλλήλους οὐκ ἀποθλίβουσιν, οὐδὲ διαφθείρουσιν, ὑγιαίνοντες εἰ μή τις σηπεδὼν ἐν μέσῳ γένοιτο· ἔστι δὲ καὶ ἐκ τῶν μέσων διαφραγμάτων καὶ ἑτέραν εὑρεῖν θεωρίαν· καὶ γὰρ ἐν τοῖς σωζομένοις πολλὰ ὁρῶμεν τάγματα· ἄλλο γὰρ τάγμα παρθενευόντων, καὶ ἄλλο ἐγκρατευομένων, καὶ ἄλλο

[n] Matth. xvi, 18. [o] Psal. lxxix, 13, 14. [p] Joan. iv, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[84] ὡς. Des. in cod. [85] προσεφέρετο. In cod. sequitur Pselli interpretatio. [86] κῆπος. *Hebr.* scaturigo. [87] ἀλλά, cod. add. καί. [88] Ἀποστολαί σου. *Hebr.* Propagines tuæ, s. surculi tui. [89] μετὰ καρποῦ ἀκροδρ. *Hebr.* cum fructu pretiositatum s. pretioso. Ita quoque c. 5, 1; c. 7, 14. [90] μετὰ — ἀλόη. Des. in cod. [91] ξύλων τοῦ Λιβ. *Hebr.* arboribus thuris s. thuriferis. [92] cod. κατ' αὐτόν.

Digitized by Google

τὴν τοῦ γάμου ζυγὸν ἐφελκόντων, καὶ τῶν πλούτῳ περιῤῥεομένων, καὶ ἄλλο τῶν πενίᾳ συζώντων· ἄλλο δούλων τὴν εὐσέβειαν ἀγαπώντων, καὶ ἄλλο δεσποτῶν ἐννόμως κυριευόντων. Ἔχει τοίνυν καὶ ἡ ῥοὰ οἶόν τινα διατειχίσματα, κατὰ συμμορίας τινὰς τοὺς κόκκους διακρίνοντα· διὰ τοῦτο τὰς τῆς νύμφης ἀποστολὰς παραδείσῳ ῥοῶν ἀπεικάζει· πρῶτον γὰρ αὐτῆς θαυμάζει τὸν τῆς ἀγάπης καρπὸν, λέγει δὲ αὐτὴν καὶ τοῖς ἄλλοις τῆς ἀρετῆς εἴδεσι κομᾷν· «Μετὰ καρποῦ ἀκροδρύων.» Εἶτα κατ' εἶδος ταῦτα διέξεισιν. «Κύπροι γὰρ μετὰ νάρδων.» Κύπρος δὲ εἶδος δένδρου, ἀφ' οὗ θερμὸν κατασκευάζεται ἔλαιον. Καὶ ἡ νάρδος δὲ, ἄρωμα εὐῶδες, ἀφ' οὗ πάλιν ἔλαιον ὁμώνυμον γίνεται, καὶ αὐτὸ θερμὸν, καὶ εἰς θεραπείαν σωμάτων ἐπιτήδειον. Ἀλλὰ καὶ κρόκον λέγει τὸν παράδεισον ἔχειν· χρεία γὰρ ἡμῖν οὐ μόνον τῶν θερμαινόντων ἡμᾶς, καὶ πυρσευόντων ἐν ἡμῖν τὴν περὶ τὸν Θεὸν ἀγάπην, ἀλλὰ καὶ τῶν διαψυχόντων τὰς ἀκολάστους ἐπιθυμίας· τῶν διαψυχόντων γὰρ ὁ κρόκος. «Καὶ κάλαμος, φησὶ, καὶ κινάμωμον.» Ἔστι δὲ καὶ ταῦτα ἀρωμάτων μὲν εἴδη, τροπικῶς δὲ νοούμενα. Διὰ γὰρ τοῦ καλάμου τὰ εὐσεβῆ σημαίνει συγγράμματα· «Ἡ γλῶσσά μου κάλαμος[63] γραμματέως ὀξυγράφου·» εὐώδης δὲ ὁ ἀρωματικὸς κάλαμος· καὶ γὰρ τῶν τῆς εὐσεβείας διδασκάλων ἡ γλῶττα πάσης εὐοσμίας πεπλήρωται· συνῆπται δὲ τῷ καλάμῳ τὸ κινάμωμον, ὅπερ τῷ Θεῷ κατὰ τὸν παλαιὸν προσεφέρετο νόμον, ἵνα μάθωμεν ὅτι τὰ περὶ Θεοῦ συγγράμματα ἐπαινετά τέ ἐστι, καὶ εὐώδη, καὶ τοῖς πρειρημένοις ἡδύσμασιν ἀπεικασμένα. Τούτοις ἐπιφέρει· «Μετὰ πάντων ξύλων τοῦ Λιβάνου·» Ἔχει γὰρ, φησὶ, καὶ τὴν ἐν νόμῳ πολιτευομένην ἀρετὴν, οὐ τὴν κατὰ τὸ γράμμα[64], ἀλλὰ τὴν κατὰ τὸ πνεῦμα· διὰ γὰρ τοῦ Λιβάνου τὴν Ἱερουσαλὴμ σημαίνεσθαι πολλάκις ἐδιδάχθη. Ἔχει δὲ καὶ «σμύρναν καὶ ἀλόην μετὰ πάντων τῶν πρώτων μύρων.» Τουτέστι τὴν νέκρωσιν τῶν παθῶν· νεκρῶν γὰρ ἴδιον ἡ σμύρνα· καὶ τὸ πικρὸν τῶν πειρασμῶν· πικρὰ γὰρ ἡ ἀλόη. Καὶ ἁπαξαπλῶς πάντα τὰ πρῶτα ἔχει τῶν μύρων, οὐ τὰ δεύτερα, οὐδὲ τὰ τρίτα, ἀλλὰ τὰ πρῶτα· τῶν γὰρ τελείων τὰ τέλεια. Ἔχει δὲ καὶ «πηγὴν, καὶ φρέαρ ὕδατος ζῶντος, καὶ ῥοιζοῦντος ἀπὸ τοῦ Λιβάνου.» Οὐ γὰρ μόνον τὴν εὐαγγελικὴν ἔχει διδασκαλίαν προφανῶς ῥέουσαν, ἀλλὰ καὶ τοῦ νόμου τὸ φρέαρ, ὅπερ ἐστὶ φρέαρ ὕδατος ζῶντος, καὶ κεκρυμμένα μὲν ἔχον[65] τὰ νάματα, ῥοιζοῦντα δὲ, καὶ ἦχον ἀποτελοῦντα, καὶ ἀπὸ τοῦ Λιβάνου προχεόμενα· ἐν Ἱεροσολύμοις γὰρ ἤνθει ἡ νομικὴ πολιτεία, ἥτις Λίβανος τροπικῶς ὀνομάζεται· μετέβη δὲ καὶ τοῦτο τὸ φρέαρ εἰς τὴν τοῦ Κυρίου νύμφην, τὴν Ἐκκλησίαν· καὶ ἔστι κρυπτόμενον, ἀλλὰ ῥοίζῳ φερόμενον καὶ ἄρδον τὸν τῆς Ἐκκλησίας παράδεισον[66]. Τῶν ἄνωθεν ἡ νύμφη ἐπαίνων ἀκούσασα, καὶ ἡσθεῖσα, καὶ εὐφραν-

A virginum ordo, alius continentium, alius matrimonii ferentium jugum, et divitiis atque opibus affluentium, alius inopem vitam complectentium, alius servorum piam colentium vitam, alius dominorum recte et legitime imperantium. Eodem modo et mali punici sunt illi tanquam parietes, qui quasi cellulis quibusdam grana distinguunt, et continent. Ideo sponsæ emissiones comparat paradiso malorum punicorum. Primo enim charitatis ipsius fructum admiratur : tum aliis quoque virtutum generibus ornatam dicit : « Cum fructibus nucum. » Mox ea sigillatim persequitur : « Cypri cum nardis. » Cyprus est genus arboris, ex qua calidum oleum conficitur. Nardus autem est aromatis genus odoratum, unde **105** oleum fit ejus-
B dem nominis, idem quoque calidum, et corporum curationibus accommodatum. Crocum præterea dicit hoc paradiso contineri. Egenus enim non solum calefacientibus nos, et charitatem in nobis erga Deum inflammantibus, sed refrigerantibus etiam, et cupiditates immoderatas comprimentibus. Crocus enim numeratur inter ea, quæ refrigerandi vim habent. « Et calamus, inquit, et cinnamomum. » Sunt autem hæc quoque aromatum genera, sed allegorice intelliguntur. Per calamum enim Scripta divina significat : « Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis[q]. » Odoratus est autem calamus aromaticus : lingua enim docentium pietatem omni suavitate referta est. Additur calamo cinnamo-
C mum, quod in veteri lege Deo offerebatur, ut intelligamus quæ de Deo Litterarum monumentis sunt tradita, tum laudabilia esse, tum odorifera, et his aromatibus comparanda. Ad hæc subjicit, « cum universis lignis Libani. » Habet etiam, inquit, virtutes, quæ in lege continentur, non secundum litteram, sed secundum spiritum. Per Libanum enim Hierosolymam significari sæpe docuimus. Habet etiam « myrrham et aloen, cum omnibus primis unguentis, » id est, mortificationem perturbationum (myrrha enim mortuorum est propria), et tentationum amaritudinem : amara enim est aloe. Habet denique omnia unguenta prima, non quæ secundas, aut tertias, sed quæ primas obtinent partes. Perfectorum enim sunt
D ea quæ perfecta sunt. Habet etiam « fontem, et puteum viventis aquæ, et de Libano scaturientis. » Neque enim solum doctrinam continet evangelicam, perspicue manantem, sed etiam legis puteum : puteum, **106** inquam, aquæ viventis, fluenta quidem abscondita complectentem, sed cum impetu et sono de Libano decurrentia. Hierosolymis enim legalis floruit vivendi ratio, quæ figurate Libanus nominatur. Defluxit tamen hic etiam pu-

[q] Psal. XLIV 2.

VARIÆ LECTIONES.

[63] E cod. suppl. [64] cod. σύγγραμμα. [65] ἔχον τὰ. cod. ἔχοντα τὰ. [66] παράδεισον. In cod. sequitur *Interpretatio* Pselli.

Digitized by Google

teus ad Domini sponsam Ecclesiam : sed est reconditus, et cum strepitu fertur, et rigat Ecclesiæ paradisum. Sponsa superioribus laudibus auditis, modo pulchritudinem ejus esset admiratus, verum

VERS. 16. *Surge*, inquit, *aquilo, et veni, auster, et perfla hortum meum, et fluant aromata mea.*

CAPUT V.

VERS. 1. *Descendat nepos meus in hortum suum, et comedat fructum nucum suarum.* Inter ea quæ divina Scriptura damnat, aquilo numeratur. Quamobrem et Deus per Jeremiam prophetam : « Ab aquilone, inquit, exardescent mala [r]. » Et rursus : « Et quæ sunt ab aquilone, inquit, repellam a vobis [s]. » Et alibi : « Ecce mala veniunt ab aquilone, et contritio magna [t]. » Jubet igitur aquiloni, ut surgat et recedat, ut auster perflet et riget horti aromata, quæ matura sunt, ut nepos ejus fructibus vesci possit. Constat autem austrum flare a meridie, et notum appellari, quod spirans vapore corpora repleat, **107** et humiditate. Major vero a meridie splendor etiam diffunditur. Unde Habacuc a meridie Dominum venturum prædicit : « Deus enim, inquit, de Thæman veniet [u]. » Hoc enim in lingua Hebræorum et Syrorum significat. Præcipit igitur, ut ventus abscedat contrarius, et gratia divina spiret, quo maturos aromatum ipsius fructus nepos colligat, nec ullus eorum vento corrumpatur, aut decidat ante maturitatem. « Introivi in hortum meum, soror mea, sponsa. » — « Collegi myrrham meam cum aromatibus meis, edi panem meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo. Comedite, propinqui mei, et bibite, et inebriamini, nepotes mei. » — « Introivi enim, inquit, in hortum meum, » quem tu mihi adornasti, et collegi primam myrrham meam, id est quam ego in te plantavi. Primus enim ego pro te mortem oppetii, deinde tu ita mecum commori, atque una sepeliri concupisti. Consepulta enim es mihi per baptismum in mortem, et mortificasti membra tua quæ sunt super terram [v]. Collegi ergo myrrham meam cum aromatibus meis, et reliquarum virtutum, inquit, quas a me didicisti, fructum percepi. Comedi præterea panem meum cum melle meo : solidum et dulcem cibum, qui apud perfectos invenitur. « Bibi vinum meum. » Jure addidit pronomen *meum*. Ipse enim est vitis vera, ex qua vinum hoc collectum est. **108** « Bibi vinum meum cum lacte meo. » Nam ne infantes quidem ac veluti ubera sugentes, et lactentes excludit ; sed ab illis etiam ætati eorum congruentem fructum capit,

[r] Jerem. I, 14. [s] Jerem. X, 22. [t] Jerem. IV, 6. [u] Habac. III, 3. [v] Rom. VI, 4.

θεῖσα ὅτι οὐ μόνον αὐτῆς τὸ κάλλος ἐθαύμασεν, ἀλλὰ καὶ τὰς στολὰς αὐτῆς ἐπῄνεσε, φησίν·

lætitiaque et gaudio affecta, quod sponsus non etiam vestimenta ejus commendasset,

ις'. *Ἐξεγέρθητι, βορρᾶ, καὶ ἔρχου, νότε, καὶ* [67] *διάπνευσον κῆπόν μου, καὶ ῥευσάτωσαν ἀρώματά μου* [68].

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

α'. *Καταβήτω* [69] *ἀδελφιδοῦς μου εἰς κῆπον αὐτοῦ, καὶ φαγέτω καρπὸν ἀκροδρύων αὐτοῦ.* Τῶν διαβαλλομένων ἐστὶν ὁ βορρᾶς παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ· διὸ καὶ ὁ Θεὸς διὰ Ἱερεμίου φησὶ τοῦ προφήτου, ὅτι « Ἀπὸ βορρᾶ [70] ἐκκαυθήσεται κακά. » Καὶ πάλιν, « Καὶ τὰ ἀπὸ βορρᾶ ἐκδιώξω ἀφ' ὑμῶν. » Καὶ ἀλλαχοῦ· « Ἰδοὺ κακὰ ἀπὸ βορρᾶ ἔρχεται, καὶ συντριβὴ μεγάλη. » Παρακελεύεται τοίνυν τῷ βορρᾷ ἐξεγερθῆναι καὶ ὑποχωρῆσαι, ἵνα ὁ νότος διαπνεύσῃ, καὶ διαῤῥεύσῃ πεπανθέντα τὰ τοῦ κήπου ἀρώματα· ἵνα [71] τῶν καρπῶν αὐτῆς ὁ ἀδελφιδοῦς ἀπολαύσῃ. Ὁ δὲ νότος εὔδηλον, ὅτι ἀπὸ μεσημβρίας πνεῖ, νότος προσαγορευόμενος διὰ τὸ ὑγρὸς εἶναι, καὶ νοτίδος πληροῦν [72] ἐν τῷ πνεῖν τὰ σώματα· πλέον δὲ καὶ ἀπὸ τῆς μεσημβρίας εἰσρεῖ τὸ φῶς· διὸ καὶ τὸν Κύριον ἀπὸ μεσημβρίας ἥξειν ὁ Ἀββακοὺμ προλέγει· « Ὁ Θεὸς γάρ, φησὶν, ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει· τοῦτο δὲ καὶ τῇ Ἑβραίων καὶ τῇ Σύρων ἑρμηνεύεται φωνῇ. » Παρακελεύεται τοίνυν ἀποστῆναι μὲν τὸ ἐναντίον Πνεῦμα, τὴν δὲ θείαν πνεῦσαι χάριν, ἵνα πεπανθέντας τοὺς τῶν ἀρωμάτων αὐτῆς καρποὺς ὁ ἀδελφιδοῦς αὐτῆς τρυγήσῃ, μηδενὸς ἀνεμοφθόρου γινομένου, ἢ πρὸ τῆς ὥρας ἐκπίπτοντος [73]. « Εἰσῆλθον εἰς τὸν κῆπόν μου, ἀδελφή μου, νύμφη. » — « Ἐτρύγησα [74] σμύρναν μου μετὰ ἀρωμάτων μου, ἔφαγον ἄρτον μου [75], μετὰ μέλιτός μου, ἔπιον οἶνόν μου μετὰ γάλακτός μου. Φάγετε, πλησίον, μου καὶ πίετε, καὶ μεθύσθητε, ἀδελφιδοῖ μου. [76] » Εἰσελήλυθα γὰρ, φησὶν, εἰς τὸν ἐμὸν κῆπον, τὸν ὑπὸ σοῦ μοὶ προσενεχθέντα, καὶ ἐτρύγησα πρώτην τὴν σμύρναν μου, τουτέστιν ἣν ἐγὼ ἐν σοὶ κατεφύτευσα· πρῶτος γὰρ ἐγὼ τὸν ὑπὲρ σοῦ θάνατον κατεδεξάμην, εἶθ' οὕτως σὺ συναποθανεῖν μοι καὶ συνταφῆναι ἐπεθύμησας. Συνετάφης γάρ μοι διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον, καὶ ἐνέκρωσάς σου τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Ἐτρύγησα τοιγαροῦν τὴν σμύρναν μου μετὰ ἀρωμάτων μου· καὶ τὴν ἄλλην γὰρ, φησὶν, ἀρετὴν, ἣν παρ' ἐμοῦ ἐδιδάχθης, ἐκαρπωσάμην καὶ ἔλαβον· ἔφαγον δὲ [77] καὶ ἄρτον μου μετὰ μέλιτός μου, τὴν στερεὰν καὶ γλυκεῖαν τροφὴν, τὴν παρὰ τοῖς τελείοις εὑρισκομένην. « Ἔπιον οἶνόν μου. » Καὶ καλῶς τὴν ἀντωνυμίαν προστέθεικεν. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ἀληθινὴ ἄμπελος, ἀφ' ἧς ὁ οἶνος οὗτος [78] ἐγεωργήθη. « Ἔπιον

VARIÆ LECTIONES.

[67] καί. Abest a cod. [68] μου. *Hebr.* aromata ejus. [69] Καταβήτω — ἀκροδρύων αὐτοῦ. Hæc in textu Hebr. sunt ultima capitis quarti. [70] βορρᾶ — ἀπό. Des. in cod. [71] ἵνα. Des. ibid. [72] Prior editio habebat πλήρων, cod. πληροῦν. [73] ἐκπίπτοντος. In cod. sequitur expositio trium Patrum. [74] E textu τῶν Ο' suppl. [75] ἄρτον μου. *Hebr.* favum meum. [76] ἀδελφ. μου. *Hebr.* dilecti. Al. amoribus (inebriamini). [77] δέ. Abest a cod. [78] cod. οὕτω.

Digitized by Google

οἰνόν μου μετὰ γάλακτός μου. » Οὐκ ἀποσείεται γὰρ οὐδὲ τοὺς νηπίους, καὶ οἱονεὶ ὑπομαζίους, καὶ γαλακτοτροφουμένους, ἀλλὰ καὶ τὸν σύμμετρον παρ' ἐκείνων δέχεται καρπὸν, καὶ ἀγαθὸς ὢν καὶ τοὺς φίλους εἰς τὴν εὐωχίαν καλεῖ, καί φησι· « Φάγετε, οἱ πλησίον μου, καὶ πίετε, καὶ μεθύσθητε, ἀδελφιδοῖ μου. » Πλησιάζουσι δὲ αὐτῷ οἱ τετελειωμένοι, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν αὐτοῦ [79] αὐχοῦσι συγγένειαν, οἱ τὴν εἰκόνα φυλάττοντες ἀδιάφθορον. Καὶ οὐ μόνον αὐτοῖς πιεῖν, ἀλλὰ καὶ μεθυσθῆναι παρακελεύεται· ἔστι γὰρ μέθη σωφροσύνην, ἀλλ' οὐ παραφροσύνην ἐργαζομένη· οὐ παραλύουσα τὰ μέλη, ἀλλὰ ῥωννύουσα. « Τὸ γὰρ ποτήριον αὐτοῦ μεθύσκον ὡσεὶ κράτιστον. » Ἀλλαχοῦ [80] δὲ πάλιν ὁ μακάριος Δαβὶδ· « Μεθυσθήσονται, φησὶν, ἀπὸ πιότητος οἴκου σου, καὶ τὸν χειμάρρουν [81] τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτούς [82]. » Τῶν ἄνωθεν οὕτως ῥηθέντων, φησὶν ἡ νύμφη

A cumque bonus sit, amicos etiam ad convivium invitat his verbis : « Comedite, propinqui mei, et bibite, et inebriamini, nepotes mei. » Propinqui ipsius sunt viri perfecti, ejusque cognatione gloriantur, qui incorruptam servant imaginem. Ilis non solum præcipit, ut bibant, sed ut inebrientur. Est enim ebrietas, quæ mentis sanitatem et prudentiam, non autem amentiam parit, quæ membra corroborat, non autem dissolvit; nam « calix ipsius inebrians perquam præclarus est [x]. » Et alibi rursus beatus David : « Inebriabuntur, inquit, pinguedine domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos [y]. » Superioribus ita pronuntiatis sponsa dicit

β'. *Ἐγὼ καθεύδω, καὶ ἡ καρδία μου ἀγρυπνεῖ.* Κἂν γὰρ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀναγκασθῶ μύσαι τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τὸν ὕπνον δέξασθαι, κατὰ διάνοιαν ἐγρήγορα, καὶ τὸν τῆς ῥᾳθυμίας ὕπνον οὐ καταδέχομαι, τοῦ νυμφίου τὴν παρουσίαν προσμένουσα. Διὸ καὶ αἰσθάνομαι τῶν ἐκείνου κρουμάτων. « Φωνὴ γὰρ, φησὶν, ἀδελφιδοῦ μου κρούει ἐπὶ θύραν. » Παραθήσωμεν, εἰ δοκεῖ, τούτοις τὰ ἐν τοῖς [83] θείοις Εὐαγγελίοις ὑπὸ τοῦ καλοῦ ποιμένος εἰρημένα· « Τὰ πρόβατα γὰρ, φησὶ, τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει. » Καὶ πάλιν· « Ἀλλοτρίῳ δὲ οὐ μὴ ἀκολουθήσωσιν, ὅτι οὐκ οἴδασι τῶν ἀλλοτρίων τὴν φωνήν. » Μακάριος τοίνυν ὁ ποιμαινόμενος, καὶ τοῦ ποιμένος τὴν φωνὴν ἐπιγινώσκων. Μακάριος ὁ νυμφοστολούμενος, καὶ διακρίνειν ἐπιστάμενος φωνὴν μοιχοῦ καὶ νυμφίου μακάριος ὁ λέγων· « Οὐ [84] δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, » ἀλλ' ἐγρηγορὼς καὶ τὸν νυμφίον ἀναμένων κατὰ τὴν αὐτοῦ [85] τοῦ Κυρίου παραίνεσιν· « Γρηγορεῖτε γὰρ, φησὶν, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ ὥρᾳ ὁ Κύριος ὑμῶν ἔρχεται. » Ταύτην δὲ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος προσφέρει τὴν συμβουλὴν, λέγων· « Γρηγορεῖτε, στήκετε ἐν τῇ πίστει, ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε, πάντα ὑμῶν ἐν ἀγάπῃ γινέσθω. » Ἐγρηγορυῖα τοίνυν ἡ νύμφη, καίτοι καθεύδει [86] τὸν σωματικὸν ὕπνον, ἐν ἀπολαύσει γίνεται τῆς φωνῆς τοῦ νυμφίου, καὶ τῶν κρουμάτων τῆς θύρας ἀκούει· τίνες δὲ αἱ θύραι τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἢ τοῦ σώματος αἱ αἰσθήσεις, δι' ὧν ἡ νύμφη τὸν νυμφίον [87] εἰσδέχεται οὐ μόνον κρούοντα, ἀλλὰ καὶ ἀνοιγῆναι αὐτῷ τὴν θύραν παρακαλοῦντα [88]; « Ἄνοιξον γάρ μοι, φησὶν, ἀδελφή μου, ἡ πλησίον μου, περιστερά μου, τελεία μου, ὅτι ἡ κεφαλή μου ἐπλήσθη δρόσου, καὶ οἱ βόστρυχοί μου ψεκάδων νυκτός. » Σημαίνει δὲ διὰ μὲν τῆς νυκτὸς τὴν ἐν νυκτὶ γενομένην αὐτῷ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐπανάστασιν· διὰ δὲ τῆς δρόσου, καὶ τῶν ψεκάδων, τὸν τριήμερον

B Vers. 2. *Ego dormio, et cor meum vigilat.* Quamvis enim, inquit, a natura cogar oculos claudere, et somnum capere, mente tamen vigilo, et ignaviæ somnum minime suscipio, cum sponsi adventum exspectem. Quamobrem et ipsum pulsantem sentio. « Vox enim, inquit, nepotis mei pulsat ad ostium. » Addamus, si videtur, his ea quæ divinis in Evangeliis a bono pastore dicta sunt. « Oves enim, inquit, meæ vocem meam audiunt [z]. » Et rursus : « Alienum autem non sequentur, quia non noverunt vocem alienorum [a]. » Quare beatus ille qui pascitur, et pastoris **109** vocem agnoscit. Beatus qui in sponsam electus est, atque adulteri et sponsi vocem scit dignoscere. Beatus qui dicit : « Non dabo somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem [b], » sed vigilat, et sponsum exspectat, quemadmodum ipse Dominus monet : « Vigilate, inquiens, quia nescitis qua hora Dominus vester venit [c]. » Idem consilium affert etiam beatus Paulus : « Vigilate, inquiens, state in fide, viriliter agite, confortamini, omnia vestra in charitate fiant [d]. » Dum vigilat igitur sponsa, licet dormiat somno corporeo, voce fruitur sponsi sui, eumque ad fores pulsantem exaudit. Quæ autem fores animæ sunt, nisi corporis sensus, per quos sponsa sponsum excipit, non modo pulsantem, verum etiam præcipientem, ut sibi fores aperiantur? « Aperi enim mihi, inquit, soror mea, propinqua mea, columba mea, perfecta mea, quia caput meum plenum est rore, et cincinni mei guttis noctis. » Per noctem quidem significat Judæorum impetum, quo illum nocte adorti sunt; per rorem autem et guttas, trium dierum mortem, quam cincinni capitis, et non ipse suscepit. Quoniam igitur, inquit, pro te mortem sustinui, et propter te hæc incommoda passus sum, aperi mihi, et suscipe me. Diligo enim

[x] Psal. xxii, 5. [y] Psal. xxxv, 9. [z] Joan. x, 27. [a] Ibid. 5. [b] Psal. cxxxi, 4. [c] Matth. xxiv, 42. [d] I Cor. xvi, 13, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[79] αὐτοῦ. Abest a cod. [80] ἀλλαχοῦ. cod. præm. καί. [81] τὸν χειμ. Vid. p. 56, n, 5. [82] αὐτούς. In cod. sequitur expositio trium Patrum. [83] E cod. suppl. [84] οὐ. Supra. et. t. I, p. 1506. [85] cod. αὐτήν. [86] cod. κἀν τῷ καθεύδειν. [87] cod. τοῦ νυμφίου. [88] παραχ. In cod. sequitur Pselli interpretatio.

Digitized by Google

spiritualem pulchritudinem tuam, et in virtute perfectionem. Quamobrem et sororem meam, et propinquam meam, et columbam meam, et perfectam meam te nomino. Perfectam quidem, quoniam lege præscriptam tibi a me perfectionem **110** præstas. Ego enim dixi : « Perfecti estote, sicut et Pater vester cœlestis perfectus est [e]. » Et rursus : « Si vis perfectus esse, vende quæ habes et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlis, et tollens crucem tuam sequere me [f]. » Columbam vero meam voco, quia spiritualis effecta es, et veterem hominem exuisti cum vitiis et cupiditatibus [5], et spiritualiter potes intueri. Propinquam meam appello, quia per vestigia mea incedis, et ad me appropinquare concupiscis. Ego enim dixi : Appropinquate mihi, et appropinquabo vobis [5']. Sororem denique dico, non solum propter naturæ, quam suscepi, necessitudinem, verum etiam pietatis conjunctionem. Superioribus igitur verbis auditis sponsa respondet, dicens :

Α θάνατον, ὃν οἱ βόστρυχοι τῆς κεφαλῆς, καὶ οὐκ αὐτὸς ὑπεδέξατο. Ἐπειδὴ τοίνυν, φησὶ, τὸν ὑπὲρ σοῦ θάνατον κατεδεξάμην, καὶ διὰ σὲ ταῦτα ὑπέμεινα, ἄνοιξόν μοι, καὶ ὑπόδεξαί με· ἀγαπῶ γάρ σου τὴν πνευματικὴν εὐμορφίαν, καὶ τὴν ἐν ἀρετῇ τελειότητα. Διὸ καὶ ἀδελφήν μου καλῶ, καὶ πλησίον μου, καὶ περιστεράν μου, καὶ τελείαν μου. Τελείαν μέν, ὡς τὴν ὑπ' ἐμοῦ νομοθετηθεῖσαν τελειότητα τελοῦσαν· ἐγὼ γὰρ ἔφην· « Γίνεσθε τέλειοι, καθὼς[59] ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστι. » Καὶ πάλιν· « Εἰ θέλεις τέλειος γενέσθαι, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανοῖς· καὶ λαβὼν τὸν σταυρόν σου, ἀκολούθει μοι. » Περιστερὰν δέ μου καλῶ, ὡς πνευματικὴν γενομένην, καὶ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀπεκδυσαμένην σὺν τοῖς παθήμασι καὶ Β ταῖς ἐπιθυμίαις, καὶ πνευματικῶς ὁρᾶν δυναμένην. Πλησίον δέ μου, ὡς κατ' ἴχνος μου βαίνουσαν, καὶ ἐγγίζειν μοι ἐπιθυμοῦσαν· ἐγὼ γὰρ ἔφην· Ἐγγίσατέ μοι, καὶ ἐγγιῶ ὑμῖν· » καλῶ δὲ καὶ ἀδελφήν μου· οὐ διὰ τὸ συγγενὲς μόνον τῆς φύσεως, ἧς ἀνελάβον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν τῆς εὐσεβείας οἰκειότητα[59]. Τῶν ἄνωθεν οὖν ῥημάτων ἡ νύμφη ἀκούουσα, ἀποκρίνεται λέγουσα·

Vers. 3. *Exui tunicam meam, quomodo induam illam? Lavi pedes meos : quomodo inquinabo illos?* Quantum detrimenti pigritia pariat, et quantum laboris segnibus afferat ignavia, hinc discimus. Dum enim excusat se sponsa, nec statim sponso januam vult aperire, cogitur paulo post non solum ad januam usque progredi, sed etiam civitatem percurrere, et plateas circumire atque in custodes incidere, a quibus vulnera etiam accipit, et vix C sponsum invenit exoptatum. Quod si statim vocanti paruisset, hæc omnia incommoda evitasset. Nunc autem : « Exui, inquit, tunicam meam, quomodo induam illam? Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos? » Atqui hoc illi sponsus non præcipit. Neque **111** enim vult, ut depositum veterem hominem iterum sumat, aut sanctis ejus manibus ablutos coinquinet pedes; sed ut sine labore et inquinatione aperiat sibi vel aurium vel oculorum fores : quo aut per cognitionem, aut per auditum ingressus, in animabus sanctificatis inhabitet. Verum quia sponsa excusationes illas afferens tardior fuit, eam sponsus excitat alia ratione, non amplius pulsans exterius tantum, sed etiam manum per quamdam rimam injiciens. Manum autem D intelligimus sensum tactus, et divinam ipsius actionem, quam ubi sponsa persensit, clamat :

γ'. *Ἐξεδυσάμην τὸν χιτῶνά μου, πῶς ἐνδύσομαι αὐτόν*[91]*; Ἐνιψάμην τοὺς πόδας μου, πῶς μολυνῶ αὐτούς;* Διδασκόμεθα ἐντεῦθεν, ὅσην τίκτει βλάβην, καὶ ὅσον ἐπιφέρει πόνον τοῖς χρωμένοις ὁ ὄκνος· ἀναβολαῖς γὰρ ἡ νύμφη χρησαμένη, καὶ εὐθὺς ἀνοῖξαι τῷ νυμφίῳ τὴν θύραν οὐ βουληθεῖσα, ἀναγκάζεται μετὰ βραχὺ, οὐ μόνον μέχρι τῆς θύρας βαδίζειν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν πόλιν τρέχειν, καὶ εἰς τὰς ἀγορὰς περινοστεῖν, καὶ περιπεσεῖν φύλαξί τισι, παρ' ὧν καὶ τὰ τραύματα λαμβάνει, καὶ μόλις εὑρίσκει τὸν ποθούμενον νυμφίον. Εἰ δὲ εὐθὺς ὑπήκουσε τῷ καλέσαντι, τούτων ἂν ἁπάντων ἀπηλλάγη τῶν πόνων· νῦν δέ φησιν· « Ἐξεδυσάμην τὸν χιτῶνά μου, πῶς ἐνδύσομαι αὐτόν; Ἐνιψάμην τοὺς πόδας μου, πῶς μολυνῶ αὐτούς; » Καὶ μὴν οὐ τοῦτο αὐτῇ ὁ νυμφίος παρακελεύεται· οὔτε γὰρ βούλεται αὐτὴν ἀπεκδυσαμένην τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον πάλιν αὐτὸν ἐνδύσασθαι, οὔτε θέλει νιψαμένην αὐτὴν τοὺς πόδας, καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ χειρῶν ἀπολαύσασαν, πάλιν τούτους μολῦναι· ἀλλ' ἀνοῖξαι αὐτῷ ἀπόνως καὶ ἀμολύντως, ἢ τῆς ἀκοῆς, ἢ τοῦ ὀφθαλμοῦ τὴν θύραν· ἵνα ἢ διὰ γνώσεως, ἢ δι' ἀκροάσεως εἰσελθὼν ὁ νυμφίος ταῖς ἡγιασμέναις ἐνοικήσῃ ψυχαῖς. Καὶ[93] ἐπειδὴ ἀνεβάλλετο ἐκείναις ταῖς προφάσεσι χρησαμένη, ἑτέρως αὐτὴν ὁ νυμφίος διεγείρει, οὐκ ἔτι κρούων ἔξωθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν χεῖρα διά τινος ὀπῆς εἰσάγων· χεῖρα δὲ νοοῦμεν τὴν αἴσθησιν τῆς ἁφῆς, καὶ τὴν θείαν αὐτοῦ ἐνέργειαν, ἧς αὐτὴν ἐν αἰσθήσει πεποίηκεν, ὡς βοῆσαι·

Vers. 4-7. *Nepos meus misit manum suam per foramen, et venter meus intremuit ad tactum ejus. Surrexi ut aperirem nepoti meo : manus meæ stilla-*

δ'-ζ'. *Ἀδελφιδοῦς μου χεῖρα αὐτοῦ ἀπέστειλε διὰ*[93] *τῆς ὀπῆς· καὶ ἡ κοιλία μου*[94] *ἐθροήθη ἐπ' αὐτοῦ*[95]*. Ἀνέστην ἐγὼ ἀνοῖξαι τῷ ἀδελφιδῷ μου·*

[e] Matth. v, 48. [f] Matth. xix, 21. [5] Coloss. III, 9. [5'] Jac. IV, 8.

VARIÆ LECTIONES.

[59] καθώς. cod. addit καί. [59'] οἰκειότ. In cod. sequitur interpretatio Pselli. [91] πῶς — αὐτούς. Des. in cod. [93] καί. Abest a cod. [93] διά. cod ἀπό. [94] ἡ — αὐτοῦ. *Hebr.* viscera mea fremuerunt super eo. [95] cod. αὐτῷ. Rec. lectio est αὐτόν.

Digitized by Google

χεῖρές μου ἔσταξαν σμύρναν, δάκτυλοί [96] μου σμύρναν πλήρη [97] ἐπὶ χεῖρας τοῦ κλείθρου. Ἤνοιξα ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου· ἀδελφιδοῦς μου παρῆλθε [98]· ψυχή μου ἐξῆλθεν ἐν λόγῳ αὐτοῦ. Ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὗρον αὐτόν· ἐκάλεσα αὐτὸν, καὶ οὐχ ὑπήκουσέ μου. Εὕροσάν με οἱ φύλακες οἱ κυκλοῦντες ἐν τῇ πόλει· ἐπάταξάν με, ἐτραυμάτισάν με· ἦραν τὸ θέριστρόν μου [99] ἀπ' ἐμοῦ οἱ φύλακες τῶν τειχέων. Ἐπειδὴ οὐκ ἠβουλήθη εὐθὺς ἀνοῖξαι κρούσαντι, ἅπτεται μὲν αὐτῆς διά τινος τῶν αἰσθητηρίων, ὅπερ ὀπὴν προσηγόρευσεν, εἰσαγαγὼν τὴν χεῖρα, τουτέστι τὴν ἐνέργειαν· θερμαίνει δὲ αὐτῆς καὶ πυρσεύει τὸν ἔρωτα· τοῦτο γὰρ παραδηλοῖ τὸ [1], « Ἡ κοιλία μου ἐθορύβη ἐπ' αὐτόν [2]· » ὅπερ ὁ Θεοδοτίων « ἐθερμάνθη » εἴρηκεν· ἡ δὲ ἀνίσταται μεθυσθεῖσα τῷ πόθῳ, καὶ τρέχει πρὸς τὴν θύραν, καί φησιν· « Ὅτι χεῖρές μου, τὸ κλεῖθρον κατέχουσαι, καὶ ἀνοῖξαι βουλόμεναι, ἔσταξαν σμύρναν, καὶ οἱ δάκτυλοί μου σμύρναν πλήρη· » τὴν γὰρ τελείαν περίκειμαι νέκρωσιν, μέχρις αὐτῶν τῶν ἀκροτάτων μορίων. Ἀνοίξασα δὲ τὴν θύραν, ὁρῶ τὸν ἀδελφιδοῦν μου παρατρέχοντά με, καὶ εἰσελθεῖν οὐ βουλόμενον. Ἐγὼ δὲ ἐξηρτημένη τοῦ φίλτρου, καὶ κρεμαμένη τῶν ἱερῶν αὐτοῦ λόγων, τῆς ζητήσεως εἰχόμην, καὶ βοῶσα διετέλουν, καὶ διηνεκῶς καλοῦσα· ὁ δὲ οὐχὶ [3] ὑπήκουσεν, οὐδὲ ἀποκρίσεώς με ἠξίου· περινοστοῦσα δὲ, καὶ τὸν ποθούμενον ἐπιζητοῦσα, περιπίπτω τοῖς τὴν πόλιν οἰκοῦσι καὶ φυλάττουσιν· οἱ δὲ οὐ μόνον με ᾐκίσαντο, ἢ ἐμαστίγωσαν, ἀλλὰ καὶ τραύματα περιέθηκαν, καὶ τὸ θέριστρόν μου ἀφεῖλοντο. Φύλακας δὲ τειχῶν ὑπὸ τῆς νύμφης ἡγοῦμαι καλεῖσθαι καὶ φύλακας πόλεως, δημαγωγοὺς καὶ ἄρχοντας, καὶ τυράννους, πάλαι τῇ τοῦ Θεοῦ πολεμήσαντας νύμφῃ, καὶ τοὺς καλλινίκους μάρτυρας πατάξαντάς τε καὶ τραυματίσαντας, καὶ τῷ θανάτῳ παραδεδωκότας, καὶ τὰς ψυχὰς γυμνώσαντας, καὶ τὸ σῶμα ἀπὸ τῶν ψυχῶν οἷόν τι θέριστρον εἰληφότας. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τὸν νυμφίον ποθοῦντες, καὶ πάντοτε τοῦτον κηρύττοντες ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ ἀγροῖς, καὶ ἐσχατιαῖς, ταῦτα πάντα ὑπέμειναν. Διδασκόμεθα τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, πάντα ὄκνον ἀποθέσθαι, καὶ τῷ νυμφίῳ κρούοντι παραυτίκα ἀνοίγειν, ἵνα μὴ ἀπελθόντος πάντωσε περινοστεῖν ἀναγκασθῶμεν, καὶ ζητεῖν τὸν ποθούμενον [b].

η'. Ὥρκισα ὑμᾶς, θυγατέρες Ἰερουσαλὴμ, ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ, ἐὰν εὕρητε τὸν ἀδελφιδοῦν μου, ἀπαγγείλατε αὐτῷ [5], ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ. Ἐπιφαίνεται γὰρ πολλάκις καὶ τοῖς ἀτελέσιν ἔτι καὶ νηπίοις ὁ νυμφίος, συγκαταβαίνων τῇ ἀσθενείᾳ, καὶ προτρέπων εἰς τελειότητα· « Οὐ χρείαν γὰρ ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· » Ὁρκίζει

A verunt myrrham, digiti mei myrrham plenam super manus pessuli. Aperui ego nepoti meo; at nepos meus transierat. Anima mea egressa est, ut nepos locutus est meus: quæsivi eum, et non inveni illum, vocavi eum, et non audivit me.' Invenerunt me custodes, qui circumeunt civitatem: percusserunt me et vulneraverunt me; abstulerunt peplum meum a me custodes murorum. Quia noluit confestim aperire pulsanti, tangit eam per quemdam ex sensibus, quod *foramen* appellavit, inferens manum, hoc est actionem. Amorem autem illius accendit atque inflammat. Id enim patet **112** ex illis verbis: « Venter meus intremuit ad tactum ejus; » quod Theodotion vertit, « calefactus est. » Sponsa autem amore ebria surgit, et ad ostium currens: « Manus B meæ, inquit, pessulum apprehendentes, ut aperirent, stillaverunt myrrham, et digiti mei myrrham plenam. » Perfecta enim mortificatione ad extremas usque particulas affecta sum. Sed, aperto ostio, nepotem meum cerno prætereuntem, atque ingredi recusantem. Ego vero amoris stimulo concitata, et sacris illius sermonibus suspensa, ad quæritandum me accingo, nec clamare desino, assidue vocans. At ille audire dissimulat, nec mihi respondere dignatur. Oberrans igitur, et dilectum meum quærens, incido in civitatis incolas et custodes, qui me non modo percusserunt et verberarunt, sed etiam vulneribus affecerunt, et pallium abstulerunt. Murorum autem et civitatis custodes sponsa, ut mihi quidem videtur, magistratus et principes C et tyrannos appellat, qui Dei sponsam Ecclesiam quondam oppugnarunt, et victoria illustres martyres verberibus et suppliciis excruciatos, animas ipsorum nudantes, et corpus ab illis, ut theristrum, auferentes necaverunt. Martyres enim ardentes desiderio sponsi, et ubique gentium illum in civitatibus et agris, ad extremos usque terrarum terminos prædicantes, has ærumnas omnes pertulerunt. Ex his ergo, quæ dicta sunt, discimus, omni deposita tarditate, sponso pulsanti protinus aperire, ne, si discesserit, cogamur passim circumvagari, et desideratum quærere.

D **113** Vers. 8. *Adjuravi vos, filiæ Hierosolymæ, per potentias et fortitudines agri, si inveneritis nepotem meum, nuntiate illi, me charitate esse vulneratam.* Apparet enim sæpe etiam imperfectis adhuc et infantibus sponsus, accommodans se eorum imbecillitati, et ad perfectionem exhortans. « Neque enim egent qui sani sunt medico, sed qui male habent [b]. » Adolescentulas igitur jurejurando ob-

[b] Marc. II, 17.

VARIÆ LECTIONES.

[96] δάκτυλοι. cod. præm. οἱ. [97] σμύρναν πλήρη. *Hebr.* myrrham transeuntem s. liquidam. [98] παρῆλθε. *Hebr.* subduxerat se et abierat. Symm. ἀπονεύσας παρῆλθε. [99] μου. Abest a cod. [1] τό. cod. καί. [2] αὐτόν. Receptam lectionem Noster h. l. sequitur. [3] cod. οὐχ. [4] ποθούμενον. In cod. sequitur interpretatio Pselli. [5] ἀπαγγ. Rec. lectio est, τί ἀπαγγείλητε αὐτῷ.

Digitized by Google

stringit, ut si invenerint nepotem, nuntient illi, quanto erga illum amore teneatur, et quod electa charitatis sagitta sit sauciata. Adolescentulæ nepotis nomen ignorant. Adhuc enim sunt imperfectæ, nec cognitam habent mysteriorum profunditatem. Dicunt itaque :

VERS. 9. *Qualis est nepos tuus ex nepote, o pulchra inter mulieres? Qualis est nepos tuus ex nepote, quia sic adjurasti nos?* Frequenter enim, inquiunt, audivimus te dicentem, « Nepos meus, nepotis mei : » nec verborum tuorum vim intelligimus. Quando igitur interpositum est jusjurandum, silentio præterire non possumus mandata tua. Nos ergo doce, o pulchra inter mulieres, adolescentularum enim et puellarum omnium es formosissima, quid sibi velit hoc nomen. Identidem enim resonat in ore tuo, nunc « nepotis mei, » nunc « nepos meus. » Nam si ex te qualis iste sit didicerimus, et quibus insignis sit notis, curabimus te, et exsequemur mandata tua. Sponsa igitur discipulis suis **114** indicat sponsi notas ac signa, dicens :

A pro viribus contendunt. At illæ, quæ judicii metu legibus obtemperant, merito nominatæ sunt octoginta. Nam divina Scriptura judicii tempus appellat octavam. Beatus enim David, cum ea quæ ad judicium pertinent persequeretur, « Pro octava, » psalmum inscripsit, cujus quidem psalmi **129** initio : « Domine, inquit, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me [t]. » Et paulo post : « Quoniam non est in morte qui memor sit tui : in inferno autem quis confitebitur tibi [u]? » Quibus indicat, iis qui peccaverunt et non resipuerunt, tempore judicii nullum pœnitentiæ locum datum iri. Cum igitur hæc formidantes, non regni desiderio, neque sponsi amore permotæ, divinas leges observaverint, merito dicuntur octoginta. B Numerus enim octavus illam octavam significat, decimus autem perfectionem. Sponsam igitur et sexaginta et octoginta dicit esse præstantiorem. « Una enim, inquit, columba mea, perfecta mea, » rursus eam nominans spiritualem, atque unicam. Nam sexaginta et octoginta aliis gratior est una matri suæ. Matrem autem habet sacram piscinam, superiorem illam Hierosolymam. « Electa autem est genitrici suæ, » quæ, quamvis illas quoque genuerit, hanc tamen omnibus prætulit, et filiam electam habet. Itaque « viderunt eam filiæ, et beatam prædicabunt eam ; » hoc est, adolescentulæ, nec solum adolescentulæ, sed etiam reginæ et concubinæ eam laudibus concelebrabunt. Omnibus enim ipsa præstitit : quippe quæ nec spe præmii, C nec metu supplicii, sed sponsi desiderio ad summum in sapientiæ studio fastigium aspirarit. Atque utinam nos quoque divina gratia adjuti ad sponsæ perfectionem perveniamus ! Quod si consequi non potuerimus, inter reginas saltem numeremur. At si ex harum quoque numero non essemus, haud procul certe a concubinis **130** remoti simus. Si hoc etiam gradu fuerimus indigni, saltem numero adolescentularum ascribamur, puramque pietatis professionem conservemus, neque omnino sponsi privemur societate, sed per ejus gratiam ipsius pulchritudine perfruamur, quoniam ipsi est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[t] Psal. VI, 2. [u] Ibid. 6.

VARIÆ LECTIONES.

[74] περιστερὰ—αυτην. Des. in cod. [75] ἡμᾶς. Cod. καὶ ὑμᾶς. [76] εἰ—γενέσθαι. Des. in cod.

ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

LIBER QUARTUS.

Πιστεύοντες τῷ εἰρηκότι· « Αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν, ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε, κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν· πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρί-

D Fidem adhibentes illi qui dixit : « Petite et dabitur vobis, quærite et invenietis, pulsate et aperietur vobis : omnis enim qui petit accipit, et qui

Digitized by Google

quærit invenit, et pulsanti aperietur [y], » in præsentia petemus, ut nobis reliqua verba Cantici canticorum patefiant, et supplici voce clamabimus: « Aperi oculos nostros, et considerabimus mirabilia de lege tua [x]. » Nam ipse dat verbum evangelizantibus virtute multa [y]. Idem, « Dilata, inquit, os tuum, et implebo illud [z]. » Quinetiam ad multorum commodum indignis sæpe gratiam impertitur. Quamobrem speramus, cum nobis quoque nunc litteræ profunditatem planam dilucidamque esse facturum: non quod eo munere nos simus digni, sed propter eorum, qui interpretationem hanc legent vel audient, utilitatem. Hac igitur fiducia freti, ad id quod reliquum est explicandum confidenter accedamus.

A σχει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται· » αἰτήσομεν [77] ἐπὶ τοῦ παρόντος τῶν ὑπολοίπων ῥημάτων τοῦ Ἄσματος τῶν ἀσμάτων τὴν σαφήνειαν, καὶ βοήσομεν λέγοντες· « Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς ἡμῶν, καὶ κατανοήσομεν τὰ θαυμάσιά σου ἐκ τοῦ νόμου σου· » αὐτὸς γὰρ δίδωσι ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. Αὐτὸς εἶπε· « Πλάτυνον τὸ στόμα σου, καὶ πληρώσω αὐτό. » Μεταδίδωσι δὲ καὶ τοῖς οὐκ ἀξίοις πολλάκις τῆς χάριτος διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὠφέλειαν. Θαῤῥοῦμεν τοίνυν ὡς καὶ ἡμῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος δώσει τοῦ τῆς λέξεως βάθους τὴν ἀποκάλυψιν, οὐ διὰ τὴν ἡμετέραν ἀξίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν ἐντευξομένων, ἢ ἀκουσομένων τῆς ἑρμηνείας ὠφέλειαν· φέρε τοίνυν τῶν ὑπολοίπων θαρσαλέως κατατολμήσωμεν.

Vers. 9. *Quæ est ista, quæ respicit, quasi aurora, pulchra ut luna, electa ut sol, pavor ut ordinatæ?* In superioribus sponsæ **131** pulchritudinem sponsus oratione descripsit. Et tum singula ejus membra seorsim commendavit, tum communem rursus adhibuit laudationem, qua etiam veluti artificiosa usus est comparatione. Sic sponsam cum adolescentulis, et concubinis, reginisque contulit, ut illam multis partibus antecellere demonstraret. Tanta enim, inquit, est formæ ejus præstantia, ut contendere cum ea omnes recusarent, se victas confiterentur, ipsamque beatam, imo vero beatissimam prædicarent. Hic autem sponsi ministri, cum ab eo sponsæ pulchritudinem, et ornatum, et decus cognovissent, ad eam accuratius spectandam incitantur, et præ gaudii magnitudine (animæ enim ipsius pulchritudo adhuc sub corporis velo delituerat) clamant: « Quæ est ista, quæ sicut aurora respicit? » Ex parte enim hactenus sponsæ lux mortali hoc corpore contecta cernebatur. Et quemadmodum aurora noctis et diei confinium, atque hujus quidem initium, illius autem finem indicat, et solem adventare significat: sic in hac vita animæ pietate sapientiaque perfectæ, quas Ecclesiæ sponsæque nomine vocat divina Scriptura, ex propria virtute quosdam emittunt splendores. « Cum autem, » ut inquit beatus Paulus, « corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem [a] », tota ipsarum lux aperietur. Quod quidem ministri sponsi prævidentes, eam non **132** solum comparant auroræ, sed pulchram quoque ut lunam esse dicunt electam, et ut solem qui stuporem incutit illis qui oculos in ipsum audent defigere. Addiderunt autem electam, non solum, ut discrimen inter illam et stellas indicarent, sed etiam ut ipsius lunæ perfectionem ostenderent. Quasi diceret, ut luna plena nitens, non exilia ostentans cornua, non semiplena, non decrescens, sed perfecta ac toto orbe splendida, non quidpiam retinens imperfe-

B θ'. *Τίς αὕτη ἡ ἐκκύπτουσα ὡσεὶ ὄρθρος, καλὴ ὡς σελήνη, ἐκλεκτὴ* [78] *ὡς ὁ ἥλιος, θάμβος ὡς τεταγμέναι;* Ἐν μὲν οὖν τοῖς πρὸ τούτου ῥητοῖς ὁ νυμφίος τῆς νύμφης τὸ κάλλος τῷ λόγῳ διέγραψε, καὶ χωρὶς μὲν ἕκαστον εὐφήμησε μέλος, κοινὴν δὲ πάλιν τὴν εὐφημίαν προσήνεγκε, καὶ ὡς ἐγκωμίου κατὰ τέχνην συγγραφομένου, καὶ τὴν σύγκρισιν ἐποιήσατο, παρεξετάσας τὴν νύμφην, καὶ ταῖς νεάνισι, καὶ ταῖς παλλακίσι, καὶ ταῖς βασιλίσι, καὶ πολλῷ τῷ μέτρῳ κρείττονα [79]. Τοσαύτην γὰρ αὐτὴν ἔφη τὴν εὐμορφίαν ἔχειν, ὡς καὶ ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν παρεξετασθεισῶν μὴ ζηλοτυπεῖσθαι· ὁμολογοῦσαι γὰρ τὴν ἧτταν, μακαρίαν αὐτὴν καὶ τρισμακαρίαν ἀποκαλοῦσιν· ἐνταῦθα δὲ οἱ τοῦ νυμφίου διάκονοι, διδαχθέντες παρ' αὐτοῦ τῆς νύμφης τὴν εὐμορφίαν, τὴν εὐκοσμίαν, τὴν εὐπρέπειαν, καὶ ἀκριβέστερον αὐτὴν κατιμαθεῖν προτραπέντες, ὑπὸ [80] τῆς πολλῆς εὐθυμίας (ἐκέκρυπτο γὰρ αὐτῆς ἔτι τὸ ψυχικὸν κάλλος ἐν τῷ καλύπτρῳ τοῦ σώματος), βοῶσι· « Τίς αὕτη ἡ ἐκκύπτουσα ὡσεὶ ὄρθρος; » Ἐκ μέρους γὰρ αὐτῆς [81] τέως ὡρᾶτο τὸ φῶς, τῷ φθαρτῷ τούτῳ συγκαλυπτόμενον σώματι· καὶ καθάπερ ὁ ὄρθρος νυκτός ἐστι καὶ ἡμέρας μεθόριον, καὶ τῆς μὲν τὴν ἀρχὴν, τῆς δὲ τὸ τέλος κηρύττει, καὶ σημαίνει τῆς ἡμέρας τὴν παρουσίαν, οὕτως κατὰ τὸν παρόντα βίον αἱ ἐν εὐσεβείᾳ καὶ πάσῃ σοφίᾳ τετελειωμέναι ψυχαὶ, ἃς Ἐκκλησίαν καὶ νύμφην ἡ θεία προσαγορεύει Γραφὴ, βραχείας τινὰς λαμπηδόνας ἐκ τῆς οἰκείας ἀφιᾶσιν ἀρετῆς. « Ὅταν δὲ, » κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, « τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν, » ἅπαν αὐτῶν γυμνοῦται τὸ φῶς. Καὶ τοῦτο προορῶντες οἱ τοῦ νυμφίου διάκονοι, οὐ μόνον αὐτὴν ἀπεικάζουσιν ὄρθρῳ, ἀλλὰ καὶ καλὴν λέγουσιν ὡς σελήνην ἐκλεκτὴν, καὶ ὡς ἥλιον θάμβος ἐμποιοῦντα τοῖς ἐνατενίζειν αὐτῷ τολμῶσι· προστεθείκασι δὲ ἐκλεκτὴν, οὐ μόνον τὸ διάφορον τὸ πρὸς τοὺς ἀστέρας σημαίνοντες, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς σελήνης παραδηλοῦντες τὸ τέλειον· ἀντὶ τοῦ, ὡς σελήνη πεπληρωμένη πλησιφαὴς, οὐ μηνοειδὴς, οὐ διχότομος, οὐδὲ

[y] Matth. vii, 7, 8. [x] Psal. cxviii, 18. [y] Psal. lxvii, 12. [z] Psal. lxxx, 11. [a] I Cor. xv, 54.

VARIÆ LECTIONES.

[77] Cod. αἰτήσωμαι. [78] ἐκλεκτή. *Hebr.* pura. [79] κρείττονα. Abest a cod. [80] καὶ—ὑπό. Des. in cod. [81] Cod. αὐτοῦ.

Digitized by Google

ἀμφίκυρτος, ἀλλὰ τελεία παντέληνος, οὐδὲν ἀτελὲς ἔχουσα, πάντα τὸν κύκλον πεφωτισμένον δεικνύουσα. Οὕτω τοίνυν, φησίν, « ἐστὶ καλή, ὡς ἐκλεκτὴ σελήνη. » Φασὶ δὲ τὴν σελήνην οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ ὑπὸ τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ὑποδεχομένην τὸ φῶς, βραχὺ μὲν λαμβάνειν φῶς [88], ὅταν βραχὺ μόριον αὐτῆς βλέπῃ τὸν ἥλιον· ὅταν δὲ κατάντικρυς γενομένη ὅλον θεωρῇ τὸν ἥλιον, οἷόν τι κάτοπτρον ὅλον αὐτοῦ [88] τὸν δίσκον ἐκματτομένη, ὅλη φωτίζεται, καὶ οὐδὲν τοῦ σώματος μέρος ἀφώτιστον καταλείπει. Οὕτω τοίνυν καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία, τῶν ἐν ἀρετῇ τετελειωμένων ψυχῶν τὸ σύστημα, « ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζομένη, » κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, « τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφοῦται ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος· » καὶ γίνεται ὅλη φωτοειδής, ὡς ἐοικέναι σελήνῃ, καὶ σελήνῃ ἐκλεκτῇ, τουτέστι πεπληρωμένῃ. Οὐ μόνον δὲ σελήνῃ ἔοικεν, ἀλλὰ καὶ ἡλίῳ, καὶ [89] ἡλίῳ θάμβος ἐμποιοῦντι τοῖς ὁρῶσιν. Οὐχ ἁπλῶς δὲ ταύτην ἡγοῦμαι κεῖσθαι τὴν λέξιν [88]. Οὐδὲν γὰρ ὡς ἔτυχεν ὑπὸ τοῦ θείου λέγεται Πνεύματος. Ἀλλ' ἐπειδὴ νὺξ ὁ βίος, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον· « Ἡ νὺξ γὰρ, φησὶ, προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν, » ἀναγκαίως ὡς ἐν νυκτὶ οἷόν τις σελήνη ἐστὶν ἡ Ἐκκλησία, τοὺς ὁδοιπόρους φωτίζουσα, καὶ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ἀποδεικνύουσα [86]. Ἔστι δὲ καὶ ὡς ὄρθρος· ἐπειδὴ οἷόν τις ὄρθρος ἐστὶν ὁ μετὰ τὴν Κυριακὴν παρουσίαν χρόνος, τὴν μέλλουσαν σημαίνων κατάστασιν οἷόν τινος ἡμέρας παρουσίαν· « Ὡς ὄρθρον γὰρ, φησὶν, ἕτοιμον εὑρήσομεν αὐτόν. » Ὅταν δὲ ἡ ἡμέρα Κυρίου ἡ μεγάλη καὶ ἐπιφανὴς ἀφίκηται, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, περὶ ἧς ὁ μακάριος λέγει Παῦλος, ὅτι « Ἡ ἡμέρα ἤγγικε, » τότε οὐκ ἔτι ὡς σελήνη λάμψει [87], ἀλλ' ὡς ἥλιος θάμβος ἐμποιοῦσα οὐ μόνον τοῖς ἀπίστοις ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ταῖς νεάνισι, καὶ ταῖς παλλακίσι, καὶ ταῖς βασιλίσι, καὶ αὐταῖς ταῖς ἀσωμάτοις δυνάμεσι. Καὶ μάρτυς αὐτὸς ὁ Κύριος λέγων· « Τότε ἐκλάμψουσιν οἱ δίκαιοι ὡς ὁ ἥλιος. » Καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλός φησιν· « Ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων· ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. » Ἐκκύπτει τοίνυν ἡ τοῦ Χριστοῦ νύμφη ὡσεὶ ὄρθρος· ἐκ μέρους γὰρ αὐτῆς ἐπὶ τοῦ παρόντος τὸ [88] κάλλος γινώσκεται. « Καὶ καλὴ ἐστιν ὡς σελήνη ἐκλεκτὴ, » τοῦ Κυριακοῦ πεπληρωμένη φωτὸς, καὶ ταῖς ἀκτῖσιν αὐτῆς τὴν οἰκουμένην φωτίζουσα· διὸ καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ἔλεγε τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς· « Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου· » καὶ δεικνὺς ὁπόσον φῶς, ἐπάγει λέγων· « Οὕτως λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἵνα γνόντες τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν δοξάσωσι [89] τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Οὐ μόνον δέ ἐστιν ἡ νύμφη

A ctionis, sed totum globum lucidum præ se ferens. Sic igitur, inquiunt, « est pulchra ut electa luna. » Tradunt autem qui in rebus ejusmodi sint versati, lunam ex solis radiis lucem mutuari, ac lumen quidem exiguum suscipere, cum parvula ipsius particula solem aspicit: cum autem ex adverso totum solem ut speculum contuetur, totum ejus orbem exprimens, illustratur tota, nec ullam corporis partem obscuram retinet. Sic igitur et Christi Ecclesia, animarum virtute perfectarum cœtus, « revelata facie gloriam Domini speculans, » ut ait beatus Paulus, « in eamdem imaginem transformatur a claritate in claritatem tanquam a Domini Spiritu [b] : » et fit tota splendida, ut lunæ similis videatur, lunæ, inquam, electæ, id est

B plenæ; nec solum lunæ videtur similis, verum etiam soli; soli, inquam, stuporem spectantibus injicienti. Neque vero simpliciter hunc Scripturæ textum positum esse existimo. Nihil enim temere dicitur a divino Spiritu. Sed quoniam vita nox est, ex beati Pauli sententia, qui ait: « Nox præcessit, dies autem appropinquavit [c], » **133** convenienter ut in nocte quasi luna quædam est Ecclesia, quæ iter facientibus lumen præbet, et rectam ostendi viam. Est vero etiam ut aurora. Nam tempus, quod Domini adventum est subsecutum, fuit veluti quædam aurora, quæ tranquillitatem futuram, quasi diei præsentiam, significat: « Sicut auroram enim, inquit, paratum inveniemus eum [d] » Cum autem

C magnus ille dies Domini manifestus venerit, ut ait propheta [e], de quo beatus ait Paulus, « Dies appropinquavit [f], » tunc non amplius ut luna fulgebit, sed ut sol stuporem incutiens non solum hominibus infidelibus, sed adolescentulis, et concubinis, et reginis, atque etiam ipsis virtutibus incorporeis. Quod quidem Dominus ipse testatur, « Tunc, inquiens, fulgebunt justi sicut sol [g]. » Et beatus Paulus, « Alia, inquit, est claritas solis, et alia est claritas lunæ, et alia est claritas stellarum; stella enim a stella differt claritate [h]. » Prospicit igitur sponsa Christi sicut aurora. Ex parte enim hoc tempore cognoscitur illius pulchritudo. « Et pulchra est ut luna electa, » quæ, Domini luce plena, radiis suis totum orbem illuminat. Quapropter et Dominus

D in Evangeliis dicebat ad sanctos discipulos suos: « Vos estis lux mundi [i]; » et declarans qualis sit lux, subjicit: « Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut, cognoscentes opera vestra bona, glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est [j]. » Nec solum sponsa est sicut electa luna, verum etiam ut sol **134** in futura vita splendebit, et fulgore suo cunctis stuporem injiciet. Admirabuntur autem

[b] II Cor. III, 18. [c] Rom. XIII, 12. [d] Osee VI, 4. [e] Joel II, 31. [f] Rom. XIII, 12. [g] Matth. XIII, 43. [h] I Cor. XV, 41. [i] Matth. V, 14. [j] Ibid. 16.

VARIÆ LECTIONES.

[88] βραχὺ—φῶς. Des. in cod. [89] Cod. αὐτῆς. [86] καί. Cod. ἀλλ'. [88] λέξιν· οὐδέν. Cod. τάξιν· οὐδέ. [86] Cod. ὑποδεικνύουσα. [87] Cod. λάμπει. [88] τό. Abest a cod. [89] δοξάτωσι. Cod. præm. καί.

Digitized by Google

ipsius non modo lucem, sed etiam ordinem. Nihil enim incompositum, nihil incertum, nihil confusum in sponsa Domini. Dirigit enim quasi ad amussim actiones, vitamque suam quasi regula ac norma quadam utens componit. Post sponsi ministrorum laudes, sponsa de se ipsa disserens, ait : καὶ κανόνι καὶ γνώμονι κεχρημένη τὸν ἑαυτῆς βίον διακόνων, τὰ καθ' ἑαυτὴν ἡ νύμφη διηγουμένη φησίν·

A ὡς ἐκλεκτὴ σελήνη, ἀλλὰ καὶ ὡς ἥλιος ἀπαστράψει ἐν τῷ μέλλοντι βίῳ, πάντας ἐκπλήττουσα ταῖς λαμπηδόσι. Θαυμάσουσι[90] δὲ αὐτῆς οὐ μόνον τὸ φῶς, ἀλλὰ καὶ τὴν τάξιν· οὐδὲν γὰρ ἄτακτον παρὰ τῇ τοῦ Κυρίου νύμφῃ, οὐδὲν ἀδιόριστον[91], οὐδὲν ἀδιάκριτον. Οἷον γάρ τινι στάθμῃ διευθύνει τὸ πρακτέον, ῥυθμίζει[92]. Μετὰ τοὺς ἐπαίνους τῶν[93] τοῦ νυμφίου

VERS. 10, 11. *In hortum nucis descendi, ut viderem in germinibus torrentis : ut viderem an floruisset vitis, an floruissent mala punica. Ibi dabo ubera tibi. Non novit anima mea, posuit me currus Aminadab.* Verborum obscuritate valde abstrusus est sensus. Sed divinæ gratiæ auxilium implorantes, ex profunditate thesaurum effodiemus. Ostendit cœtus piorum, quem divina Scriptura sponsam appellat, se propria non contentum esse salute, neque sibi satis esse quod soli nuptias optatas sint assecuti : sed totis viribus in eam curam incumbere, ut reliquos omnes homines ab infrugifera vita dimoveant, quo fertiles effecti virtutis fructum ferant. Quod quidem dum præstant, et cæteris hominibus vacant instituendis, docent similes eos esse curribus Aminadab, vel, ut Symmachus interpretatus est, « curribus populi præeuntis, » vel, ut Aquila vertit, « curribus populi **135** spontanei principis. » Per hortum nucis præsentem intelligimus vitam, quæ cum amara sit, et ærumnis atque laboribus plena, reconditum tamen habet virtutis fructum. Nam et nucis fructus, cum extrinsecus corticem priorem amarum habeat, alterum autem asperum ac durum, intus, et tanquam in penu quodam, nucleum esculentum continet reconditum, qui sine labore non potest extrahi. Talis est etiam præsens vita. Cum enim dolorum et molestiarum acerbitate referta sit, labores habet illa quidem et sudores, non tamen inutiles, aut infrugiferos, sed qui absconditum fructum habeant. Quamobrem beatus etiam Paulus : « Vita, inquit, nostra abscondita est cum Christo in Deo : cum autem Christus apparuerit vita nostra, tunc et nos vivemus in ipso [k]. »—« In hortum igitur nucis descendi, » hoc est, in vitam humanam. Cur autem descendisti, o sponsa ? « Ut viderem in germinibus torrentis. » Rursus præsentia hæc torrentem appellavit. Torrens enim non est perennis, sed hieme quidem fluit, æstate vero fluere desinit, et arescit. Hujusmodi sunt quæ jucunda videntur in hac vita. Torrentis enim instar in præsenti vita tum gloria, tum opes, tum regnum, tum deliciæ, atque alii hujusce vitæ flores dilabuntur. Cum autem apparuerit vita futura,

ι', ια'. *Εἰς κῆπον καρύας κατέβην τοῦ ἰδεῖν ἐν γεννήμασι τοῦ χειμάῤῥου, ἰδεῖν εἰ ἤνθησεν ἡ ἄμπελος, εἰ ἤνθησαν*[94] *αἱ ῥοαί· ἐκεῖ*[95] *δώσω τοὺς μαστούς*[96] *σοι. Οὐκ ἔγνω ἡ ψυχή μου, ἔθετό*[97] *με ἅρματα Ἀμιναδάβ.* Σφόδρα συγκέχωσται τῇ ἀσαφείᾳ τῶν ῥημάτων ἡ διάνοια· ἀλλὰ τὴν θείαν χάριν ἐπίκουρον καλέσαντες, διορύξωμεν τὸ βάθος, B καὶ τὸν θησαυρὸν ἀνασπάσωμεν. Διδάσκει τῶν εὐσεβῶν τὸ σύστημα, ὃ νύμφην ἡ θεία προσαγορεύει Γραφή, ὡς οὐκ ἀρκοῦνται τῇ ἑαυτῶν σωτηρίᾳ, οὐδὲ ἀποχρῆν ἡγοῦνται τὸ μόνοι τοῦ προσδοκωμένου γάμου τυχεῖν· ἀλλὰ πᾶσαν συνεισφέρουσι προθυμίαν, ὥστε καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἀνθρώπους ἀπαλλάξαι μὲν τῆς ἀκαρπίας, γονίμους δὲ ἀποφῆναι, καὶ τὸν τῆς ἀρετῆς γεννῆσαι καρπόν· διδάσκει[98] δὲ ὡς ἐν τῷ ταῦτα ποιεῖν, καὶ τὴν διδασκαλίαν τοῖς ἄλλοις προσφέρειν ἀνθρώποις, ἅρμασιν Ἀμιναδὰβ περιέπεσαν, ἢ, ὡς ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν, « ἅρμασι λαοῦ τοῦ ἡγουμένου, » ἢ, ὡς ὁ Ἀκύλας, « ἅρμασι λαοῦ ἑκουσιαζομένου ἄρχοντος. » Κῆπον δὲ καρύας τὸν παρόντα βίον καλοῦσιν, ὃς πικρός ἐστι καὶ μοχθηρός, καὶ ἐπίπονος, ἔχει δὲ ἐν ἑαυτῷ τὸν τῆς ἀρετῆς καρ- C πὸν κεχρυμμένον. Καὶ γὰρ καὶ ὁ τῆς καρύας καρπὸς τὸ μὲν ἐξώτερον λέμμα πικρὸν ἔχει, τὸ δὲ δεύτερον σκληρὸν καὶ ἀντίτυπον· τὸ δὲ ἐδώδιμον, οἷον ἐν θαλάμῳ τινὶ ἀποκείμενον, καὶ κεκρυμμένον, καὶ ἀπόνως οὐκ ἐκφερόμενον. Τοιοῦτος δὲ καὶ ὁ παρὼν βίος, ἔχων ὀδύνας πικρὰς καὶ λύπας, ἔχων πόνους καὶ ἱδρῶτας, ἀλλ' οὐκ ἀγόνους, οὐδὲ ἀκάρπους, κεκρυμμένον δὲ τὸν καρπὸν ἔχοντας. Διὸ καὶ ὁ μακάριος Παῦλός φησιν, ὅτι « Ἡ ζωὴ ἡμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ· ὅταν δὲ Χριστὸς φανερωθῇ ἡ ζωὴ ἡμῶν, τότε καὶ ἡμεῖς ζησόμεθα ἐν αὐτῷ. »— « Εἰς κῆπον οὖν καρύας κατέβην, » τουτέστιν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον. Καὶ τί κατέβης, ὦ νύμφη; « Ἰδεῖν ἐν γεννήμασιν τοῦ χειμάῤῥου. » Πάλιν χει- D μάῤῥουν τὰ παρόντα προσηγόρευσεν· οὐ γὰρ ἀένναος ὁ χειμάῤῥους, ἀλλ' ἐν χειμῶνι μὲν φερόμενος, ἐν δὲ θέρει λήγων καὶ ξηραινόμενος. Τοιαῦτα δὲ τὰ τοῦ βίου τερπνά· ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ παρόντος, οἷόν τις χειμάῤῥους, καὶ δόξα φέρεται, καὶ πλοῦτος, καὶ βασιλεία, καὶ τρυφή, καὶ τ' ἄλλα τοῦ βίου ἄνθη· τοῦ δὲ μέλλοντος βίου φανέντος, φθίνει καὶ λήγει, καὶ

[k] Col. III, 3, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[90] Cod. θαυμάζουσιν. [91] Cod. ἀόριστον. [92] ῥυθμίζει. In cod. 8 quitur expositio trium Patrum. [93] τῶν. Abest a cod. [94] εἰ ἤνθησαν. Cod. Vatic. ἐξήνθησαν. Nostra lectio consentit cum cod. Alex. [95] ἐκεῖ—σοι. Des. in cod. Hebr. et in edit. Complut. [96] μαστούς. In textu τῶν Ο' sequitur μου. [97] ἔθετο — Ἀμιναδάβ. *Hebr.* quod posuerit (s. constituerit) me currus populi mei ingenui. Edit. V. ἔθου με εἰς ἅρμα λαοῦ ἡγουμένου. [98] Cod. διδάσκουσι.

Digitized by Google

παύεται, δίχην χειμάρρου. « Κατέβην τοίνυν, φησίν, A
εἰς τὸν τῆς καρύας κῆπον, τοῦ ἰδεῖν ἐν τοῖς τοῦ χει-
μάρρου γενήμασι, καὶ καταμαθεῖν βουλομένη εἰ
ἤνθησαν αἱ ῥοαί. » Ἔχει γὰρ ὁ βίος τινὰς μὲν ἀνθρώ-
πους τροπικῶς ἀμπέλους ὀνομαζομένους, τινὰς δὲ
ῥοὰς κατὰ τὰ διάφορα τῆς ἀρετῆς κατορθώματα.
Οἱ μὲν γὰρ τὴν ἀγάπην φύουσι, καὶ τὴν ὁμόνοιαν
ἀγαπῶσι, συνημμένοι κατὰ τὸ φρόνημα, καθάπερ
τῆς ῥοᾶς οἱ κόκκοι· οἱ δὲ καὶ οἶνον γεωργοῦσι, τῶν
ληνῶν ἄξιον τῶν πατρικῶν, τῇ θεωρίᾳ προσέχειν
ἐσπουδακότες. Κατάβασιν δὲ λέγει τὴν συγκατάβα-
σιν· καὶ γὰρ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἐγένετο τοῖς
ἀσθενέσιν ὡς ἀσθενὴς, ἵνα τοὺς ἀσθενεῖς κερδήσῃ·
καὶ τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος, μὴ ὢν ἄνομος Θεῷ,
ἀλλ' ἔννομος Χριστῷ, ἵνα κερδήσῃ ἀνόμους. « Κατ-
έβην τοίνυν, φησὶν, εἰς τὸν τῆς καρύας κῆπον, » B
φροντίδα ποιουμένη τῶν τοῦ χειμάρρου γεννημά-
των, καὶ τῶν τῆς ἀμπέλου καὶ ῥοᾶς καρπῶν. Οὐκ
ἀφέξομαί σου, οὐδὲ ἐκεῖ· ἀλλ' « Ὀρέξω σοι τοὺς
μαστούς μου, » τουτέστι, τοὺς τῆς διδασκαλίας μου
κρουνούς. Οἰκειοῦσαι γὰρ τὰ εἰς ἐκείνους γινόμενα,
καὶ λέγεις· « Ἐφόσον ἐποιήσατε ἑνὶ τῶν μικρῶν
τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. » Τούτοις
ἐπιφέρει· « Οὐκ ἔγνω ἡ ψυχή μου, ἔθετό με ἅρματα
Ἀμιναδάβ. » Σαφέστερον τοῦτο ὁ Σύμμαχος ἡρμή-
νευσεν, εἰρηκώς· « Ἡ ψυχή μου ἠπόρησέ με ἀπὸ
ἁρμάτων [99] λαοῦ [1] ἡγουμένου. » Ταῦτα γὰρ, φησὶ,
ποιοῦσα ἐν ἀπορίᾳ γίνομαι [2], καὶ ἐκστάσει, ὅτι ἐγὼ
μὲν αὐτοῖς ἐπραγματευσάμην σωτηρίαν· αὐτοὶ δὲ
ἐπέθεντό μοι, τῷ στρατηγοῦντι διαβόλῳ πειθόμενοι, C
καὶ οἱονεὶ ἅρματα ἐκείνου γινόμενοι, καὶ ὑπ' ἐκείνου
ἡνιοχούμενοι· τὸ γὰρ Ἀμιναδὰβ λαοῦ ἡγουμένου, ἢ
λαοῦ ἄρχοντος ἑρμηνεύεται. Καὶ τοῦτο ἔστιν ἀκριβῶς
νοεῖν [3], ἔκ τε τοῦ Ἀκύλα καὶ τοῦ Συμμάχου, καὶ
τῆς πέμπτης ἐκδόσεως· λέγει τοίνυν ἡ νύμφη, τουτ-
έστιν ὁ τῶν ἐν ἀρετῇ τετελειωμένων χορὸς, ὅτι Ἡμεῖς
μὲν πᾶσαν ποιούμεθα τῶν ἀπίστων φροντίδα, παν-
ταχόθεν αὐτοῖς πορίσαι σωτηρίαν μηχανώμενοι·
τινὲς δὲ αὐτῶν, οἱονεὶ ἅρματα γενόμενοι τοῦ ἄρχον-
τος τοῦ αἰῶνος τούτου, τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς
υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον,
ἐπέθεντό μοι, κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν ἀποδιδόντες. Καὶ
τοῦτο ἔστι σαφῶς εὑρεῖν, καὶ ἐν ταῖς Πράξεσιν τῶν
ἀποστόλων, καὶ ἐν ταῖς τοῦ μακαρίου Παύλου Ἐπι-
στολαῖς [4]. Κηρύττοντες γὰρ τῆς εὐσεβείας τὸν λόγον, D
τοὺς μὲν ἔπειθον πιστεύειν, ὑπὸ δὲ τῶν ἀπίστων
ἐξηλαύνοντο, ἠκίζοντο, ἐστρεβλοῦντο, μυρίων θανά-
των ὑπέμενον εἴδη· καὶ μάρτυς ὁ μακάριος Παῦλος
λέγων· « Ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερ-
βαλλόντως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως, ἐν θανάτοις
πολλάκις, πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον,
τρὶς ἐῤῥαβδίσθην, ἅπαξ ἐλιθάσθην, τρὶς ἐναυάγησα,
νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα· ὁδοιπορίαις πολ-

corrumpentur, et desinent, et tanquam torrens, cessantes exarescent. « Descendi igitur, inquit, in nucis hortum, ut viderem in torrentis germinibus, et ut animadverterem, an mala punica floruissent. » In hac enim vita, ex variis virtutum officiis, quidam homines per translationem vites, quidam autem mala punica nominantur. Nam alii charitatem colunt et concordiam diligunt, **136** animi sensu sic inter se conjuncti, ut mali punici grana conjunguntur. Alii autem vacantes contemplationi, vinum patriis torcularibus dignum ferunt. Descendere autem se dicit, quoniam aliorum naturæ et moribus se accommodat. Quandoquidem et beatus Paulus fiebat infirmis tanquam infirmus, ut infirmos lucrifaceret: et iis qui sine lege erant, tanquam sine lege esset, cum tamen apud Deum non esset sine lege, sed in lege esset Christo, ut eos qui sine lege erant lucrifaceret [1]. « Descendi ergo, inquit, in nucis hortum, » torrentis germinum, et vitis, et mali punicæ fructuum curam gerens. Non recedam a te, ne ibi quidem: sed « Dabo tibi ubera mea, » hoc est, doctrinæ meæ fontes. Quæ enim illis tribuuntur, ea in te conferri putas: « Quantum, inquiens, fecistis uni ex parvis istis minimis, mihi fecistis [m]. » His subjicit: « Non novit anima mea: posuit me currus Aminadab. » Clarius vertit hoc Symmachus, dicens, « Anima mea dubium fecit me a curribus populi ducentis. » Hæc, inquit, dum facio, dubito, et obstupesco, quoniam ego studiose operam dedi ut salvi fierent: ipsi autem impetum in me fecerunt, dum parent imperio diaboli, et tanquam currus illius fiunt, atque ab eo gubernantur. Aminadab enim significat, populi ducentis, aut populi imperantis: quod facile licet intelligere ex interpretatione Aquilæ, et Symmachi, et ex quinta editione. Sponsa igitur, id est, eorum qui virtute perfecti sunt chorus, Nos, inquit, omne **137** studium et curam adhibuimus, ut increduli ad fidem accederent et salutem consequerentur. Sed quidam eorum, tanquam currus principis sæculi istius, qui nunc, ut beatus Paulus ait, operatur in filiis inobedientiæ [n], mala pro bonis retribuentes, impetum in me fecerunt. Quod quidem perspicue possumus invenire, tum in Actis apostolorum, tum in beati Pauli Epistolis. Pictatis enim sermonem promulgantes, aliis quidem persuadebant ut crederent: ab incredulis autem ejiciebantur, urebantur, torquebantur, ac innumerabilia mortis genera sustinebant. Ac testis quidem beatus est Paulus, « In laboribus, inquiens, plurimis, in plagis supra modum, in carceribus abundantius, in mortibus frequenter: quinquies quadragenas una minus accepi, ter virgis cæsus sum,

[l] I Cor. IX, 21, 22. [m] Matth. XXV, 40. [n] Ephes. II, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[99] ἀπὸ ἁρμάτων. Monte. in Hexaplis ad h. l. habet ἅρμασι. [1] λαοῦ. Cod. præm. τοῦ. [2] Cod. γενομένη. [3] νοεῖν. Cod. μαθεῖν. [4] καὶ — ἐπιστολαῖς. Des. in cod.

Digitized by Google

semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte et die in profundo maris fui : in itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, » et quæ sequuntur [p]. Cum dixisset hæc sponsa, ministri sponsi ita respondent ac dicunt :

A λόκις [5], κινδύνοις ποταμῶν, κινδύνοις λῃστῶν, κινδύνοις ἐκ γένους, κινδύνοις ἐξ [6] ἐθνῶν, κινδύνοις ἐν πόλει, κινδύνοις ἐν ἐρημίᾳ, κινδύνοις ἐν θαλάσσῃ, κινδύνοις ἐν ψευδαδέλφοις, » καὶ τὰ ἑξῆς [7]. Τούτων ὑπὸ τῆς νύμφης ῥηθέντων, οἱ τοῦ νυμφίου διάκονοι ἀποκρίνονται, καί φασιν αὐτῇ·

VERS. 12. *Revertere, revertere, Sulamitis : revertere, revertere : et intuebimur in te.* Clarius hæc Aquila vertit, hoc modo : « Revertere, revertere pacifica. » Quemadmodum in hoc libro Dominus noster Salomo, id est, pacificus, sic etiam ejus sponsa, ut ab illo pacem **138** assecuta, et a veteri liberata bello, pacifica nominatur. Eam igitur ministri sponsi, cum a curribus illis vexatam oppugnatamque perspicerent, cohortantes, « Revertere, inquiunt, pacifica, revertere, revertere, et intuebimur in te ; » hoc est, ne timeas eos qui te persequuntur, sed doctrinam retine, pietatis prædicationem profer. Currus ne reformides, bellum ne metuas, quæ pacata nominaris. Si enim in disciplinæ promulgatione perstiteris, regnum tuum intuebimur. His ea videntur similia, quæ ad beatum Paulum a Domino dicta sunt. Etenim ille quoque laboribus fessus, et multis afflictus tentationibus, « Datus est, inquit, mihi stimulus carnis, angelus Satanæ, qui me colaphizet, ut non extollar. Propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet a me [p]. » Respondit ergo illi : « Sufficit, inquiens, tibi gratia mea ; nam virtus mea in infirmitate perficitur [q]. » Id etiam hoc loco dicunt sponsi ministri : « Revertere, revertere, Sulamitis ; revertere, revertere, et intuebimur in te. » Ad hos dicit sponsus :

B

C

ιβ'. *Ἐπίστρεψε, ἐπίστρεψε, ἡ Σουλαμῖτις· ἐπίστρεψε [8], ἐπίστρεψε· καὶ ὀψόμεθα ἐν σοί.* Σαφέστερον αὐτὰ ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν· « Ἐπίστρεψε γάρ, φησίν, ἐπίστρεφε εἰρηνεύουσα. » Ὥσπερ Σολομῶντα τὸν εἰρηνικὸν ἡμῶν Κύριον ὀνομάζει τὸ σύγγραμμα, οὕτω καὶ τὴν νύμφην αὐτοῦ εἰρηνεύουσαν, ὡς τῆς παρ' αὐτοῦ τυχοῦσαν εἰρήνης, καὶ τοῦ προτέρου ἀπαλλαγεῖσαν πολέμου. Ὁρῶντες τοίνυν αὐτὴν οἱ τοῦ νυμφίου διάκονοι ὑπὸ τῶν ἁρμάτων ἐκείνων ἐλαυνομένην καὶ πολεμουμένην, παραθαρρύνοντες, φασίν· « Ἐπίστρεφε εἰρηνεύουσα, ἐπίστρεφε, ἐπίστρεφε, καὶ ὀψόμεθα ἐν σοί· » ἀντὶ τοῦ, μὴ φοβηθῇς τοὺς διώκοντας, ἀλλ' ἔχου τῆς διδασκαλίας· πρόφερε τῆς διδασκαλίας [9] τὸ κήρυγμα· μὴ δείσῃς τὰ ἅρματα, μὴ φοβηθῇς πόλεμον, εἰρηνεύουσα καλουμένη. Ἐὰν γὰρ ἐπιμείνῃς κηρύττουσα, ὀψόμεθά σου τὴν βασιλείαν. Τούτοις ἔοικε τὰ ὑπὸ τοῦ Κυρίου πρὸς τὸν μακάριον Παῦλον ῥηθέντα· καμὼν γὰρ κἀκεῖνος, καὶ τοὺς πολλοὺς πειρασμοὺς δυσχεράνας, φησίν· « Ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος Σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι· καὶ ὑπὲρ τούτου τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσα, ἵνα ἀποστῇ ἀπ' ἐμοῦ. » Ἀποκρίνεται τοίνυν αὐτῷ λέγων· « Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. » Καὶ τοῦτο ἐνταῦθά φασιν οἱ τοῦ νυμφίου διάκονοι· « Ἐπίστρεφε, ἐπίστρεφε, ἡ Σουλαμῖτις, ἐπίστρεφε, ἐπίστρεφε, καὶ ὀψόμεθα ἐν [10] σοί. » Πρὸς οὓς ὁ νυμφίος φησίν·

D

CAPUT VII.

VERS. 1. *Quid intuebimini in Sulamitide, quæ venit sicut chori castrorum ?* Quid, inquit, in pacifica speratis intueri ? Ne putetis, vos exilia, atque inchoata et imperfecta quædam bona esse conspecturos. Ecce enim « venit sicut castrorum chori. » Quæ quidem verba videntur inter se quodammodo pugnare ; neque enim castris conveniunt chori : hi enim festivi sunt, illa bellicis rebus conveniunt. Festivitas autem bello contraria. **139** At hæc sponsa, multis e sanctis conflata, tum propter fortitudinem atque excelsum animi robur armaque militaria castris est similis, tum etiam chorus exsistit divinas laudes in ore gerens. Quod quidem beatus ostendit David, « Vox, inquiens, exsultationis et salutis in tabernaculis

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

α'. Τί ὄψεσθε ἐν τῇ Σουλαμίτιδι, ἡ ἐρχομένη [11] ὡς χοροὶ τῶν παρεμβολῶν ; Τί γάρ, φησὶ προσδοκᾶτε ἰδεῖν ἐν τῇ εἰρηνευούσῃ ; Μὴ ἐλπίσητε εὐτελῆ τινα καὶ μερικὰ θεάσασθαι ἀγαθά· ἰδοὺ γὰρ « ἔρχεται ὡς χοροὶ τῶν παρεμβολῶν. » Καὶ δοκεῖ πως ἐναντία εἶναι ἀλλήλοις τὰ ὀνόματα· οὔτε γὰρ συμβαίνουσιν οἱ χοροὶ ταῖς παρεμβολαῖς· οἱ μὲν γάρ εἰσι πανηγυρικοὶ, αἱ δὲ στρατιωτικαί. Ἐναντίον δὲ πολέμῳ πανήγυρις. Ἀλλ' αὕτη ἡ νύμφη, ἡ ἐκ πολλῶν ἁγίων συγκεκροτημένη, καὶ παρεμβολαῖς ἔοικε διὰ τὸ ἀνδρεῖον αὐτῆς καὶ γενναῖον φρόνημα καὶ τὴν στρατιωτικὴν πανοπλίαν· καὶ χορός ἐστι τὴν θείαν ὑμνῳδίαν ἐν τῷ στόματι φέρων. Καὶ τοῦτο μὲν ὁ μακάριος Δαβὶδ δηλοῖ λέγων· « Φωνὴ ἀγαλλιάσεως καὶ σωτηρίας ἐν σκηναῖς δικαίων. » Καὶ πάλιν· « Συστή-

[p] II Cor. xi, 23 26. [q] II Cor. xii, 7, 8. [q] Ibid. 9.

VARIÆ LECTIONES.

[5] ὀδοιπ. πολλάκις. Omissa erant in edit. priori. [6] ἐξ—ἐρημίᾳ, κινδύνοις. Des. in cod. [7] ἑξῆς. In cod. sequitur expositio trium Patrum. [8] ἐπίστρεφε — σοί. Hæc initium cap. VII faciunt in textu Hebr. [9] διδασκ. Cod. εὐσεβείας. [10] ἐν. Abest a cod. [11] ἡ ἐρχομένη. Abest a textu Hebr.

Digitized by Google

σιεσθε [12] ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν, ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου. » Τὰς δὲ παρεμβολὰς ὁ [13] μακάριος Παῦλος ὑποδείκνυσι φάσκων· « Τὰ γὰρ ὅπλα ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων· λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ. » Καὶ πάλιν· « Ἀναλάβετε, φησὶ, τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ, καὶ πάντα κατεργασάμενοι στῆναι. » Χορηγεῖ δὲ τοῖς στρατιώταις, οἷόν τις στρατηγὸς, καὶ τὰ ὅπλα, καί φησι· « Στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, καὶ ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ὑμῶν ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης· καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, ἐν ᾧ δυνήσεσθε πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι· καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου δέξασθε, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ Πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ. » Ὅτι δὲ οὐ μόνον παρεμβολαῖς ἐοίκασιν οἱ ἅγιοι, ἀλλὰ καὶ χοροῖς, ἀκούσωμεν τοῦ Κυρίου λέγοντος· « Τότε ὁμοιωθήσεται ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν δέκα παρθένοις, αἵτινες, λαβοῦσαι τὰς λαμπάδας αὐτῶν, ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν τοῦ νυμφίου. » Εἰκότως τοίνυν ὁ νυμφίος φησὶν, ὅτι « Τί ὄψεσθε ἐν τῇ Σουλαμίτιδι, ἢ ἐρχομένῃ ὡς χοροὶ τῶν παρεμβολῶν; » Καὶ οὐκ εἶπεν, αἱ παρεμβολαὶ τῶν χορῶν, ἀλλ', « οἱ χοροὶ τῶν παρεμβολῶν. » Ὑπὸ [14] γὰρ τῶν παρεμβολῶν γίνονται χοροὶ, καὶ νικῶντες ἐν ταῖς παρεμβολαῖς οἱ τῆς ἀρετῆς ἀθληταὶ παιανίζοντες ἐπανέρχονται, καὶ χορεύοντες τὸν ἐπινίκιον ὕμνον ᾄδουσιν [15]. Ταῦτα πρὸς τοὺς διακόνους εἰρηκὼς ὁ νυμφίος, πρὸς τὴν νύμφην τρέπει τὸν λόγον, καί φησι· « Τί ὡραιώθησαν διαβήματά σου ἐν ὑποδήμασι, θύγατερ Ναδάβ [16]! » Ὁ μὲν Ἀκύλας « ἄρχοντος » εἶπεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, « ἡγεμόνος. » Τίς δ' ἂν εἴη ἕτερος οὗτος ὁ ἡγεμὼν, ἢ ὁ ἄρχων, ἢ ὁ παράκλητος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Ὃς καὶ ἐν τῷ μδ' ψαλμῷ φησι πρὸς αὐτήν· « Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ [17] Κύριός σου. » Ὅτι δὲ καὶ τὴν τοῦ ἡγεμόνος ἔχει προσηγορίαν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὁ μακάριος διδάσκει Δαβὶδ λέγων· « Ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου, καὶ Πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με. » Ἐπαινεῖ τοίνυν ὁ νυμφίος πρῶτον τῆς νύμφης τὰ διαβήματα εὐθέα ὄντα, καὶ τὴν βασιλικὴν ὁδὸν ὁδεύοντα, καὶ καλῶς ἐν [18] τοῖς ὑποδήμασι λάμποντα. Τίνα δὲ τὰ ὑποδήματα, ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ μακάριος Παῦλος λέγων· « Ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης. » Τούτων δὲ τῶν ποδῶν τὸ κάλλος καὶ ὁ

A justorum [r]. » Et rursus : « Constituite diem solemnem in condensis usque ad cornua altaris [s]. » Castra vero declarat beatus Paulus, « Arma, inquiens, nostra non carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum : consilia destruentes, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi [t]. » Et alibi : « Accipite, inquit, armaturam Dei, ut possitis resistere die malo, et omnibus perfectis stare [u]. » Ac veluti imperator quidam arma quoque militibus subministrat, « State ergo, inquiens, succincti in lumbis vestris veritate, et induti loricam justitiæ, et calceati pedibus vestris præparatione Evangelii pacis, et in omnibus sumentes scutum fidei, quo B possitis omnia tela ignea nequissimi exstinguere, et galeam salutis sumite, et gladium Spiritus, quod est verbum Dei [v]. » Quod autem non solum castris, sed etiam choris sancti similes sint, audiamus Dominum id explicantem : « Tunc, inquit, simile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampadas suas obviam iverunt sponso [x]. » Jure igitur sponsus ait : « Quid videbitis in **140** Sulamitide, quæ venit sicut chori castrorum ? » Neque vero dixit, castra chororum, sed « chori castrorum. » Ex castris enim fiunt chori. Cum enim in castris vicerint virtutis milites, pæana canentes revertuntur, et choros ducentes victoriæ præconium laudibus celebrant. Hæc C cum ad ministros dixisset sponsus, orationem ad sponsam convertit, et ait : « Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Nadab ! » Aquila vertit, « principis; » Symmachus, « ducis. » Quis autem alius hic sive dux sive princeps esse possit, nisi sanctus ille Spiritus consolator? Qui in XLIV item psalmo ad ipsam, « Audi, inquit, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populi tui et domus patris tui : et concupiscet rex decorem tuum, quia ipse est Dominus tuus [y]. » Quod autem dux etiam appelletur Spiritus sanctus, beatus docet David, « Redde, inquiens, mihi lætitiam salutaris tui, et Spiritu principali confirma me [z]. » Sponsus igitur primo sponsæ laudat incessum, qui rectus sit, et viam regiam teneat, D atque in calceamentis pulchre eluceat. Quæ porro sint hæc calceamenta, beatus Paulus ostendit, dicens : « Calceati pedibus præparatione Evangelii pacis [a]. » Pedum vero istorum decorem prospiciens Isaias propheta, « Quam pretiosi, inquit, sunt pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona [a']. » **141** Hujusmodi verbis usus est etiam sponsus in hoc libro : « Quam pulchri sunt

[r] Psal. CXVII, 15. [s] Ibid. 27. [t] II Cor. X, 4. [u] Ephes. VI, 13. [v] Ibid. 14-16. [x] Matth. XXV, 1. [y] Psal. XLIV, 11, 12. [z] Psal. L, 14. [a] Ephes. VI, 15 [a'] Isa. LII, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[12] Cod. συστήσασθαι. [13] ὁ — ὅπλα. Des. in cod. [14] Cod. ἀπό. [15] ᾄδουσιν. In cod. sequitur expositio Patrum. [16] Ναδάβ. *Hebr.* Principis. [17] αὐτός ἐστιν ὁ. Cod. οὗτός ἐστι. [18] ἐν. Abest a cod.

Digitized by Google

gressus tui, filia Nadab ! » Verum, ut non modo ex nominis interpretatione, sed etiam ex ipso nomine contemplationis alicujus nascatur occasio, age, quis Nadab sit investigemus. Fuit Aaronis filius [b], qui, cum ignem alienum in Dei tabernaculum intulisset, vitæ finem accepit. Invenimus igitur et Domini sponsam Ecclesiam divinum in tabernaculum non ignem legalem, sed novum, quem ab ipso sponso susceperat, intulisse. « Ignem enim, inquit, veni mittere in mundum; et quid volo, si jam accensus est [c] ? » Ignem hunc novum ex Novo Testamento in Dei tabernaculum intulit sponsa, clamans et dicens : « Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova [d]. » Merito igitur vocat eam « filiam Nadab, » quæ igne novo sacrificium hominum obtulerit. Licet enim diverso consilio ignem hic et illa commutarint, una tamen et eadem res ab utroque facta est. Hæc autem a nobis in præsentia dicta sunt, ne sine disquisitione ipsum nomen hoc præteriretur. Rursus ergo sponsus omnia sponsæ membra percurrit, et propriam singulis tribuit commendationem, ac dicit :

A προφήτης Ἡσαΐας προορῶν ἔλεγεν· « Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην [19], τῶν εὐαγγελιζομένων ἀγαθά! » Τοῖς αὐτοῖς ῥήμασι καὶ ὁ νυμφίος ἐν τῷδε τῷ συγγράμματι κεχρημένος φησί· « Τί ὡραιώθησαν διαβήματά σου, θύγατερ Ναδάβ! » Ἵνα δὲ μὴ μόνον ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας τοῦ ὀνόματος, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος λάβωμέν τινα θεωρίαν, φέρε ζητήσωμεν τίς ὁ Ναδάβ. Υἱὸς Ἀαρὼν ἐγένετο· πῦρ δὲ ἀλλότριον εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ σκηνὴν εἰσενεγκὼν, τὸ τέλος τοῦ βίου ἐδέξατο. Εὑρίσκομεν τοίνυν καὶ τοῦ Κυρίου τὴν νύμφην, τὴν Ἐκκλησίαν φημὶ, οὐ τὸ νομικὸν πῦρ, ἀλλὰ τὸ καινὸν [20] εἰς τὴν θείαν εἰσενεγκοῦσαν σκηνήν. Ἔλαβε δὲ τοῦτο τὸ πῦρ παρ' αὐτοῦ τοῦ νυμφίου. « Πῦρ γὰρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὸν κόσμον· καὶ τί θέλω [21], εἰ ἤδη ἀνήφθη; » Τοῦτο B τὸ καινὸν πῦρ διὰ τῆς Καινῆς Διαθήκης εἰς τὴν θείαν εἰσενεγκοῦσα σκηνὴν, βοᾷ καὶ λέγει· « Τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. » Εἰκότως τοίνυν « θυγατέρα Ναδὰβ » αὐτὴν προσαγορεύει, ἅτε δὴ τῷ καινῷ πυρὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων θυσίαν ὁλοκαυτώσασαν. Εἰ γὰρ καὶ κατὰ τὸ φρόνημα τῆς τοῦ πυρὸς ἐναλλαγῆς διαφέρουσιν, ἀλλὰ ἓν ὑπ' [22] ἐκείνου καὶ ταύτης τὸ πρᾶγμα γεγένηται. Ταῦτα δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος εἰρήκαμεν, ἵνα μηδὲ τὴν προσηγορίαν καταλίπωμεν ἀθεώρητον. Πάλιν τοίνυν ὁ νυμφίος κατὰ μέρος αὐτῆς τὰ μέλη διέξεισι, καὶ ἑκάστῳ τὴν πρόσφορον εὐφημίαν προσφέρει, καί φησι·

Concinnitates femorum tuorum similes sunt monilibus, quæ facta sunt manu artificis. (VERS. 2-5.) *Umbilicus tuus crater tornatilis, non indigens misto. Venter tuus acervus tritici vallatus liliis. Duo ubera tua sicut duo hinnuli gemelli capreæ. Collum tuum sicut* **142** *turris eburnea. Oculi tui sicut stagna in Essebon, in portis filiæ multorum. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit faciem Damasci. Caput tuum ut Carmelus super te. Et coma capitis tui sicut purpura, rex ligatus in transcursibus.* Antea sponsus a superioribus sponsæ partibus incipiens laudavit eam. Nunc ab incessu et calceamentis initium sumens, ad capitis comam usque singula percurrit. Ac post calceamenta atque incessum, admiratur non femora, sed aptas et concinnas femorum juncturas, quas monilibus similes dicit esse ab artifice fabrefactis. Quemadmodum enim, inquit, illa ex auro confecta et lapillis apte inclusis distincta sunt, adeo ut spectantes non solum pretiosam auri lapillorumque materiam, verum etiam aurificis artificium admirentur : ita singulæ virtutum practicarum particulæ numero et concentu inter se implicitæ atque conjunctæ sunt. Allegorice enim femora appellat virtutes practicas, quoniam illis iter facientes, agimus ea quæ volumus. Sponsam ergo commendans

'Ρυθμοὶ [23] μηρῶν σου ὅμοιοι ἁρμίσκοις ἔργῳ χειρῶν τεχνίτου. (β', ε'.) 'Ομφαλός σου κρατὴρ [24] τορευτὸς, μὴ ὑστερούμενος κράμα· κοιλία σου θημωνία σίτου πεφραγμένη ἐν κρίνοις. Δύο μαστοί σου ὡς δύο νεβροὶ δίδυμοι δορκάδος. Τράχηλός σου ὡς πύργος ἐλεφάντινος· οἱ ὀφθαλμοί σου ὡς λίμναι ἐν Ἐσσεβὼν [25], ἐν πύλαις θυγατρὸς πολλῶν. Μυκτήρ σου ὡς πύργος τοῦ Λιβάνου, σκοπεύων πρόσωπον Δαμασκοῦ. Κεφαλή σου ὡς Κάρμηλος ἐπὶ σέ· καὶ πλόκιον κεφαλῆς σου ὡς πορφύρα, βασιλεὺς δεδεμένος ἐν παραδρομαῖς [26]. Πρότερον μὲν οὖν ὁ νυμφίος ἀπὸ [27] τῶν ἄνωθεν τῆς νύμφης ἀρξάμενος ἐπῄνεσεν αὐτήν· ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος, ἀπὸ τῶν διαβημάτων καὶ τῶν ὑποδημάτων τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος, ἄχρι τοῦ πλοκίου τῆς κεφαλῆς ἀνελήλυθε. Καὶ θαυμάζει, μετὰ τὰ ὑποδήματα καὶ τὰ διαβήματα, οὐ τοὺς μηροὺς, ἀλλὰ τοὺς ῥυθμοὺς τῶν μηρῶν, καὶ λέγει αὐτοὺς ἐοικέναι ἁρμίσκοις ὑπὸ τεχνίτου κατεσκευασμένοις· Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι, φησὶ, D μετὰ πάσης ἁρμονίας ἔχουσι τοὺς λίθους τῷ χρυσῷ ἐμπεπηγότας, ὥστε τοὺς ὁρῶντας μὴ μόνον τὰς ὕλας τοῦ χρυσοῦ καὶ τῶν λίθων, ἀλλὰ καὶ τὴν τέχνην τοῦ χρυσοχόου θαυμάζειν· οὕτως ἕκαστον τῶν τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς [28] μορίων ῥυθμῷ καὶ ἁρμονίᾳ κεκόσμηται. Τοὺς γὰρ μηροὺς τροπικῶς τὴν πρακτικὴν ὠνόμασεν ἀρετὴν, ἐπειδὴ διὰ τούτων τὴν πορείαν ποιούμενοι δρῶ-

[b] I Paral. XXIV, 1. [c] Luc. XII, 49. [d] II Cor. V, 17.

VARIÆ LECTIONES.

[19] εἰρ. τῶν Εὐαγγ. Des. in cod. Infra l. c. leg. ἀκοὴν εἰρήνης. [20] ἀλλὰ τὸ καινόν. Des. in cod. [21] τί θέλω. Cod. ἤθελον. [22] Cod. ἐπ'. [23] ῥυθμοί. *Hebr.* ambitus, s. circuitus. [24] κρατὴρ — κράμα. *Hebr.* crater rotundus, cui non deest potus mistus. [25] ἐν Ἐσσεβών. *Hebr.* in Hesbon. Rec. lectio est Ἐσεβών. [26] δεδεμένος ἐν παραδρ. *Hebr.* rex ligatus (s. cinctus sc. purpura) ad canales sc. ambulat. [27] ἀπὸ — αὐτήν. Cod. ἄνωθεν ἀπὸ τῆς νύμφης ἐπῄνεσεν. [28] ἀρετῆς. Cod. add. σου.

Digitized by Google

μενα βουλόμεθα. Θαυμάζει τοίνυν ὁ νυμφίος τὴν νύμφην, ἀπὸ τῆς πρακτικῆς ἀρξάμενος, καὶ ἄνεισιν ἐπὶ τὴν θεωρίαν, ἐν ἀρχῇ τοὐναντίον ποιήσας· ἀπὸ γὰρ τῆς θεωρίας ἀρξάμενος, ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ἐλήλυθεν. « Ὀφθαλμοί σου γάρ, ἔφη, περιστεραί, » τὸ πνευματικὸν τοῦ ὀπτικοῦ τῆς ψυχῆς διὰ τούτου σημαίνων. Ἐνταῦθα δὲ τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν πρώτην θαυμάζει, καὶ μάλα εἰκότως· πρότερον γὰρ φωτιζόμενοι, καὶ τοὺς μεμυκότας τῆς ψυχῆς ἀνοίγοντες ὀφθαλμούς, καὶ τὸ θεῖον φῶς εἰσδεχόμενοι, τῇ πίστει βεβαιούμεθα· εἶθ'[39] οὕτως ἐπὶ τὴν πρακτικὴν ὁδεύομεν ἀρετήν. Διὰ τοῦτο πρῶτον[30] ἐγκώμιον ὁ νυμφίος ὑφαίνων, ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἦρξατο, τῶν πρώτων τὴν θεραπείαν δεξαμένων. Νῦν δὲ ἐπειδὴ τέλειον τῆς νύμφης τὸ κάλλος ἐγένετο, κάτωθεν ἀπὸ τῆς πρακτικῆς[31] ἀρχόμενος ἀρετῆς, ἐπὶ τὴν θεωρίαν ἄνεισι, τῆς νύμφης τὴν εὐμορφίαν ἐγκωμιάζων. Καὶ πρῶτον μὲν ἐπαινεῖ τὰ διαβήματα καὶ τὰ ὑποδήματα, εἶτα τῶν μηρῶν τοὺς ῥυθμούς, τουτέστιν ἕκαστον[32] τῶν γινομένων· μετὰ δὲ τοὺς μηροὺς τὸν ὀμφαλόν· « Ὀμφαλός σου γάρ, φησὶ, κρατὴρ τορευτὸς μὴ ὑστερούμενος κράμα. » Παραθῶμεν δὲ, εἰ δοκεῖ, τὰ περὶ τοῦ ὀμφαλοῦ τῆς Ἰουδαίας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων εἰρημένα διὰ Ἰεζεκιὴλ τοῦ προφήτου. Τὴν γὰρ ἀκολασίαν αὐτῆς θριαμβεύων, καὶ τὴν πολλὴν αὐτῆς δημοσιεύων ἀσέβειαν, ὡς καὶ ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ διεξελήλυθαμεν, τῷ προφήτῃ φησί· « Διαμάρτυραι τῇ Ἰερουσαλὴμ τὰς ἀνομίας αὐτῆς, καὶ ἐρεῖς· Τάδε λέγει Κύριος τῇ Ἰερουσαλήμ· Ἡ ῥίζα σου καὶ ἡ γένεσίς σου ἐκ γῆς Χαναὰν, ὁ πατήρ σου Ἀμορῥαῖος, καὶ ἡ μήτηρ σου Χετταία. Καὶ ἡ γένεσίς σου ἐν ᾗ ἡμέρᾳ ἐτέχθης, οὐκ ἐτμήθη ὁ ὀμφαλός σου. » Ἐκείνῃ μὲν οὖν φησιν, « Οὐκ ἐτμήθη ὁ ὀμφαλός σου· » ταύτῃ δὲ, « Ὀμφαλός σου κρατὴρ τορευτὸς οὐχ ὑστερούμενος κράμα. » Ἡ μὲν γὰρ ἐξ Αἰγύπτου τεχθεῖσα οὐκ ἔτεμεν αὐτῆς τὸν ὀμφαλὸν, ἀλλ' ὥσπερ διά τινος ῥίζης εἶλκεν ἐξ Αἰγύπτου τὴν πονηρίαν τῆς δυσσεβοῦς διδασκαλίας. Αὕτη δὲ οὐχ ἁπλῶς τὸν ὀμφαλὸν αὐτῆς ἔτεμεν, ἀλλ' οὕτως ἐβάθυνε τὴν τομὴν, ὥστε πᾶσαν τῆς εἰδωλολατρείας ἀνασπᾶσαι τὴν ῥίζαν, ὡς κρατῆρι τορευτῷ παραβάλλεσθαι, καὶ τὸ κράμα τῆς εὐφροσύνης διηνεκῶς ἔχειν, καὶ μηδέποτε ἐλλείπειν αὐτῇ τὴν ἐκ τῆς εὐσεβείας ἐγγινομένην αὐτῇ θυμηδίαν. Ἀλλὰ καὶ « Ἡ κοιλία σου θημωνία σίτου, περφραγμένη ἐν κρίνοις. » Τουτέστι, μεστὰ τὰ ταμιεῖά σου τῆς ψυχῆς τῶν κεκρυμμένων μυστηρίων, ὧν ἡ εὐοσμία μόνη τοῖς ἀτελέσιν ἔτι καὶ νηπίοις γνώριμος. « Κρίνοις γὰρ, φησὶ, περιπέφρακται, » ἵνα διὰ μὲν τοῦ περιφράγματος τὸ κεκρυμμένον νοήσωμεν, διὰ δὲ τῶν κρίνων, τὴν ἐκεῖθεν πανταχοῦ διαῤῥέουσαν εὐοσμίαν. « Καὶ οἱ μαστοί σου δὲ οἱ δύο νεβροῖς διδύμοις δορκάδος ἐοίκασιν. » Οἱ γὰρ τῆς διδασκαλίας σου κρουνοὶ, τὰ καινὰ προφέροντες νάματα, ὀξυδορκίαν διδάσκουσι, καὶ τὴν πνευματικὴν θεωρίαν· ἡ γὰρ

sponsus, ab illis incipiens virtutibus, quæ in actione consistunt, ad eas progreditur, quæ pertinent ad contemplationem: cum initio contrarium fecisset, ubi a contemplatione principium sumens ad actionem progressus est. Dicebat enim, « Oculi tui columbæ, » spiritualem animæ speculationem significans. Hic autem practicam prius virtutem admiratur, idque quidem merito; primo enim illuminati, et clausos mentis **143** oculos aperientes, divinamque admittentes lucem, fide confirmamur: deinde ad agendum ex virtute progredimur. Idcirco sponsus, primam laudationem contexens, ab oculis exorsus est, quoniam ipsi primi curationem admittunt. Nunc autem, quoniam perfecta est sponsæ pulchritudo, ab inferioribus partibus exorditur, et sponsæ formam laudibus extollens eas primum virtutes enumerat, quæ in actione consistunt, tum ad eas accedit, quæ sitæ sunt in contemplatione. Gressus enim primum extollit, et calceamenta, mox femorum concinnitatem, hoc est, unumquodque eorum quæ fiunt; et post femora, umbilicum. « Umbilicus, inquit, tuus crater tornatilis, non indigens misto. » Afferamus ea, si videtur, quæ de umbilico Judææ ab universorum Deo per Ezechielem prophetam dicta sunt. Impudicitiam enim illius redargu ns, et magnam impietatem accusans, ut in primo libro persecuti sumus: « Testificare, inquit ad prophetam, Hierosolymæ iniquitates suas. Et dices: Hæc dicit Dominus Hierosolymæ: Radix tua, et generatio t a de terra Chanaan, pater tuus Amorrhæus, et mater tua Chettæa. Et quando nata es, die ortus tui, non est præcisus umbilicus tuus [e]. » Ad illam igitur ait, « Non est præcisus umbili us tuu : » ad hanc autem, « Umbilicus tuus c ter tornatilis, non indigens misto. » Illa enim ex Ægypto oriunda non præcidit umbilicum suum, sed veluti per radicem quamdam ex Ægypto impiæ doctrinæ traxit improbitatem. Hæc autem non simpliciter modo præcidit umbilicum suum, sed ita penitus amputavit, ut omnem idololatriæ **144** radicem evelleret, et crateri tornatili similis videretur, lætitiæ potum semper haberet, nec gaudio, quod ex pietate proficiscitur, unquam destitueretur. Sed et « Venter tuus acervus tritici vallatus liliis. » Il est, animæ tuæ penu arcanis plenum mysteriis, quorum odor solus imperfectis adhuc et infantibus notus est. « Liliis enim, inquit, circumvallatus est, » ut per vallum ea quæ recondita sunt, per lilia autem undique ex eo fluentem fragrantiam intelligamus. « Et duo ubera tua sunt sicut duo hinnuli gemelli capreæ. » Nam doctrinæ tuæ fontes, novos latices effundentes, mentis acumen et spiritualem contemplationem docent. Caprea enim

[e] Ezech. xvi, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[39] εἶθ'. Cod. præm. καί. [30] πρῶτον. Cod. præm. τὸ μέν. [31] πρακτ. Cod. ἠθικῆς. [32] Cod. ἑκάστου.

Digitized by Google

ex videndi acumine dorcadis cognomen habet, et hinnulus novum significat. « Collum autem tuum sicut turris eburnea. » Remotum enim est a nigredine, et jugum meum suscipiens factum est candidum; et tum hostibus, ut turris, est formidandum, tum amicis amabile propter nitorem. « Oculi vero tui sicut stagna in Essebon, in portis filiæ multorum. » Hoc verteus Aquila pro « Essebon » posuit « cogitationem. » Docet igitur sponsus, animarum* piarum oculos esse stagna, quæ divina fluenta suscipiunt, et exundant perpetuo: quippe quæ multis e portis, id est, per ora multa, (per translationem enim portas ora nominavit,) copiam aquarum admittunt. Siquidem a magno Mose, et a Josua filio Nave, et a Samuele propheta, et a Davide, eodem tum propheta, tum rege, et ab Isaia, et Jeremia, et Daniele, et Ezechiele, **145** et a duodecim prophetis, et ex divinis Evangeliis, et sacrosanctis apostolis, et a doctoribus qui post illos fuerunt, latices utilitatis excipiunt. Ideo sponsus ait: « Oculi tui sicut stagna in Essebon, in portis filiæ multorum. » Contemplationes enim animæ tuæ, et piarum cogitationum copia, similes videntur stagnis aquas undique suscipientibus, quandoquidem per ora multa doctrinæ latices excipis. « Et nasus tuus est sicut turris Libani, quæ respicit faciem Damasci. » Nam Judææ nasus, propter inobedientiam et audaciam effrenatam, circulum tanquam frenum accepit, ut taurus cornu petens, legis minas. Nam ut vacca œstro percita, insanivit Israel [f]. At sponsæ « nasus est, inquit, sicut turris Libani, quæ respicit faciem Damasci. » Celsus enim est ac sublimis, et cœlestem suscipit odoris suavitatem, sponsique unguento inhærens, clamat: « Post te in odorem unguentorum tuorum curremus [g]. » Idcirco comparata est turri, quæ in Libano sita est, et respicit Damasci faciem. Nam quia diabolus, ut asserit beatus Paulus [h], in angelum lucis transfiguratur, et unguenti quoque spiritualis speciem sumit, convenienter sponsæ nasus erectus ac vigilans respicit faciem Damasci, ne decepta verum omittens unguentum, fallax et adulterinum sequatur. Damascum autem pro gentilibus, atque impietate, **146** quæ eo tempore vigebat, frequenter ponit divina Scriptura; ut cum beatus Isaias ea quæ ad Domini ortum pertinent prænuntiaret, atque ex Spiritus sancti persona dixisset: « Accessi ad prophetissam, » id est ad virginem, « et concepit et peperit filium [i]: » subjicit dicens: « Et dixit Dominus ad me: Voca nomen ejus, Celeriter spolia detrahe, velociter prædare. Quia antequam sciat puer vocare patrem aut matrem, auferet fortitudinem Damasci, et spolia Sa-

cium, sicut nivem dealbabo. Ne terreantur ob reprehensiones quas audierunt, bonorum denuntiat largitionem. Cum vos, inquit, adduxero in judicium, admissorum pœnas non exigam : sed pœnitentiam cernens, faciam **179** quod tinctores solent, et sanctissimi baptismi lavacro colorem sanguinis immutabo : neque permittam ut patratæ cædis notam perpetuo sustineatis. Admiranda enim est ars mea. Nam cum tinctores roseum, et croceum, et violaceum, et purpureum colorem inducant, ego id quod rubrum est niveum reddam.

VERS. 19, 20. *Et si volueritis et audieritis me, bona terræ comedetis. Si autem nolueritis, neque audieritis me, gladius devorabit vos.* Præsentium bonorum copiam illis, tanquam ad ista inhiantibus, hic daturum se promittit : non obedientibus autem minas intentat. Docensque propheta non sua esse hæc verba, sed Dei universorum, subjecit : « Os enim Domini locutum est hæc ; » dignum fide sermonem reddens ex potentia ejus qui effatus est.

VERS. 21. *Quomodo facta est meretrix civitas fidelis, Sion plena judicii ?* Postquam eos vidit contradicentes, et non obtemperantes, lavarique renuentes, deplorat et luget mutationem in pejus. Fidelis enim erat, quando David rex, et Josaphat, et Ezechias, et Josias religiose illam gubernabant : meretrix autem facta est, et pro justis homicidas cives habuit, quando advenientem sponsum non suscepit, sed truculenter illum occidens sanguine cruentata est.

VERS. 22. *Argentum vestrum non probum : cauponesi tui miscent vinum* **180** *aqua.* Neque cauponum, neque argentariorum accusationem instituit, sed sacerdotum atque doctorum, qui legem Dei adulterant, et propria immiscent dogmata. Hac enim accusatione illos etiam Dominus in sacris Evangeliis perstrinxit : « Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram [y] ? » Quemadmodum enim qui auro vel argento alteram materiam admiscet, adulterinum id facit ac reprobum, aut qui vinum aqua diluit, ejus violat qualitatem : sic Judæorum magistri divinam legem corruperunt, dum suas illi cogitationes implicant fabulosasque traditiones adjungunt.

VERS. 23. *Principes tui sunt inobedientes, participes furum, diligentes munera.* Necessaria pariter istorum fuit reprehensio. Nec enim sufficit fides ad salutem, sed practica virtute opus est. Quare

κοῦν [45], ὡς χιόνα λευκανῶ. Ὡς ἂν οὖν μὴ δείσαιεν τοὺς ἐλέγχους ἀκούσαντες, τῶν ἀγαθῶν ἀπαγγέλλεται χορηγίαν. Εἰσάγων ὑμᾶς, φησὶν, εἰς δικαστήριον, οὐ δίκας εἰσπράξομαι τῶν τετολμημένων· ἀλλὰ τὴν μεταμέλειαν ὁρῶν, μιμήσομαι τοὺς δευσοποιοὺς, καὶ τῷ τοῦ παναγίου βαπτίσματος ὕδατι ἀμείψω τοῦ αἵματος τὴν χροιάν· καὶ οὐκ ἐάσω φέρειν ὑμᾶς ἔλεγχον τῆς μιαιφονίας διηνεκῆ. Παράδοξος γὰρ ἡ ἐμὴ ἐπιστήμη· τῶν γὰρ δευσοποιῶν ῥοδοειδῆ, καὶ κροκοειδῆ, καὶ ἰοειδῆ, καὶ ἁλουργὰ βαπτόντων, ἐγὼ τὸ ἐρυθρὸν χιονοειδὲς ἀπεργάσομαι.

ι΄, κ΄. *Καὶ ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε. Ἐὰν δὲ μὴ θέλητε* [46], *μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται.* Τῶν παρόντων οὖν ἀγαθῶν κάνταῦθα τὴν ἀπόλαυσιν ἐκείνοις, ὡς περὶ ταῦτα κεχηνόσιν, ἐπαγγέλλεται δώσειν· μὴ πειθομένοις δὲ ἀπειλεῖ. Διδάσκων δὲ ὁ προφήτης, ὡς οὐκ αὐτοῦ τὰ ῥήματα ταῦτα, ἀλλὰ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, ἐπήγαγε· « Τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα· » ἀξιόπιστον τὸν λόγον ποιῶν τῇ δυνάμει τοῦ ταῦτα ἀποφηναμένου.

κα΄. *Πῶς* [47] *ἐγένετο πόρνη πόλις πιστὴ, Σιὼν* [47] *πλήρης κρίσεως ;* Ἐπειδὴ εἶδεν ἀντιλέγοντας, καὶ μὴ πειθομένους, μηδὲ ἀνεχομένους λούσασθαι, ὀλοφύρεται καὶ θρηνεῖ τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολήν. Πιστὴ γὰρ ἦν, ἡνίκα Δαβὶδ αὐτὴν ὁ βασιλεὺς, καὶ Ἰωσαφὰτ, καὶ Ἐζεκίας, καὶ Ἰωσίας εὐσεβῶς ᾠκονόμουν· πόρνη δὲ ἐγένετο, καὶ [48] ἀντὶ δικαίων φονευτὰς ἔσχεν οἰκήτορας, ἡνίκα νυμφίον παραγενόμενον οὐκ ἐδέξατο, ἀλλὰ θηριωδῶς αὐτὸν ἀνελοῦσα ἐφοινίχθη τῷ αἵματι.

κβ΄. *Τὸ* [49] *ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον· οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι.* Οὐδὲ καπήλων, οὐδὲ ἀργυραμοιβῶν ποιεῖται κατηγορίαν, ἀλλ' ἱερέων καὶ διδασκάλων, τὸν θεῖον νοθευόντων νόμον, καὶ τὰ οἰκεῖα παραμιγνύντων δόγματα. Ταύτην γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος αὐτοῖς τὴν κατηγορίαν ἐπήγαγεν· « Ἵνατί παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν ; » Ὥσπερ γὰρ ὁ τῷ χρυσῷ ἢ τῷ ἀργύρῳ ἑτέραν ὕλην παραμιγνὺς κίβδηλον αὐτὸν ἐργάζεται καὶ ἀδόκιμον, καὶ ὁ τὸν οἶνον ὕδατι κεραννὺς λυμαίνεται ποιότητα· οὕτως οἱ τῶν Ἰουδαίων διδάσκαλοι τὸν θεῖον νόμον διέφθειραν, τοὺς οἰκείους αὐτῷ συντάξαντες λογισμοὺς, καὶ τὰς μυθώδεις δευτερώσεις συνάψαντες.

κγ΄. *Οἱ ἄρχοντές σου ἀπειθοῦσι· κοινωνοὶ κλεπτῶν, ἀγαπῶντες δῶρα* [50]. Ἀναγκαία καὶ ἡ τούτων κατηγορία· οὐκ ἀρκεῖ γὰρ ἡ πίστις εἰς σωτηρίαν, ἀλλὰ χρεία καὶ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς· τούτου δὴ

[y] Matth. xv, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[45] ὡς φοιν. *Hebr.* sicut dibaphum. [46] Ἐὰν δὲ μὴ, κ. τ. λ. Hæc in edit. priori perperam ad vers. 19 relata erant. [47] Πῶς, κ. τ. λ. Hæc cum ad vers. 21 apud LXX pertineant, emendandus fuit numerus 20. Sicque apparet non deesse h. l. versiculum 21, ut in edit. Sirm. videbatur. [47] Σιὼν πλ. κρ. Supra, p. 16, in Proœm. ad Cant. cant. ita leg. : Σιὼν, ἡ πλήρης κρίσεως. Ibid. reliqua hujus vers. ita se habent, ἐν ᾗ δικαιοσύνη ἐκοιμήθη ἐν αὐτῇ, νῦν δὲ φονευταί. [48] καὶ — τῷ αἵματι. Hæc referunt sese ad posteriorem partem vers. 21. [49] Τὸ — ὕδατι. *Hebr.* Argentum tuum abiit in scorias, potus tuus mistus est aqua. [50] δῶρα. Reliqua t. I, p. 1276, ita leg. διώκοντες ἀνταπόδομα, ὀρφανοῖς οὐ κρίνοντες καὶ κρίσει (rec. lectio est κρίσιν, non contemnenda autem est lectio κρίσει) χηρῶν οὐ προσέχοντες.

Digitized by Google

χάριν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, τῷ σωτηρίῳ κελεύσας βαπτίσματι προσελθεῖν, καὶ τἄλλα τῆς ἀρετῆς αὐτοῖς ὑπηγόρευσεν εἴδη.

κδ'. *Διὰ τοῦτο ταῦτα λέγει ὁ Δεσπότης Κύριος Σαβαώθ* [81]. Μετὰ τὴν κατηγορίαν ἐπιφέρει τῆς τιμωρίας τὰς ἀπειλάς· τὸ δὲ « Κύριος Σαβαὼθ » ὁ μὲν Σύμμαχος καὶ ὁ Θεοδοτίων « Κύριος τῶν δυνάμεων » ἡρμήνευσαν· ὁ δὲ Ἀκύλας « Κύριος στρατιῶν. » Συνᾴδει δὲ ἡ διάνοια· καὶ γὰρ τοὺς στρατιωτικοὺς καταλόγους δύναμιν ὀνομάζειν εἰώθαμεν· ὁ δὲ τῶν οὐρανῶν βασιλεὺς στρατιὰν ἀκαταγώνιστον ἔχει τὰς ἀοράτους δυνάμεις. Τὸν αὐτὸν δὲ καὶ « δυνάστην [82] τοῦ Ἰσραὴλ » ὀνομάζει· ὡς διὰ τῶν παραδόξων θαυμάτων, ἃ ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ πεποίηκε, τὴν οἰκείαν δείξαντα δύναμιν. « Ἐν τοῖς ὑπεναντίοις, καὶ κρίσιν ἐκτῶν ἐχθρῶν ποιήσω [83]. » Καὶ ὑπεναντίους μὲν αὐτοὺς καλεῖ, ὡς ἀντιτείναντας ἀεί· ἐχθροὺς δὲ, ὡς δυσμενεῖς ὄντας.

κε'. *Καὶ* [84] *μετὰ ταῦτα κληθήσῃ πόλις δικαιοσύνης, μητρόπολις πιστὴ Σιών* [85]. Οὐ μέγεθος αὐτῇ καὶ κάλλος οἰκοδομημάτων, καὶ οἰκητόρων πλῆθος ἐπαγγέλλεται· ἀλλὰ δικαιοσύνην καὶ πίστιν. Μήτηρ γάρ ἐστι τῶν πεπιστευκότων. Οὗ δὴ χάριν, καὶ πρὸς αὐτὴν συντρέχουσιν ἅπαντες, ἰδεῖν ποθοῦντες, οὐ περιβόλων μέγεθος, οὐδὲ πύργων ὕψος, οὐδὲ κιόνων καὶ λίθων μαρμαρυγὰς, ἀλλὰ τάφον δεσποτικὸν, καὶ σταυροῦ τύπον Δεσποτικοῦ, καὶ τὴν σμικρὰν ἐκείνην καὶ πολυθρύλλητον φάτνην.

κϛ'. *Μετὰ κρίματος σωθήσεται ἡ αἰχμαλωσία αὐτῆς, καὶ μετὰ ἐλεημοσύνης.* Ἀλλὰ καὶ ἐλέῳ κεράσας τὸ δίκαιον τοῖς μὲν τὸν σταυρὸν τετολμηκόσιν, εἶτα μεταμεληθεῖσι, συνέγνω· καὶ τὴν μεταμέλειαν δεξάμενος, παρέσχε τὴν σωτηρίαν· καὶ τοῖς τὰ δεινὰ ἐκεῖνα πεπονθόσι, καὶ αἰχμαλώτοις γενομένοις, οὐ συναπώλεσεν· ἐκείνους δὲ πανωλεθρίᾳ παρέδωκεν.

κη', κθ'. *Οἱ ἐγκαταλιπόντες τὸν Κύριον συντελεσθήσονται. Αἰσχυνθήσονται ἀπὸ* [86] *τῶν εἰδώλων αὐτῶν, ἃ αὐτοὶ ἠβούλοντο.* Ἐπειδὴ τοίνυν, ὡς ὑπὲρ τοῦ νόμου ζηλοῦντες οὐ παρεδέξαντο τὸν Σωτῆρα Κύριον παραγενόμενον, τῆς πολλῆς δυσσεβείας ἀναμιμνήσκει· ὅτι καὶ εἰδώλων τὴν πόλιν ἐνέπλησαν, καὶ ἄλση τοῖς εἰδώλοις ἐφύτευσαν, καὶ ἐν ἀγοραῖς, καὶ ἐν οἰκείαις, καὶ ἐπὶ τῶν δωμάτων, τοῖς δαίμοσι θυσίας προσέφερον. Καὶ ταῦτα δρῶντες οὐκ ἐλογίζοντο τὴν τοῦ νόμου παράβασιν. Ὅτε δὲ αὐτὸς ὁ νομοθέτης ἀφίκεται, τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν παρανομίαν ὑπέλαβον.

λ'. *Ἔσονται* [87] *γὰρ ὥσπερ τερέβινθος ἀποβεβληκυῖα τὰ φύλλα, καὶ ὡς παράδεισος ὕδωρ μὴ*

A in præcedentibus, postquam ad salutarem baptismum illos vocavit, alia etiam virtutis genera proposuit.

Vers. 24. *Propterea hæc dicit dominator Dominus Sabaoth.* Post reprehensionem infert minas supplicii. Illud vero, « Dominus Sabaoth, » Symmachus et Theodotio interpretati sunt, « Dominus dynamewn, » id est, *virtutum;* Aquila, « Dominus exercituum. » Concinit autem sententia. Nam et numeros militares appellare solemus δύναμιν, seu *virtutem* : cœlorum porro rex insuperabilem habet exercitum invisibilium virtutum. Eumdem quoque ipsum vocat « dynastam Israelis: » **181** quippe qui per inaudita miracula, quæ in Israelis gratiam patravit, propriam virtutem declaravit. B « Contra adversarios, et judicium de inimicis meis faciam. » Et adversarios illos nominat, ut semper repugnantes; et inimicos, ut infensos.

Vers. 26. *Et posthæc vocaberis civitas justitiæ, metropolis fidelis Sion.* Non magnitudinem et pulchritudinem ædificiorum, incolarumque frequentiam illi pollicetur, sed justitiam atque fidem. Mater enim est eorum qui crediderunt. Unde ad illam confluunt omnes, videre gestientes, non murorum amplitudinem, neque turrium sublimitatem, neque columnarum et lapidum fulgores: sed sepulcrum Dominicum, et formam crucis Dominicæ, et parvum illud, sed fama celeberrimum, C præsepe.

Vers. 27. *Cum judicio salvabitur captivitas ipsius, et cum misericordia.* Sed et justitiam temperans misericordia, iis qui crucis facinus ausi fuerant pœnitentia postea tactis ignovit, et pœnitentia susceptæ salutem indulsit, neque cum iis pessumdedit, qui gravia illa perpessi et in servitutem abducti sunt. Illos vero summo exitio multavit.

Vers. 28, 29. *Qui dereliquerunt Dominum consumentur. Confundentur ab idolis suis, quæ ipsi volebant.* Quia tanquam legis æmulatores Salvatorem Dominum venientem non receperunt, multiplicem illorum impietatem commemorat, quod et civitatem idolis repleverint, et **182** lucos idolis D plantaverint, atque in foris, in domibus, et in tectis, sacrificia dæmonibus obtulerint: quodque hæc agentes de legis transgressione non cogitaverint. Ubi autem legislator ipse venit, fidem in ipsum legis prævaricationem esse arbitrati sunt.

Vers. 30. *Erunt enim quasi terebinthus quæ abjecit folia, et velut hortus non habens aquam.* Vasti-

VARIÆ LECTIONES.

[81] ὁ — Σαβαώθ. Ita quoque leg. cod. Aug. ad exemplum cod. Alex. [82] δυν. τ. Ἰσρ. Recte omnino juxta Hebr. Apud LXX, καὶ οἱ ἰσχύοντες Ἰσραήλ. Minus bene, ut jam monuit Hier. ad h. l. [83] Editio Sirm. habebat ποιήσει. [84] Καὶ, κ. τ. λ. Quæ præcedunt in hoc vers. infra ad locum Rom. XIII, 1, ita leg. Καὶ δώσω (LXX, ἐπιστήσω) τοὺς κριτάς σου, ὡς τὸ πρότερον, καὶ τοὺς συμβούλους σου ὡς τὸ ἀπαρχῆς. [85] Σιών. Ab hac voce juxta Hebr. inc. vers. 27. [86] ἀπὸ—ἠβούλοντο. *Hebr.* ob quercus quas desiderastis. [87] Ἔσονται. *Hebr.* eritis.

Digitized by Google

tatis prædictionem rursus inducit, omnibusque fructiferis arboribus prætermissis, cum terebintho confert solitudinem civitatis, ac cum terebintho frondibus spoliata. Planta ea est, in aridis locis nascens, ramos habens qui exaruerunt. Comparat vero illos etiam cum horto sine aqua. Non amplius enim propheticis aquis rigantur, nec deorsum labentem rorem accipiunt.

VERS. 31. *Et erit fortitudo eorum ut stipula stuppæ.* Stuppæ stipula facile comburitur. Recte igitur cum stipula, quæ facile exuritur, comparavit illorum fortitudinem; cum igne autem perversa illorum opera. Perversitas enim divina providentia nos spoliat, datamque nobis fortitudinem penitus absumit. « Et non erit qui exstinguat. » Deo enim puniente quis eripiet? Sic etiam per magnum Mosen dixit: « Ego occidam et vivere faciam: percutiam et ego sanabo: et non est qui de manu mea possit eruere [z]. »

183 CAPUT II.

VERS. 1. *Verbum quod factum est ad Isaiam filium Amos.* Ozia quidem regnante prophetare cœpit, jussusque est hos etiam sermones proferre, sed non eodem tempore. Unde alio iterum usus est proœmio.

VERS. 2, 3. *Erit in novissimis diebus manifestus mons Domini, et domus Dei in verticibus montium, et elevabitur super colles, et venient ad eum omnes gentes. Quia de Sione exibit lex, et verbum Domini de Hierosolyma.* Prædicit quis futurus sit splendor ac dignitas pietatis, futurumque ut idolorum cultus exstinguatur, et domus Dei convenientem ab omnibus venerationem recipiat. Per montes enim et colles non altitudinem solum significat, sed errorem qui in his olim dominabatur. In montium enim verticibus excelsisque locis delubra idolis erexerunt, lucos plantaverunt, et sacrificiorum cultum exhibuerunt. Post adventum autem Salvatoris nostri detectum est illorum mendacium, veritatisque pulchritudo patefacta est. Atque hujus nos prophetiæ exitum cernimus. Novissimos porro dies illos dicit, qui Dominicum adventum secuti sunt. Quo modo et per Joelem prophetam loquitur: « In novissimis diebus effundam de Spiritu **184** meo super omnem carnem [a]; » quod quidem reipsa factum est die Pentecostes. Et divinus Apostolus: « Multifariam, inquit, multisque modis olim Deus locutus per prophetas, novissime diebus istis locutus est per Filium [b]. »

[z] Deut. XXXII, 39. [a] Joel II, 28. [b] Hebr. I, 1.

A ἔχων. Πάλιν ἐπιφέρει τῆς ἐρημίας τὴν πρόῤῥησιν· πάντα δὲ τὰ καρποφόρα δένδρα καταλιπὼν, τερεβίνθῳ ἀπείκασε τὴν τῆς πόλεως ἐρημίαν, καὶ τερεβίνθῳ τῶν φύλλων γεγυμνωμένῃ. Φυτὸν δέ ἐστιν ἐν ξηροῖς τόποις φυόμενον, κλάδους ἔχον κατεσκληρωκότας [58]. Ἀπείκασε δὲ αὐτοὺς καὶ παραδείσῳ ἀνύδρῳ· οὐκ ἔτι γὰρ τῶν προφητικῶν ναμάτων ἀπολαύουσιν· οὐδὲ τὴν ἄνωθεν φερομένην δέχονται δρόσον.

λα'. *Καὶ ἔσται ἰσχὺς αὐτῶν* [59] *ὡς καλάμη στυπείου* [60]. Εὔπρηστος ἡ τοῦ στυπείου καλάμη. Εἰκότως τοίνυν τῇ μὲν καλάμῃ εὐπρήστῳ οὔσῃ παρέβαλεν αὐτῶν τὴν ἰσχύν· πυρὶ δὲ τὰ πονηρὰ αὐτῶν ἔργα. Ἡ πονηρία γὰρ ἡμᾶς τῆς θείας προμηθείας γυμνοῖ, καὶ καταναλίσκει τὴν δεδομένην ἡμῖν ἰσχύν. « Καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων. » Θεοῦ γὰρ κολάζοντος, τίς ὁ B ῥυόμενος; Οὕτω καὶ διὰ τοῦ μεγάλου Μωσέως ἔφη· « Ἐγὼ ἀποκτενῶ καὶ ζῇν ποιήσω· πατάξω, κἀγὼ ἰάσομαι· καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἐξελεῖται ἐκ τῶν χειρῶν μου. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

α'. *Ὁ λόγος ὁ γενόμενος* [61] *πρὸς τὸν Ἡσαΐαν υἱὸν Ἀμώς.* Ἐν μὲν τῇ Ὀζίου βασιλείᾳ τῆς προφητείας ἤρξατο, καὶ τούτους προσετάγη τοὺς λόγους διαπορθμεῦσαι, οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν μέντοι καιρόν. Οὗ δὴ χάριν ἑτέρῳ πάλιν ἐχρήσατο προοιμίῳ.

β', γ'. *Ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς* [62] *τὸ ὄρος* [63] *Κυρίου, καὶ ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ ἐπ' ἄκρων τῶν ὀρέων· καὶ ὑψωθήσεται ἐπάνω* [64] *τῶν βουνῶν, καὶ ἥξουσιν ἐπ' αὐτὸν πάντα τὰ ἔθνη. Ἐκ* C *γὰρ* [65] *Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ* [66] *λόγος Κυρίου ἐξ Ἰερουσαλήμ.* Τὸ περιφανὲς τοίνυν καὶ περίοπτον τῆς εὐσεβείας προλέγει, καὶ ὅτι σβεσθήσεται μὲν ἡ τῶν εἰδώλων θεραπεία, ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ οἶκος τὸ προσῆκον παρὰ πάντων δέξεται σέβας. Διὰ γὰρ τῶν ὀρέων καὶ τῶν βουνῶν οὐ τὸ ὕψος μόνον δηλοῖ, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν τούτοις πάλαι κρατήσασαν πλάνην. Ἐν γὰρ ταῖς ἀκρωρείαις, καὶ τοῖς ὑψηλοῖς τόποις, τεμένη τοῖς εἰδώλοις ἀνέστησαν, καὶ ἄλση κατεφύτευσαν, καὶ τὴν διὰ θυσιῶν αὐτοῖς προσέφερον θεραπείαν. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφάνειαν, τὸ μὲν ἐκείνων διελήλεγκται ψεῦδος, δέδεικται δὲ τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος. Καὶ ὁρῶμεν τῆς προφητείας τὸ τέλος. Ἐσχάτας δὲ ἡμέρας τὰς μετὰ τὴν D Δεσποτικὴν ἐπιφάνειαν λέγει. Οὕτω καὶ διὰ Ἰωὴλ τοῦ προφήτου λέγει· « Ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα· » τοῦτο δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς ἔλαβε πέρας. Καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος· « Πολυμερῶς, ἔφη, καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφή-

VARIÆ LECTIONES.

[58] κατεσκλ. Mallem κατεσκληκότας, ut antiqua scholia ad h. l. prophetæ habent. [59] ἰσχὺς αὐτῶν. *Hebr.* robustus. [60] στυπ. rec., sed minus apta lectio est στιππύου. Cod. Aug. στίππυος. [61] ὁ γεν., κ. τ. λ. *Hebr.* quod vidit, etc. [62] ἐμφ. *Hebr.* firmus s. stabilis. [63] τὸ—οἶκος. *Hebr.* mons domus Jehovæ. [64] ἐπάνω. Ita Compl.; rec. lectio ὑπεράνω exstat infra, Gr. Alf. Cur. serm. 10, p. 633, t. IV Sirm. [65] Ἐκ γὰρ Σιὼν, κ. τ. λ. Quæ h. l. desid. infra l. c. p. 633, ita leg. Καὶ πορεύσονται λαοὶ πολλοὶ (rec. lectio ἔθνη πολλὰ) καὶ ἐροῦσι, Δεῦτε καὶ ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ, καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ. [66] καὶ Ἰερουσ. Hæc in textu Græco deerant.

Digitized by Google

ταις, ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Γῇῳ. » Κἂν τε δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ νοήσωμεν ἐνταῦθα ὄρος εἶναι τοῦ Θεοῦ, ὁρῶμεν ἐκεῖσε τοὺς πεπιστευκότας ἐκτρέχοντας καὶ ἀφικνουμένους τοὺς τὸ κήρυγμα δεξαμένους, καὶ τὴν ἐντεῦθεν βλαστήσασαν εὐλογίαν ἁρπάσαντας· κἂν τε τὰς πανταχοῦ γῆς καὶ θαλάσσης ἐκκλησίας φῶμεν οἶκον Θεοῦ, τῷ θείῳ Παύλῳ πειθόμενοι· « Οἶκος γάρ αὐτοῦ, φησὶν, ἐσμὲν ἡμεῖς· » καὶ οὕτως ἔστιν ἰδεῖν τὴν τῆς προφητείας ἀλήθειαν. Περιφανὴς γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, καὶ τὴν πάλαι κρατήσασαν ἀσέβειαν τὰ ἔθνη καταλιμπάνοντα ταύτῃ πρόσεισι, καὶ παρ' αὐτῆς φωτίζεται. θαυμάζω τοίνυν τοὺς ἑτέρως νοεῖν τόδε τὸ χωρίον ἀνεχομένους, καὶ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον διὰ τούτων οἰομένους προλέγεσθαι. Ποῖα γὰρ ἔθνη μετὰ τὴν δευτέραν τοῦ ναοῦ οἰκοδομίαν ἐκεῖσε ἔδραμε; ποῖος δὲ νόμος ἐκεῖσε ἐδόθη; τὸν γὰρ παλαιὸν νόμον οὐκ ἐν τῇ Σιὼν, ἀλλ' ἐν τῷ Σινᾷ ὄρει δέδωκεν ὁ Θεός. Εὔδηλον τοίνυν, ὡς τὴν Καινὴν αἰνίττεται Διαθήκην, ἐκεῖ μὲν πρώτοις δοθεῖσαν τοῖς ἀποστόλοις, δι' ἐκείνων δὲ πᾶσι παρασχεθεῖσαν τοῖς ἔθνεσι. Διάτοι τοῦτο οὐ μόνον νόμον, ἀλλὰ καὶ λόγον ἐκεῖθεν ἐξελεύσεσθαι προθεσπίζει. Οὕτω δὲ τὸ εὐαγγελικὸν ὀνομάζεται κήρυγμα. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ μακάριος ἡμᾶς διδάσκει Λουκᾶς· « Ὡς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἐξ ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου γενόμενοι. » Λόγον γὰρ ἐνταῦθα οὐ τὸν Θεὸν Λόγον καλεῖ, ἀλλὰ τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου διδασκαλίαν. Οὐ γὰρ ὁ Θεὸς Λόγος ἐκ Σιὼν ἐξελήλυθεν, ἀλλ' ἐν τῷ Σιὼν τὴν ἀλήθειαν ἐξεπαίδευσεν.

Sive ergo Hierosolymam hoc loco intelligamus montem esse Dei, videmus eo se proripere et adventare fideles qui prædicationem susceperunt, et inde manantem benedictionem decerpere. Sive ecclesias ubique terra marique positas domum Dei esse dixerimus, divinum Paulum audientes, qui ait : « Domus ejus nos sumus [c] ; » sic etiam prophetiæ veritatem videre licet. Illustris enim Dei Ecclesia, et gentes, relicta impietate, quæ olim regnabat, ad illam accedunt, et ab ea illuminantur. Quare miror eos qui hunc locum aliter interpretari non dubitant, et reditum ex Babylone his verbis prædici putant. Quænam enim gentes post secundam ædificationem templi eo confluxerunt? aut quænam lex ibi data est? Nam veterem legem Deus non in Sione, sed in monte Sinai dedit. Manifestum est igitur, Novum innui Testamentum, quod primis ibi datum est apostolis, per hos deinde omnibus exhibitum gentibus. Propterea non solum legem, verum etiam sermonem inde exiturum vaticinatur, evangelicam prædicationem sic appellans ; quod et beatus Lucas nos docet : « Sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt, et ministri fuerunt sermonis [d]. » Sermonem enim hoc loco vocat non Deum Verbum, sed Dei Verbi doctrinam. **185** Neque enim ex Sione exivit Deus Verbum, sed in Sione veritatem docuit.

δ'. *Καὶ* [67] *συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν ὡς* [68] *ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα, καὶ οὐ λήψεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος μάχαιραν· καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν.* Οὐδὲ ταῦτα μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον γεγενημένα εὑρίσκομεν. Πόλεμοι γὰρ ἐπάλληλοι ἦσαν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, εἰς πολλὰ τῆς βασιλείας μεμερισμένης, καὶ τῶν κατ' ἔθνος βασιλευόντων ἐπανισταμένων ἀλλήλοις. Τῇ δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείᾳ συνήκμασεν ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχή. Αὕτη δὲ τὰς πολλὰς καταλύσασα βασιλείας, τὸ κατὰ πάντων ἀνεδέξατο κράτος. Ὑπ' ἐκείνην δὲ τὰ ἔθνη ὄντα οὐκέτι τοῖς πολεμικοῖς ὀργάνοις κέχρηνται κατ' ἀλλήλων· τῶν δὲ ἀπὸ γεωργίας ἅπαντες ἀπολαύουσιν ἀγαθῶν. Τοσαύτη δὲ πάλαι τοῖς Ἰουδαίοις διάστασις ἦν, ὅτι καὶ ὁ Ἰσραὴλ διχῇ διῃρημένος ἦν, καὶ ἑαυτὸν κατηνάλισκε· καὶ ἐν μιᾷ γωνίᾳ τῆς οἰκουμένης, μᾶλλον δὲ ἐν ἐπαρχίᾳ μιᾷ, τῇ Παλαιστίνῃ, φημὶ, Ἀλλόφυλοι, καὶ Μωαβῖται, καὶ Ἀμμανῖται, καὶ Ἰδουμαῖοι, καὶ Ἀμαληκῖται κατ' ἀλλήλων ἐστράτευον. Ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἔσβεσεν ἐνανθρώπησις· κατ' αὐτὴν γὰρ τὴν σωτήριον τῆς Παρθένου γέννησιν « ἔπεμψε, φησὶν, Αὔγουστος ἀπογράψασθαι πᾶ-

VERS. 4. *Et contundent gladios suos in aratra, et lanceas suas in falces : et non levabit gens contra gentem gladium, et non discent amplius bellare.* Nec ista post reditum ex Babylone facta comperimus. Bella enim mutua fuerunt in universa terra, regno illo multas in partes diviso, et singularum gentium regibus contra se invicem insurgentibus. Sub adventum autem Dei Salvatoris nostri Romanum floruit imperium, quod quidem multa illa regna destruens omnium obtinuit principatum. Quæ autem sub illo sunt gentes, non amplius bellicis contra se mutuo utuntur instrumentis, sed agriculturæ bonis gaudent universæ. Tantum porro apud Judæos olim fuit dissidium, ut in duas partes divisus esset Israel, seque ipsum consumeret, atque in uno terrarum angulo, adeoque in una provincia, Palæstina inquam, Allophyli, et Moabitæ, et Ammonitæ, et Idumæi, et Amalecitæ mutuis se bellis impeterent. Verum hæc omnia Salvatoris nostri repressit incarnatio. Sub ipsum enim Virginis partum, « misit, inquit, Augustus ut describeretur universus orbis [e]. » Inde primum orta est bellorum in pacem conversio, et

[c] Hebr. III, 6. [d] Luc. I, 2. [e] Luc. II, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[67] Καὶ συγκ. Quæ desunt, infra Gr. Aff. Cur. l. c. ita exhibentur, καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐλέγξει λαὸν πολύν. [68] ὡς. Rec. lectio est εἰς.

Digitized by Google

prædicatio, exstinctis ubique gentium bellis, sine obice cursum tenuit, Cumque uni potestati gentes omnes parerent, securi **186** veritatis præcones permearunt, salutaria dogmata circumferentes.

σαν τὴν οἰκουμένην. » Ἐντεῦθεν ἀρχὴν ἔλαβεν ἡ εἰς εἰρήνην τῶν πολέμων μεταβολή· καὶ τὸ κήρυγμα ἔτρεχεν ἀκωλύτως, τῶν κατ' ἔθνος ἐσδεσμένων πολέμων· καὶ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ὑπὸ μίαν ἐξουσίαν τελούντων, ἀδεῶς οἱ κήρυκες τῆς ἀληθείας διέβαινον, τὰ σωτήρια διαπορθμεύοντες δόγματα.

Vers. 5. *Et nunc, domus Jacob, venite, et ambulemus in lumine Domini.* Ad hunc modum quæ dicta sunt vaticinari jussus propheta, populum Jacob nuncupatum hortatur, ut veritatis lumen excipiat. Domum vero Jacobi eos dicit, qui a Jacobo originem ducunt. Ex his porro assumpti sunt qui credere voluerunt, abjecti vero increduli. Admonet ergo propheta, ne deinceps lucernæ legis insistant, sed lumine vero animas collustrent. Jam enim pristina providentia non fruentur qui contradicunt.

ε'. *Καὶ νῦν ὁ οἶκος Ἰακώβ, δεῦτε, καὶ πορευθῶμεν ἐν τῷ φωτὶ Κυρίου.* Οὕτω τὰ εἰρημένα προθεσπίσαι κελευσθεὶς ὁ προφήτης, τῷ λαῷ παραινεῖ τῷ καλουμένῳ Ἰακώβ, τὸ φῶς τῆς ἀληθείας εἰσδέξασθαι. Οἶκον δὲ Ἰακὼβ τοὺς ἐξ Ἰακὼβ ἐνομάζει. Τούτων δὲ οἱ μὲν πιστεῦσαι θελήσαντες προσελήφθησαν, οἱ δὲ ἀπιστήσαντες προσερρίφησαν. Προτρέπει τοίνυν ὁ προφήτης μηκέτι προσεδρεύειν τῷ λυχνιαίῳ φωτὶ τοῦ νόμου, ἀλλὰ τῷ ἀληθινῷ τὰς ψυχὰς καταυγάζειν· οὐκέτι γὰρ τῆς προτέρας ἐπιμελείας οἱ ἀντιλέγοντες ἀπολαύσονται.

Vers. 6. *Quia repleta est, ut ab initio, regio eorum auguriis, ut ea quæ alienigenarum est: et filii multi alienigenæ facti sunt eis.* Ostendit eos, cum vitam ducerent non secundum legem, sed a lege prorsus alienam, legis tamen tuendæ studium ostentasse, et Novum Testamentum non recepisse; exponitque illorum flagitia, quod hariolationibus, ut olim, referta sit illorum regio, sicut alienigenarum, et quod filii alienigenæ nati sint inter ipsos : quorum utrumque lex aperte prohibuit, tum alienigenis misceri, et matrimonia cum illis copulare, tum sortibus adhærere ; utrumque autem isti transgressi sunt.

ς'. *Ὅτι ἐνεπλήσθη ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἡ χώρα αὐτῶν κληδονισμῶν, ὡς ἡ τῶν ἀλλοφύλων· καὶ τέκνα πολλὰ ἀλλόφυλα ἐγενήθη αὐτοῖς* [69]. Δείκνυσιν ὡς οὐκ ἐννόμως, ἀλλὰ καὶ λίαν παρανόμως πολιτευόμενοι, τὴν ὑπὲρ τοῦ νόμου δῆθεν σπουδὴν ἐπεδείκνυντο, καὶ τὴν Καινὴν οὐκ ἐδέχοντο Διαθήκην. Καὶ διδάσκει τὰ ὑπ' αὐτῶν τολμώμενα· ὅτι ἐνεπλήσθη, ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, κληδονισμῶν ἡ χώρα αὐτῶν, ὡς ἡ τῶν ἀλλοφύλων· καὶ τέκνα ἀλλόφυλα ἐγεννήθη ἐν αὐτοῖς· ἃ καὶ ἀμφότερα ὁ νόμος ἐναργῶς ἀπηγόρευσε, καὶ τὸ ἀλλοφύλοις ἐπιμίγνυσθαι, καὶ τὰς πρὸς ἐκείνους ἐπιγαμίας ποιεῖσθαι, καὶ τὸ κληδόσι κεχρῆσθαι· ἀμφότερα δὲ οὗτοι παρέβησαν.

Vers. 7, 8. *Repleta est enim regio eorum argento et auro. Et impleta est terra equis, et non fuit numerus curruum eorum.* Nam confidere in equis, aut in potentia divitiarum, divina lex **187** vetuit. « Non facies enim, ait, tibi currus, nec multiplicabis equos [f]. » Idcirco autem hæc prohibuit, ut propriis viribus non fidant, sed divinum auxilium exspectent. Sic et beatus David clamat : « Non fortitudine equi delectabitur, nec in tibiis viri beneplacitum erit ei [g]. » Et rursus : « Nec enim gladio suo possederunt terram, et brachium eorum non salvavit eos, sed dextera tua et brachium tuum, et illuminatio vultus tui, quoniam complacuisti in eis [h]. » Et rursus : « Non enim in arcu meo sperabo, et gladius meus non salvabit me [i]. »—« Et adoraverunt ea quæ fecerunt digiti eorum. » Insaniam illorum impense irridet, arguens impietatem. Quæ enim manibus digitisque suis elaborabant, deorum his nomen imponebant, et divinum eis cultum deferebant.

ζ', η'. *Ἐνεπλήσθη γὰρ ἡ χώρα αὐτῶν ἀργυρίου καὶ χρυσίου. Καὶ ἐνεπλήσθη* [70] *ἡ γῆ ἵππων, καὶ οὐκ ἦν ἀριθμὸς τῶν ἁρμάτων αὐτῶν.* Καὶ γὰρ καὶ ἵπποις θαρρεῖν, καὶ τῇ τοῦ πλούτου δυνάμει ὁ θεῖος ἀπηγόρευσε νόμος. « Οὐ ποιήσεις γάρ, φησὶ, σεαυτῷ ἅρματα, οὐδὲ πληθυνεῖς ἵππους· » ταῦτα δὲ ἀπηγόρευσεν, ἵνα μὴ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει θαῤῥῶσιν, ἀλλὰ τὴν θείαν ῥοπὴν ἀναμένωσιν. Οὕτω καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ βοᾷ· « Οὐκ ἐν τῇ δυναστείᾳ τοῦ ἵππου θελήσει, οὐδὲ ἐν ταῖς κνήμαις τοῦ ἀνδρὸς εὐδοκήσει [71]. » Καὶ πάλιν· « Οὐ γὰρ ἐν τῇ ῥομφαίᾳ αὐτῶν ἐκληρονόμησαν γῆν· καὶ ὁ βραχίων αὐτῶν οὐκ ἔσωσεν αὐτούς· ἀλλ' ἡ δεξιά [72] σου καὶ ὁ βραχίων σου, καὶ ὁ φωτισμὸς τοῦ προσώπου σου, ὅτι ηὐδόκησας ἐν αὐτοῖς. » Καὶ αὖθις· « Οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ τόξῳ μου ἐλπιῶ, καὶ ἡ ῥομφαία μου οὐ σώσει με. »—« Καὶ προσεκύνησαν οἷς ἐποίησαν οἱ δάκτυλοι αὐτῶν. » Ἀποχρώντως τοιγαροῦν αὐτῶν τὴν ἄνοιαν ἐκωμῴδησε, τῆς ἀσεβείας κατηγορῶν. Ἃ γὰρ ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς δακτύλοις εἰργάζοντο, ταῦτα θεοὺς ἐπωνόμαζον. καὶ τὸ θεῖον αὐτοῖς προσέφερον σέβας.

Vers. 9. *Et procubuit homo, et humiliatus est vir.*

θ'. *Καὶ ἔκυψεν ἄνθρωπος, καὶ ἐταπεινώθη ἀνήρ.*

[f] Deut. XVII, 16. [g] Psal. CXLVI, 10. [h] Psal. XLIII, 4. [i] ibid. 7.

VARIÆ LECTIONES.

[69] Ὅτι —ἐγεν. αὐτοῖς. *Hebr.* quia repleti sunt (idololatria) ab antiquo, et præstigiis utuntur sicut Philistæi, et de filiis alienis applaudunt sibi. [70] Καὶ—ἁρμ.αὐτῶν. Hæc apud LXX et juxta Hebr. ad vers. 7 pertinent. [71] Supra, t. I, p. 1572, εὐδοκεῖ. [72] δεξιά. Editio prior habebat δόξα.

Digitized by Google

Πάλιν αὐτῶν ὀλοφύρεται τὴν τῆς ἀξίας μεταβολήν. Ὁ γὰρ κατ' εἰκόνα θείαν γεγενημένος, καὶ τῶν ἐν γῇ πάντων τὴν ἐξουσίαν λαχὼν, ἐξ ἀβουλίας τῆς βασιλείας ἐξέπεσε· καὶ δέον αὐτὸν ἔχειν τὸ γέρας, αὐτὸς τοῖς χειροποιήτοις ἀπονέμει τὸ σέβας, κύπτων καὶ προσκυνῶν, καὶ τῇ τῶν δαιμόνων δεσποτείᾳ προστρέχων. « Καὶ[73] οὐ μὴ ἀνήσω αὐτούς. » Οὐ παρόψομαι, φησὶ, ταῦτα· ἀλλὰ δίκας αὐτοὺς τῆς ἀσεβείας εἰσπράξομαι. Τίνες δὲ αὗται, διὰ τῶν ἑπαγομένων διδάξει.

ι'. *Καὶ νῦν εἰσέλθετε εἰς τὰς πέτρας.* Τὸν Ῥωμαϊκὸν πόλεμον προθεσπίζει διὰ τούτων. Ἐκείνης γὰρ τῆς στρατιᾶς ἐπελθούσης, εἰς τὰ δρη καὶ τὰς ἐν τούτοις καταδύσεις οἱ πλεῖστοι κατεκρύπτοντο.

ια'. *Καὶ ταπεινωθήσεται τὸ ὕψος ἀνθρώπων, καὶ ὑψωθήσεται Κύριος μόνος ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.* Οἱ γὰρ ἐπιτωθάζοντες, φησὶ, τῷ Σωτῆρι παραγενομένῳ, καὶ ἀλαζονικῶς αὐτῷ προσδιαλεγόμενοι, τῇ πείρᾳ μαθήσονται τῆς φύσεως τὸ διάφορον, τῆς Ῥωμαϊκῆς στρατιᾶς ἐπελθούσης, καὶ ὅτι μὲν ἔστιν ὕψιστος ὡς Θεὸς, αὐτοὶ δὲ γῆ καὶ σποδὸς, κατὰ τὴν θείαν Γραφήν.

ιβ'. *Καὶ ἐπὶ πᾶσαν κέδρον τοῦ Λιβάνου, καὶ ἐπὶ πᾶν δένδρον βαλάνου Βασάν.* Ὅταν ἐπελθόντες πολέμιοι παραγένωνται, οὐ μόνον τοὺς ἄνδρας ἀναιροῦσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν δηοῦσι, καὶ τὰ δένδρα ἐκτέμνουσι, καὶ τοῖς περιβόλοις προσφέρουσι μηχανήματα, καὶ θαλαττοκράτορες γινόμενοι τὰς ἐμπορίας κωλύουσι. Ταῦτα δὲ πάντα κατὰ ταυτὸν Ἰουδαίοις συνέβη, τῆς Ῥωμαϊκῆς αὐτοῖς στρατιᾶς ἐπελθούσης. Εἰ δὲ καὶ τροπικῶς τις νοεῖν βούλεται, δρῦς μὲν τοὺς ἐπὶ ῥώμῃ σώματος μέγα φρονοῦντας, κέδρους δὲ τοὺς ἐπὶ δυναστείᾳ εὐθηνουμένους, πλοῖα[74] δὲ τοὺς ὀξεῖς τὴν διάνοιαν, καὶ τἄλλα τούτοις παραπλησίως, εὑρήσει καὶ οὕτως τὴν τῆς προφητείας ἀλήθειαν. Οὐδὲν γὰρ ὤνησεν Ἰουδαίους ἐν τῷ τοῦ πολέμου καιρῷ, οὔτε στρατηγὸς ἄριστος, οὔτε σοφὸς σύμβουλος, οὐχ οἱ τῷ πλούτῳ κομῶντες, οὐχ οἱ γαυριῶντες ἐπὶ τῇ δυνάμει· ἀλλὰ πάντα κατὰ ταυτὸν ἐξηλέγχθη· καὶ μόνου τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἐδείχθη τὸ κράτος. Ἡνίκα μὲν γὰρ αὐτῶν ἐκήδετο, πάντων ῥᾳδίως περιεγίνοντο· ὅτε δὲ αὐτοὺς τῆς οἰκείας προμηθείας ἐγύμνωσεν, εὐχείρωτοι πᾶσιν ἐγένοντο.

ιγ'. *Καὶ[75] πεσεῖται τὸ ὕψος[76] τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὑψωθήσεται Κύριος μόνος ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.* Πάλιν τὰ αὐτὰ διαφόρως εἴρηκε. Πέρατος δὲ ταῦτα τετύχηκε μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ὑμῶν ἐπιφάνειαν. Μάρτυρες δὲ τούτων ἡμεῖς αὐτόπται γενόμενοι.

ιδ', ιε'. *Καὶ[77] τὰ χειροποίητα πάντα κατακρύψουσι, εἰσερέγκαντες[78] εἰς τὰ σπήλαια.* Καὶ τῆσδε

A Iterum deplorat dignitatis illorum mutationem. Qui enim ad divinam imaginem creatus fuerat, et terrenorum omnium potestatem acceperat, stupiditate sua regnum amisit : et cum honore ipsum potiri conveniret, venerationem ipse manufactis exhibet, inclinans se, et adorans, et ad dæmonum imperium convolans « Et non dimittam eos. » Non dissimulabo ista, inquit : sed pœnas ab illis exigam impietatis. Cujusmodi vero hæ sint, docet in sequentibus

Vers. 10. *Et nunc ingredimini in petras.* Bellum Romanorum his verbis vaticinatur. Illo enim exercitu adventante, plurimi se in montes et montium **188** cavernas abdiderunt.

B Vers. 11. *Et humiliabitur altitudo hominum, et exaltabitur Dominus solus die illo.* Illi enim, qui præsentem Salvatorem deriserunt, et cum eo arroganter locuti sunt, experimento discent, quantum naturæ sit discrimen, ubi Romanorum copiæ advenerint : et quod ille quidem altissimus sit, ut Deus ; ipsi vero terra et cinis, juxta divinam Scripturam.

Vers. 13. *Et super omnem cedrum Libani, et super omnem arborem quercus Basan.* [14-16.] Cum irruentes hostes advenerint, non solum viros occidunt, sed et terram populantur, et arbores exscindunt, et machinas mœnibus admovent, et occupato mari commercia prohibent. Hæc vero simul omnia Judæis contigerunt, irruente in eos C Romanorum exercitu. Quod si figurate quispiam hæc intelligi velit, ut quercus dicantur, qui de corporis viribus se jactant, cedri qui de principatu exsultant, naves qui celeri sunt intelligentia, et alia his similia, hoc etiam modo prophetiæ veritatem inveniet. Nihil enim belli tempore Judæis profuit, neque dux optimus, neque sapiens consiliarius, non qui divitiis affluebant, nec qui de viribus gloriabantur : sed omnia pariter confutata sunt, et solius universorum Dei patefacta est potentia. Quandiu enim illorum curam gerebat, omnes facile vincebant : simul ac autem sua illos providentia spoliavit, faciles captu omnibus fuerunt.

Vers. 17. *Et cadet altitudo hominum, et exalta-* D *bitur Dominus solus die illo.* **189** Eadem iterum diverso modo dixit. Finem autem hæc sortita sunt post adventum Dei et Salvatoris nostri : testesque ipsi horum sumus, qui oculis nostris conspeximus.

Vers. 18, 19. *Et manufacta omnia abscondent, inferentes in speluncas.* Hujus etiam prophetiæ ve-

VARIÆ LECTIONES

[73] Καὶ—αὐτούς. *Hebr.* ne itaque condones illis. Symm. μὴ ἀφῇς αὐτοῖς. [74] πλοῖα, κ. τ. λ. Hæc ad vers. 16 spectant. [75] Καὶ—ἀνθρώπων. *Hebr.* et humiliabitur altitudo hominum. [76] τὸ ὕψος. Ita cod. Aug. ad exemplum Alex., sed Vatic. habet ὕβρις. [77] Καὶ — κατακρ. *Hebr.* et idola penitus peribunt. [78] εἰσεν. εἰς τὰ σπ. Ab his verbis inc. vers. 19 apud LXX. Reliqua ex vers. 19, infra. Gr. Aff. Cur. serm. 10, p. 651, IV. Sirm. ita leg. : καὶ εἰς τὰς σχισμὰς τῶν πετρῶν καὶ εἰς τὰς τρώγλας τῆς γῆς, ἀπὸ προσώπου τοῦ φόβου Κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ὅταν ἀναστῇ θραῦσαι τὴν γῆν.

Digitized by Google

ritatem oculis perspeximus. Plurimi enim eorum qui errori serviebant, pietatis robur confitentes, deos quos adorabant in speluncis quibusdam et antris occultarunt, sed deprehensi dedecus retulerunt : eorum vero idola pietatis alumni flammis tradiderunt.

VERS. 20. *Ad adorandum vana, et vespertiliones.* Luctuosa prorsus erroris magnitudo, ut vilium etiam vespertilionum imagines fabricati homines deos illas nominarent. Congruens autem cæcutientibus istorum deificatio. Nam et hi lucem declinantes ad tenebras confugiunt : et illi similiter, intelligentiæ lumen cernere nolentes, ignorantiæ caliginem amplexi sunt.

VERS. 22. *Desinite ab homine, cujus spiritus in naribus ejus est.* **190** Hortatur nos sermo propheticus, non solum ut idolorum adorationem vitemus, sed ut ipsam quoque hominum naturam cognoscamus, in eorumque tutela non confidamus. Vitam enim habent, inquit, in naribus, et has si obstruxeris, vitam illis eripies. Quibus affinia sunt, quæ a Davide dicuntur : « Nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum, in quibus non est salus. Exibit spiritus ejus, et revertetur in terram suam. Illo die peribunt omnes cogitationes eorum [1]. »

CAPUT III.

VERS. 1. *Ecce Dominus auferet de Hierosolyma gigantem et potentem.* [2, 3.] Gigantem Symmachus et Aquila interpretati sunt virilem; Theodotio, potentem. Hæc autem manifeste Judæis tandem contigerunt sub obsidione Romanorum. Etenim quando Senacherib in eos arma movit, pium habebant regem Ezechiam, et prophetam nobilissimum Isaiam, et principes pietate insignes, qui nec verba blasphemiæ sine doloris sensu ferre potuerunt, sed vestes disciderunt. Et quando Nabuchodonosor admota obsidione in servitutem illos redegit, habebant admirabilem Jeremiam prophetam, habebant et beatum Ezechielem, et divinum præterea Danielem : et Otrias Samæi filius eorum vivebat tempore. At cum a Romanis principibus debellati essent, neque reges habebant, neque duces, **191** qui rem bellicam scite administrarent, neque consiliarios solertia præditos, sed seditionis au-

τῆς προφητείας ἐθεασάμεθα τὴν ἀλήθειαν· πλεῖστοι γὰρ τῇ πλάνῃ δουλεύοντες, τῆς εὐσεβείας τὸ κράτος θέμενοι, κατέκρυψαν μὲν ἐν τοῖς σπηλαίοις τισὶ καὶ ἄντροις τοὺς ὑπ' αὐτῶν προσκυνουμένους θεούς· ἐφωράθησαν δὲ καὶ τὴν αἰσχύνην ἐδρέψαντο, καὶ τὰ τούτων εἴδωλα τῆς εὐσεβείας οἱ τρόφιμοι παρέδοσαν τῷ πυρί.

κ'. *Προσκυνεῖν*[79] *τοῖς ματαίοις*[80], *καὶ ταῖς νυκτερίσιν.* Θρηνῆσαι δὲ ἄξιον τῆς πλάνης τὴν ὑπερβολήν· ὅτι καὶ τῶν εὐτελῶν νυκτερίδων εἰκόνας ἄνθρωποι τεκτηνάμενοι, θεοὺς τὰς εἰκόνας ὠνόμαζον. Πρόσφορος δὲ τοῖς τυφλώττουσιν ἡ τούτων θεοποιΐα. Καὶ γὰρ ἐκεῖναι τὸ φῶς δραπετεύουσαι καταφεύγουσιν εἰς τὸ σκότος· καὶ οὗτοι ὁμοίως, τὸ νοερὸν ἰδεῖν οὐ βουλόμενοι φῶς, ἠσπάζοντο τῆς ἀγνοίας τὸν ζόφον[81].

κβ'. *Παύσασθε*[82] *ὑμῖν ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, ᾧ ἀναπνοὴ ἐν μυκτῆρι*[83] *αὐτοῦ*[84]. Παρακελεύεται ὁ προφητικὸς λόγος, μὴ μόνον τῶν εἰδώλων φυγεῖν τὴν προσκύνησιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τῶν ἀνθρώπων γνωρίζειν τὴν φύσιν, καὶ τῇ τούτων μὴ θαρρεῖν προστασίᾳ. Τὴν γὰρ ζωὴν, φησὶν, ἐν ταῖς ἀναπνοαῖς ἔχουσι[2] κἂν ταύτας ἀποφράξῃς, ἀποστερήσαις αὐτοὺς ζωῆς. Τούτοις ἔοικε τὰ ὑπὸ τοῦ Δαβὶδ εἰρημένα· « Μὴ πεποίθατε ἐπ' ἄρχοντας, ἐπὶ υἱοὺς ἀνθρώπων, οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία. Ἐξελεύσεται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ἐπιστρέψει εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπολοῦνται πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

α'. *Ἰδοὺ δὴ ὁ Δεσπότης ἀφελεῖ ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ γίγαντα καὶ*[85] *ἰσχύοντα.* Τὸν γίγαντα ὁ Σύμμαχος μὲν καὶ ὁ Ἀκύλας[86] ἀνδρεῖον, ὁ Θεοδοτίων δὲ τὸν ἰσχύοντα ἡρμήνευσεν. Ταῦτά γε μὴν αἰσθητῶς κατὰ τὴν Ῥωμαϊκὴν πολιορκίαν συνέβη τοῖς Ἰουδαίοις τελεώτερον. Ὅτε μὲν γὰρ ὁ Σεναχηρεὶμ αὐτοῖς ἐπεστράτευσεν, εἶχον τὸν Ἐζεκίαν εὐσεβῆ βασιλέα, καὶ τὸν Ἡσαΐαν ἐπισημότατον προφήτην, καὶ τοὺς ἄρχοντας εὐσεβείᾳ κοσμουμένους. Οὐδὲ γὰρ τὰ ῥήματα τῆς βλασφημίας ἤνεγκαν ἀπαθῶς, ἀλλὰ τὴν ἐσθῆτα διέῤῥηξαν. Καὶ ἡνίκα δὲ Ναβουχοδονόσωρ αὐτοὺς πολιορκήσας ἐξηνδραπόδισεν, εἶχον μὲν τὸν θαυμασιώτατον Ἱερεμίαν τὸν προφήτην· εἶχον δὲ τὸν μακάριον Ἰεζεκιὴλ, καὶ πρὸς τούτοις τὸν θειότατον Δανιήλ· καὶ Ὀτρίας δὲ ὁ Σαμαίου κατὰ τὸν αὐτὸν ἦν χρόνον. Ἡνίκα δὲ αὐτοὺς οἱ Ῥωμαίων κατεπολέμησαν βασιλεῖς, οὔτε βασιλεῖς εἶχον, οὔτε στρατηγοὺς εὖ καὶ καλῶς τὴν στρατείαν διατάττον-

[1] Psal. CXLV, 3, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[79] Προσκ. — νυκτερίσιν. Quæ vers. 20 præcedunt, l. c. ita se habent : Τῇ γὰρ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐκβαλεῖ ἄνθρωπος τὰ βδελύγματα αὐτοῦ τὰ ἀργυρᾶ καὶ τὰ χρυσᾶ, ἃ ἐποίησαν ἑαυτοῖς εἰς τό. [80] τοῖς ματ. *Hebr.* talpis (ita quoque HIER.) et vespertilionibus. Sed non viderunt οἱ Ο' hæc ad לְחָפְרֹת se referre, non ad לַחֲפֹרֹת. [81] Des. vers. 21, qui tamen cum vers. 19 ejusdem est argumenti. Verba textus Græci l. c. hæc sunt · Τοῦ εἰσελθεῖν εἰς τὰς τρώγλας τῆς στερεᾶς πέτρας καὶ εἰς τὰ σχίσματα (Rec. lectio εἰς τὰς σχισμὰς) τῶν πετρῶν, ἀπὸ προσώπου τοῦ φόβου Κυρίου καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ὅταν ἀναστῇ θραῦσαι τὴν γῆν. [82] Παύσασθε, κ. τ. λ. Hic totus versic. abest quidem a cod. Vatic., exstat tamen in Alex. et leg. etiam in cod. nostro August. [83] αὐτοῦ. Pauca ista desunt, ὅτι ἐν τίνι ἐλογίσθη ; [84] Supra t. I, p. 1566, αὐτοῦ. [85] γίγ. καὶ ισχ. Hæc ex vers. 2 desumpta sunt. Pertinent enim quæ deinde sequuntur; ad vers. 1-3. [86] ὁ Ἀκύλας. Huic vero MONTF. in Hexapl. ad. h. l. vindicat interpretationem δυνατόν,

Digitized by Google

τας, οὔτε συμβούλους ἀγχινοίᾳ κοσμουμένους· ἀλλὰ τοὺς τῆς στάσεως ἀρχηγοὺς, δυσσεβεῖς ἄνδρας καὶ μιαιφόνους· καὶ ταῦτα σαφῶς Ἰώσηπος ἱστορεῖ [87].

ε'. *Προσκόψει* [88] *τὸ παιδίον πρὸς τὸν πρεσβύτην, ὁ ἄτιμος πρὸς τὸν ἔντιμον.* Σαφέστερον ἐξηγεῖται τὴν στάσιν· οὔτε γὰρ πολιὰ ἦν ἐκείνοις αἰδέσιμος, οὔτε γένους ἢ πλούτου περιφάνεια ἐδόκει τινὸς εἶναι ἀξία τιμῆς· ἀλλὰ καὶ οἱ εὐτελεῖς ἐπανίσταντο τοῖς δυνατοῖς, καὶ οἱ νέοι τοὺς πρεσβυτέρους ἐγέλων.

ς'. *Ἱμάτιον ἔχεις, ἀρχηγὸς γένου ἡμῶν.* Τοσαύτη [89], φησὶν, ἔσται σπάνις ἀρχόντων, καὶ τοσαύτη αὐτῶν ἀταξία κρατήσει, ὡς καὶ τοῖς τυχοῦσι τὴν ἀρχὴν ἐπιτρέπειν. Οὕτω δὲ φευκτὴν ἅπαντες τὴν ἀρχὴν νομίσουσιν, ὡς τὸν ἄρχειν παρακαλούμενον εἰπεῖν· Οὐκ ἔσομαι [90] ἀρχηγός· οὐ γάρ ἐστιν ἐν τῷ οἴκῳ μου ἄρτος, οὐδὲ ἱμάτιον.

ζ'. *Ὅτι ἀνεῖται Ἱερουσαλήμ.* Τὴν αἰτίαν τῆς παραιτήσεως τῆς ἀρχῆς δεικνὺς, ἐπήγαγεν· « Ὅτι ἀνεῖται Ἱερουσαλὴμ, » ἀντὶ τοῦ, ἐγκαταλείπεται, τῆς ἄνωθεν προνοίας οὐκ ἀπολαύει. « Καὶ αἱ γλῶσσαι αὐτῶν μετὰ ἀνομίας, τὰ πρὸς Κύριον ἀπειθοῦντες [91]. » Ταῦτα τοῖς Ἰουδαίοις συνέβη, φησὶ, διὰ τὰς βλασφήμους αὐτῶν φωνὰς, αἷς κατὰ Σωτῆρος ἐχρήσαντο, ταῖς θείαις διδασκαλίαις αὐτοῦ προφανῶς ἀντιλέγοντες.

θ'. *Τὴν ἁμαρτίαν αὐτῶν ὡς Σοδόμων ἀνήγγειλαν.* Ὅτι καθάπερ τῶν Σοδομιτῶν κεκήρυκται πανταχοῦ γῆς καὶ θαλάττης, καὶ τῆς ἀκολασίας καὶ τῆς τιμωρίας τὸ δρᾶμα· οὕτως καὶ ἡ τούτων ἀσέβεια πᾶσιν ἀνθρώποις ἐγένετο φανερά· οὐ γὰρ ἐπειδὴ τὰ αὐτὰ ἐκείνοις δεδράκασι, τῇ ἐκείνων ἀνομίᾳ τὴν αὐτῶν παρανομίαν παρατίθησι. Πάλιν δὲ αὐτοὺς τῆς συγγενείας ἀναμιμνήσκει τὸν τρόπον. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς προοιμίοις ἄρχοντας αὐτοὺς Σοδόμων καὶ λαὸν Γομόρρας ὠνόμασεν· « Βουλεύονται [92] βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν. » Ταῦτα ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ἔστιν εὑρεῖν ὑπὸ Ἰουδαίων εἰρημένα· ὁ μὲν γὰρ Καϊάφας ἔφη τοῖς ὁμοτρόποις· « Ὑμεῖς οὐκ οἴδατε οὐδὲν, καὶ οὐ λογίζεσθε ὅτι συμφέρει ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ, καὶ μὴ ὅλον ἔθνος ἀπόληται· » οἱ δὲ Φαρισαῖοι « συμβούλιον πάλιν ἔλαβον, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσι. » Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ τοιαῦτα εὕροι τις ἂν, τῶν θείων Εὐαγγελίων ἀναγινώσκων τὴν ἱστορίαν.

ι'. *Τὰ γεννήματα τῶν ἔργων φάγονται.* Ἐοίκασι γὰρ τοῖς σπέρμασιν οἱ καρποί· καὶ ὁ μὲν πυροὺς σπείρων, θερίζει πυρούς· ὁ δὲ ἀκάνθας, ταύτας ξέσει καρπόν

ια'. *Πονηρὰ κατὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ συμβήσεται αὐτῷ.* Τὰ προειρημένα σαφέστερον πάλιν

A ctores, viros impios et cædibus contaminatos. Quæ quidem perspicue narrantur a Josepho.

Vers. 5. *Impinget puer ad senem, et inhonoratus ad honoratum.* Seditionem apertius describit : nec enim canities venerationi illis erat, nec generis aut divitiarum splendor honore ullo dignus ducebatur : sed et tenues insurgebant adversus potentiores, et seniores ludibrio erant juvenibus.

Vers. 6. *Vestimentum habes, princeps esto noster.* Tanta, inquit, futura est penuria principum, tantaque inter illos futura perturbatio, ut imperium quibuslibet committant. [7] Ita vero declinandum omnes principatum censebunt, ut dicturus sit cui B imperium deferetur : Princeps non ero, non enim est in domo mea panis, neque vestimentum.

Vers. 8. *Quia dissoluta est Hierosolyma.* Repudiandi principatus causa exposita, subjungit, « Dissoluta est Hierosolyma, » pro eo quod est, derelinquitur, superna Providentia non fruitur. « Et linguæ eorum cum iniquitate : in rebus divinis increduli. » Hæc Judæis, inquit, evenerunt propter impias ipsorum voces, quas adversus Salvatorem protulerunt, divinis ejus doctrinis palam contradicentes.

Vers. 9. *Peccatum suum quasi Sodomorum annuntiaverunt.* Quia nimirum sicut Sodomitarum ubique terra marique decantatum est, tum incontinentiæ, tum **192** supplicii exemplum, ita et istorum apud omnes homines nota fuit impietas. Neque C enim, quod eadem quæ illi perpetrarint, cum illorum iniquitate istorum prævaricationem comparat. Rursus autem cognationis modum eis revocat in memoriam. In ipso enim exordio principes Sodomorum et Gomorrhæ populum illos appellavit. « Ceperunt consilium pessimum contra semetipsos [k]. » Hæc a Judæis dicta in sacris Evangeliis videre licet. Caïphas enim sui similibus dixit : « Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit vobis ut unus moriatur homo, et non tota gens pereat [l]. » Pharisæi autem rursus « consilium inierunt, quomodo perderent eum [m]. » Sed et alia ejusmodi multa inveniet, qui divinorum Evangeliorum hi- D storiam evolverit.

Vers. 10. *Fructus operum suorum comedent.* Similes enim seminibus sunt fructus, et qui triticum seminat, triticum metit : qui vero spinas, has quoque pro fructu colliget.

Vers. 11. *Mala secundum opera manuum ejus accident ei.* Quæ superius dixerat clarius iterum

[k] Isa. I, 10. [l] Joan. XI, 49, 50. [m] Matth. XII, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[87] Vers. 4 infra ad locum Rom. XIII, 10, ita apud Nostrum leg. : ἐπιστήσω νεανίσκους ἄρχοντας αὐτῶν, καὶ ἐμπαίκται κυριεύσουσιν αὐτῶν. [88] προσκ. *Hebr.* superbient. [89] Τοσαύτη, κ. τ. λ. Hæc simul ad vers. 7 pertinent. [90] οὐκ ἔσ. ἀρχ. Hæc ex vers. 7 sumpta sunt. *Hebr.* non ero obligans. [91] Καὶ — ἀπειθ. *Hebr.* lingua eorum et opera eorum (directa fuerunt) contra Jehovam, ut irritarent oculos majestatis ejus. [92] Βουλ. — ἑαυτῶν. *Hebr.* retribuunt semetipsis malum.

Digitized by Google

enuntians, generaliter sententiam protulit. Omnis enim, ait, qui scelerate vixerit, congrua malitiæ præmia referet.

Vers. 12. *Populo mi, exactores vestri spoliant vos, et exigentes dominabuntur vobis.* Sacerdotes et doctores mihi hoc loco reprehendere videtur, et populum docere, quod non ob curam animarum divinæ prædicationi attendere ipsos jubeant, sed propter solitas ipsis offerri **193** primitias et decimas, quas necessitatem eis imponentes exigerant. Et vide quomodo, cum tam gravia Judæis minatus esset Deus, suam rursus benignitatem ostendens, familiari eos nomine appellet, dicens: « Populo mi, populo mi, qui beatos vos dicunt, decipiunt vos. » Legis enim observationi insistere suadentes, et qui hoc facerent beatos appellantes, ad salutarem prædicationem accedere non sinebant. Atque in universum laus intempestive prolata damnum affert iis qui admiserint. Laudationibus enim confidentes, et præclare se omnia gessisse arbitrantes, non pari studio virtutis stadium conficiunt.

Vers. 13. *Sed nunc stabit in judicio Dominus.* Declarat his verbis, quinam sint exactores, et quinam, qui beatos prædicant; aitque judicem esse Dominum universorum, qui pœnas prævaricationis in populum ab iis repetiturus sit, quibus commissum erat imperium, et quibus demandatum erat doctrinæ ministerium. Quod divinus etiam Ezechiel docuit: « Judicabo, inquit, inter pastorem et ovem [n]. »

Vers. 14. *Vos autem, quare incendistis vineam meam?* Hæc dicit principibus, incendium hoc loco vocans zelum, qui non est secundum scientiam. « Testimonium enim, » inquit divinus Apostolus, » perhibeo illis, quod æmulationem Dei habeant, sed non secundum scientiam [o]. » Hoc incensi clamabant: « Tolle, tolle, crucifige eum [p]. » Hæc autem illos docuerant impii principes, summi sacerdotes, et Pharisæi, et Scribæ, non sincere **194** secundum legem vitam instituentes, sed ex ea occasionem injustarum opum captantes.

Vers. 16. *Et ambulaverunt collo excelso, et nutibus oculorum, et incessu pedum.* Per collum quidem superbiam illarum indicavit: per oculos vero et pedes, intemperantem earum animum. Præcipue autem [17-23] opulentas insimulat: has enim principes vocat, minaturque illis sumptuosi cultus ademptionem. Aquila pro *cosymbis* τελαμῶνας dixit, et vittas intelligit. Symmachus pro *lunulis* habet μανιάκας, hoc est, torques et armillas.

A λέγων καθόλου τὴν ψῆφον ἐξήνεγκε. Πᾶς γὰρ, φησὶ, πονηρίᾳ χρώμενος, κατάλληλα τὰ ἐπίχειρα δρέπεται.

ιβ'. *Λαός μου, οἱ πράκτορες ὑμῶν* [93] *καλαμῶνται ὑμᾶς, καὶ* [94] *οἱ ἀπαιτοῦντες κυριεύσουσιν ὑμῶν* [95]. Ἐνταῦθα δοκεῖ μοι κατηγορεῖν μὲν τῶν ἱερέων καὶ διδασκάλων, τὸν δὲ λαὸν διδάσκειν, ὡς οὐ διὰ τὴν τῶν ψυχῶν ἐπιμέλειαν ἐπιτρέπουσιν αὐτοὺς προσέχειν τῷ θείῳ κηρύγματι, ἀλλὰ διὰ τὰς προσφερομένας αὐτοῖς ἀπαρχὰς καὶ δεκάτας, ἃς ἀνάγκην ἐπιτιθέντες εἰσέπραττον. Καὶ ὅρα πῶς τοσαῦτα τοῖς Ἰουδαίοις ἀπειλήσας ὁ Θεὸς δεινὰ, τὴν οἰκείαν πάλιν ἀγαθότητα δεικνὺς, τῷ τῆς οἰκειότητος αὐτοὺς ὀνόματι καλεῖ, λαός μου, εἰπών· « Λαός μου, οἱ μακαρίζοντες ὑμᾶς πλανῶσιν ὑμᾶς [96]. » Τῇ γὰρ τοῦ νόμου φυλακῇ παραινοῦντες προσμένειν, καὶ τοὺς τοῦτο ποιοῦντας μακαρίους καλοῦντες, οὐκ εἴων προστρέχειν τῷ σωτηρίῳ κηρύγματι· καὶ καθόλου δὲ ὁ ἔπαινος οὐκ εἰς καιρὸν γενόμενος βλάβην ἐπιφέρει τοῖς δεχομένοις· ταῖς γὰρ εὐφημίαις θαῤῥοῦντες, καὶ τὸ πᾶν κατωρθωκέναι νομίζοντες, οὐχ ὁμοίως εἰς τὸ τῆς ἀρετῆς τρέχουσι στάδιον.

B

ιγ'. *Ἀλλὰ νῦν καταστήσεται εἰς κρίσιν Κύριος.* Δείκνυσι διὰ τούτων τίνες οἱ πράκτορες, καὶ τίνες οἱ μακαρίζοντες· καί φησιν ὅτι κριτής ἐστι τῶν ὅλων ὁ Κύριος, καὶ δίκας εἰσπράξεται τοὺς ἄρχειν πεπιστευμένους, καὶ τῆς διδασκαλίας τὴν διακονίαν ἐγχειρισμένους, τῆς εἰς τὸν λαὸν παρανομίας. Τοῦτο καὶ διὰ τοῦ θεσπεσίου Ἰεζεκιὴλ ἐδίδαξε· « Κρινῶ γὰρ, φησὶν, ἀνὰ μέσον ποιμένος καὶ προβάτου. »

C

ιδ'. *Ὑμεῖς δὲ τί* [97] *ἐνεπυρίσατε τὸν ἀμπελῶνά μου;* Ταῦτα τοῖς ἄρχουσι λέγει· ἐμπυρισμὸν δὲ καλεῖ ἐνταῦθα καὶ τὸν οὐ κατ' ἐπίγνωσιν ζῆλον. « Μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς, » φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, « ὅτι ζῆλον Θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν. » Τούτῳ πυρπολούμενοι ἐβόων, « Αἶρε, αἶρε, σταύρωσον αὐτόν. » Ταῦτα δὲ αὐτοὺς οἱ ἀσεβεῖς ἐδίδαξαν ἄρχοντες, ἀρχιερεῖς, καὶ Φαρισαῖοι, καὶ Γραμματεῖς, οὐ κατὰ ἀλήθειαν τῆς νομικῆς ἀντεχόμενοι πολιτείας, ἀλλὰ πρόφασιν ταύτην ἀδίκου πλούτου ποιούμενοι.

ις'. *Καὶ ἐπορεύθησαν ὑψηλῷ τραχήλῳ, καὶ ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν* [98], *καὶ τῇ πορείᾳ τῶν ποδῶν.* Ἔδειξε τοιγαροῦν αὐτῶν διὰ μὲν τοῦ τραχήλου τὸν τύφον· διὰ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τῶν ποδῶν, τὴν ἀκόλαστον γνώμην. Μάλιστα δὲ τῶν εὐπόρων κατηγορεῖ· αὐτὰς δὲ τὰς ἀρχούσας καλεῖ, καὶ ἀπειλεῖ αὐταῖς τοῦ πολυτελοῦς σχήματος τὴν ἀφαίρεσιν. Ὁ μέντοι Ἀκύλας *τελαμῶνας* τοὺς κοσσύμβους καλεῖ, αἰνίττεται δὲ τὰ κρήδεμνα· τοὺς δὲ μηνίσκους ὁ Σύμμαχος *μανιάκας* [99].

D

[n] Ezech. xxxiv, 17. [o] Rom. x, 2. [p] Joan. xix, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[93] Λαὸς—ὑμᾶς. *Hebr.* Ad populum meum quod attinet, exactores ejus sunt pueri. [94] οἱ—ὑμῶν. *Hebr.* mulieres dominantur illi. [95] κυριεύσουσιν. Ita quoque cod. Aug. Rec. autem lectio est κυριεύουσιν. [96] ὑμᾶς. Reliqua ex hoc vers. infra *De Provid.* orat. 9, ita leg.: καὶ τὴν τρίβον τῶν ποδῶν ὑμῶν ἐκταράττουσι.. [97] τί. Non est interrogatio in textu Hebr. [98] ἐν νεύμασιν ὀφθ. *Hebr.* fuco obducentes oculos. [99] μανιάκας. apud Montf. in Hexapl. ad h. l. est μηνιάκας.

Digitized by Google

κδ'. *Καὶ ἔσται ἀντὶ ὀσμῆς ἡδείας κονιορτὸς* [1], *καὶ ἀντὶ ζώνης σχοινίῳ ζώσῃ* [2]. Προλέγων τὴν εἰς τὸ ἐναντίον μεταβολήν, Οὐκέτι, φησὶ, τῶν παντοδαπῶν ἀπολαύσεις μύρων· ἀλλὰ τὸν ἀπὸ τοῦ πολεμικοῦ πλήθους ἐσόμενον δέξῃ κονιορτόν· σχοινίδν δέ σοι πληρώσει τῆς ζώνης τὴν χρείαν. Τοιαῦτα γὰρ τῶν αἰχμαλώτων τὰ πάθη. Ἀλλὰ [3] καὶ ἐπειδὴ αἱ κακουχίαι τὰς νόσους ἐπάγουσιν, αἱ δὲ νόσοι πολλάκις ἀφαιροῦνται τὰς τρίχας· οὐκ ἔτι γὰρ τὴν ἀπὸ τῆς τροφῆς ἀρδείαν δεχόμεναι διαῤῥέουσι· « Φαλάκρωμα ἕξεις, » φησίν. Ὁ σάκκος δὲ σημαίνει τὸ πένθος. Ταῦτά σοι ἀντὶ καλλωπισμοῦ. Τοῖς εἰρημένοις κακοῖς προστέθεικε καὶ τῶν ἀγαπητῶν υἱῶν τὴν ἀναίρεσιν, καὶ τὴν τῶν ἀνδρῶν ἀπώλειαν· ἐπειδὴ, φησὶ, τοσούτων ἀγαθῶν ἀπολαύουσαι τὸν εὐεργέτην οὐκ ἔγνωτε, δέξασθε κακοπραγίαν ἀντὶ τῆς προτέρας εὐημερίας.

κς'. *Καὶ πενθήσουσιν αἱ θῆκαι τοῦ κόσμου ὑμῶν* [4]. Τὴν ἐσχάτην πενίαν αἰνίττεται· Θρηνήσουσι, λέγων, αἱ θῆκαι τοῦ κόσμου ὑμῶν· τουτέστιν, ἔρημοι μενοῦσι, τῶν πολεμίων σφετεριζομένων τὰ ἐν αὐτοῖς. « Καὶ καταλειφθείσῃ μόνῃ καὶ εἰς τὴν γῆν ἐδαφισθήσῃ [5]. » Πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν τρέπει τὸν λόγον. Τούτων γὰρ συμβαινόντων, καὶ τῶν μὲν ἀνδρῶν ἀναιρουμένων, ἐξανδραποδιζομένων δὲ τῶν γυναικῶν, ἔρημος, φησὶ, τῶν οἰκητόρων μενεῖς, οὔτε ταῖς λαμπραῖς οἰκίαις κοσμουμένη, οὔτε τὴν ἀπὸ τῶν περιβόλων ἀσφάλειαν ἔχουσα. Ταῦτα γὰρ πάντα καταλύσουσιν οἱ πολέμιοι.

Vers. 24. *Et erit pro odore suavi pulvis, et pro zona funiculo cingeris.* Prædicens mutationem in contrarium, Non jam, ait, variis unguentis frueris, sed excitatum a copiis militaribus pulverem hauries, et pro zona funiculo cingeris. Tales quippe sunt captivorum calamitates. Quin etiam, quia ærumnæ morbos inducunt, morbi autem capillos sæpe adimunt, eo quod diffluant, ubi ciborum succo ali desierint, « Calvitium habebis, » inquit. Saccus vero luctum significat. Hæc tibi erunt pro ornatu. Ad prædicta autem mala charorum etiam filiorum mortem adjunxit, et virorum interitum. [25.] Quoniam, inquit, tantis beneficiis affectæ benefactorem non agnovistis, infelicitatem pristinæ prosperitatis loco habetote.

Vers. 26. *Et lugebunt loculi ornatus vestri.* Extremam **195** inopiam occulte designat. Lugebunt, inquit, loculi ornatus vestri, hoc est, vacui remanebunt, hostibus ea quæ in illis erant sibi vindicantibus. « Et relinqueris sola, et ad terram allideris. » Ad urbem ipsam convertit sermonem. Cum enim evenient ista, viris interfectis, feminis in servitutem abductis, vacua incolis destitueris, nec splendidis ornata ædificiis, nec mœnia septa præsidio. Hæc enim omnia destruent hostes.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

α'. *Καὶ ἐπιλήψονται ἑπτὰ γυναῖκες ἀνθρώπου ἑνός.* Ἁπλούστερον δὲ περὶ τούτων εἰπεῖν, Τοσαύτη, φησὶ, τῶν ἀνδρῶν ἐρημία, ὡς γυναικῶν πλῆθος ἑνὸς ἀνδρὸς ἐλέσθαι τὴν προστασίαν, καὶ ὑπὸ τὴν τούτου κηδεμονίαν βιοτεύειν παρακαλέσαι.

β'. *Τοῦ ὑψῶσαι καὶ δοξάσαι τὸ καταλειφθὲν ἐν Ἰσραήλ* [6]. Καὶ ἀλλαχοῦ τοίνυν φησίν· « Ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάττης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται. » Κατάλειμμα δὲ τοὺς εὐσεβείᾳ κοσμουμένους προσαγορεύει. Τούτοις ὑπισχνεῖται τὴν περιφάνειαν ὁ προφητικὸς λόγος, καὶ τὴν τῶν ἁγίων προσηγορίαν [7]. Γνόντες γὰρ ἅπαντες, τίνος ἕνεκεν τὴν πολιορκίαν ἐκείνην καὶ ἀνδραποδισμὸν ὑπέμειναν Ἰουδαῖοι, τοὺς τοῦ σωτηρίου κηρύγματος ὑπηρέτας πάσης τιμῆς καὶ θεραπείας ἠξίωσαν. Τούτων καὶ μετὰ θάνατον τὸ κλέος ἀείμνηστον, καὶ παρὰ πάντων ἀνθρώπων ἡ τούτων γεραίρεται μνήμη· οὗτοι καὶ εἰς τὴν ἄνω ἀνεγράφησαν Ἱερουσαλὴμ, περὶ ἧς ὁ μακάριος λέγει Παῦλος· « Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ, καὶ Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀναγεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς. »

CAPUT IV.

Vers. 1. *Et apprehendent septem mulieres hominem unum.* Ut simplicius res exponatur, Tanta, inquit, virorum erit paucitas, ut feminæ complures viri unius dominatum ambiant, et sub ejus cura vivere cupiant.

Vers. 2. *Ut exaltet et glorificet residuum Israelis.* [3.] Et alio item loco dicit : « Si fuerit numerus filiorum Israelis tanquam arena maris, reliquiæ salvi fient [q]. » Reliquias autem vocat viros pietate insignes. Iis promittit propheticus sermo claritatem et appellationem sanctorum. Cum enim nossent omnes, qua de causa obsidionem illam captivitatemque pertulerint Judæi, salutaris prædicationis ministros omni cultu et honore prosecuti sunt. Horum etiam post mortem gloria est immortalis, honoraturque illorum memoria ab hominibus **196** universis. Iidem et in superna ascripti sunt Hierosolyma, de qua loquitur beatus Paulus : « Ac cessistis ad Sionem montem et civitatem Dei viventis, Hierosolymam (cœlestem), et Ecclesiam primitivorum, qui ascripti sunt in cœlo [r]. »

[q] Isa. x, 22. [r] Hebr. xii, 22, 23.

VARIÆ LECTIONES.

[1] κον. *Hebr.* tabes. [2] σχοιν. ζώσῃ. *Hebr.* percussio lumborum. [3] ἀλλὰ—τὸ πένθος. Hæc ad reliqua verba vers. 24 pertinent. [4] Καὶ—ὑμῶν. *Hebr.* et mœrebunt ac lugebunt portæ ejus. [5] Καὶ — ἐδαφ. *Hebr.* et evacuabitur, in terra sedebit. [6] Τοῦ — Ἰσραὴλ *Hebr.* (et fructus terræ erit) elatio et ornatus illis qui salvati fuerint de Israele. [7] τούτοις προσηγορίαν, et quæ deinde seqq. οὗτοι καὶ — Ἱερουσ. pertinent ad vers. 3.

Digitized by Google

Vers. 4. *Et sanguinem Hierosolymæ emundabit de medio ejus, spiritu judicii et spiritu ardoris.* Sanguinem ergo illum dicit, quem in seipsos et in filios effuderunt, clamantes : « Sanguis ejus super nos et super filios nostros [s]. » Purgationem vero illam prædicit, quæ fit per lavacrum regenerationis : quod quidem spiritu judicii et spiritu ardoris perfici ait, quia quemadmodum aurum igne conflatum probum ostenditur, ita qui baptizatur peccatorum virus deponit. Hoc ipsum quoque beatus Joannes Baptista dixit : « Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igne [t]. »

Vers. 5. *Obumbrabit nubes per diem, et tanquam fumo et luce ignis ardente per noctem, omni gloria protegetur.* [6.] Quando Deus liberavit Israelem ab Ægyptiorum servitute, duxit illum sub nube, noctu quidem lucente et luminis usum præbente, interdiu vero, tecti instar ac tabernaculi, radii solaris molestias propellente. Iisdem post Salvatoris nostri adventum spiritualiter potituros prædicit eos, qui in ipsum crediderint : et per nubem istam liberos fore ab asperitate pluviæ, et ab æstu adurente. **197** Protegetur autem in abscondito, id est, invisibiliter. Qui enim spirituali fruuntur gratia, et in pace ordinem colunt, et impiorum insultus retundunt, juxta Domini sententiam, quæ ait : « Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere [u]. » Et : « Nolite cogitare, quomodo vel quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis [v]. » Et : « Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam [x]. »

δ'. Καὶ [8] τὸ αἷμα Ἰερουσαλὴμ [9] ἐκκαθαριεῖ ἐκ μέσου αὐτῆς [10] ἐν πνεύματι κρίσεως, ἐν πνεύματι καύσεως. Αἷμα τοίνυν ἐκεῖνο λέγει, ὃ καθ' ἑαυτῶν καὶ τῶν τέκνων ἐξέχεαν, βοήσαντες· « Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. » Κάθαρσιν δὲ τὴν διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας προλέγει. Πνεύματι δὲ κρίσεως, καὶ πνεύματι καύσεως ἐπιτελεῖσθαι τοῦτό φησιν· ἐπειδὴ, ὥσπερ ἐν πυρὶ χρυσὸς χωνευόμενος ἀποφαίνεται δόκιμος, οὕτως ὁ βαπτιζόμενος τὸν τῶν ἁμαρτημάτων ἰὸν ἀποτίθεται. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς εἰρηκεν· « Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. »

ε'. *Σκιάσει νεφέλη ἡμέρας, καὶ ὡς καπνοῦ καὶ φωτὸς πυρὸς καιομένου νυκτὸς, πάσῃ τῇ δόξῃ σκεπασθήσεται.* Ἡνίκα τὸν Ἰσραὴλ ὁ Θεὸς ἠλευθέρωσε τῆς τῶν Αἰγυπτίων δουλείας, ἦγεν αὐτὸν νεφέλης ἐπικειμένης, καὶ νύκτωρ μὲν δᾳδουχούσης, καὶ τοῦ φωτὸς χορηγούσης τὴν χρείαν· μεθ' ἡμέραν δὲ, σκηνὴν καὶ δρόφον μιμουμένης, καὶ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος τὸ λυποῦν ἀπειργούσης. Τούτων ἀπολαύσειν νοητῶς μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφάνειαν τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας ἡ προφητεία προλέγει. Καὶ διὰ [11] τῆς νεφέλης ταύτης ἀπαλλαγήσεσθαι τοῦ ὑστοῦ σκληρότητος, καὶ καύματος καταφλέγοντος· σκεπασθήσεται δὲ ἐν ἀποκρύφῳ, τουτέστιν ἀοράτως· οἱ γὰρ τῆς πνευματικῆς ἀπολαύοντες χάριτος, καὶ ἐν εἰρήνῃ τιμῶσι τὴν τάξιν, καὶ τὰς τῶν δυσσεβῶν ἀποκρούονται προσβολὰς, κατὰ τὴν δεσποτικὴν παραίνεσιν τὴν φάσκουσαν· « Μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· » καί· « Μὴ μεριμνήσητε, πῶς ἢ τί λαλήσητε. Οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν· » καί· « Ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. »

CAP. V

Vers. 1. *Cantabo nunc dilecto canticum dilecti mei vineæ meæ.* Est canticum laudatorium et nuptiale : et est flebile ac lugubre. Canunt enim homines non solum hymenæos, verum etiam lamentationes. Sic et beatus Moses, cum dira illa Judæis vaticinaretur, canticum appellavit contestationem. Symmachus ergo ista sic vertit : « Cantabo certe dilecto meo canticum dilecti mei de vinea mea. » Dilectus autem vocatur unigenitus Dei Sermo. « Sic enim, inquit, Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam [y]. » Sed et Pater ipse de cœlo testatus est, dicens : « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui [z]. » — « Vinea facta est dilecto in cornu. » Vinea hæc facta

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

α'. Ἄσω δὴ τῷ ἠγαπημένῳ ᾆσμα τοῦ ἀγαπητοῦ [12] τῷ ἀμπελῶνί μου. Ἔστιν ᾆσμα πανηγυρικὸν καὶ γαμήλιον, καὶ ἔστι θρηνητικόν τε καὶ πενθικόν. ἌΙδουσι γὰρ οὐ μόνον ὑμεναίους, ἀλλὰ καὶ θρήνους οἱ ἄνθρωποι. Οὕτω καὶ ὁ μακάριος Μωσῆς, τὰ δεινὰ ἐκεῖνα προειπὼν Ἰουδαίοις, ᾠδὴν τὴν διαμαρτυρίαν ἐκάλεσεν. Ὁ μέντοι Σύμμαχος οὕτω ταῦτα ἡρμήνευσεν· « Ἄσω δὴ τῷ ἠγαπημένῳ μου ᾆσμα τοῦ ἀγαπητοῦ μου εἰς τὸν ἀμπελῶνά μου [13]. » Ἀγαπητὸς δὲ ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ προσαγορεύεται Λόγος· « Οὕτω γὰρ, φησὶν, ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὅτι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Πατὴρ οὐρανόθεν ἐμαρτύρησε λέγων· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. »

[s] Matth. xxvii, 25. [t] Matth. iii, 11. [u] Matth. x, 28. [v] ibid. 19. [x] Matth. xvi, 18. [y] Joan. iii, 16. [z] Matth. iii, 17.

VARIÆ LECTIONES.

[8] Καὶ τὸ αἷμα, κ. τ. λ. Quæ apud LXX præmitt. supra t. I, p. 934, ita leg. : ἐκπλυνεῖ Κύριος τὸν ῥύπον τῶν υἱῶν καὶ τῶν θυγατέρων Σιών. [9] Ἰερουσ. Exstat tantum in edit. Ald. et Compl. [10] Rec. lectio αὐτῶν. Præstat autem lectio αὐτῆς, quam etiam habet cod. Aug. [11] καὶ διὰ, κ. τ λ. Hæc et reliqua ad vers. 6 se referunt. [12] ἀγαπ. Cod. Vat. addit μου, juxta Hebr. לידידי [13] μου. Montf. in Hexapl. ad h. l. habet αὐτοῦ.

Digitized by Google

—« Ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ ἐν κέρατι[14]. » Οὗτος ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ. Αὐτὸς γὰρ ὁ ἀγαπητὸς, δηλονότι Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησεν, ἐξ ἀρχῆς τὸν τοῦ Ἰσραὴλ ἀμπελῶνα ἐφύτευσε. Κέρας δὲ τὴν βασιλείαν τροπικῶς ὀνομάζει· ὥσπερ γὰρ τὰ κερασφόρα τῶν ζώων ὅπλον ἔχει τὰ κέρατα, οὕτως ὁ βασιλεὺς τῶν ὑπηκόων ὑπερμαχεῖ.

A est dilecto. Ipse enim dilectus **198** Filius videlicet Patris, in quo ei complacuit, vineam Israelis ab initio plantavit. Cornu vero tropice vocat regnum. Sicut enim cornigera animantia pro armis habent cornua, ita rex pro subditis suis dimicat.

β'. *Καὶ ἐφύτευσα*[15] *ἄμπελον*[16]. Ἔχει δὲ ἡ ἑρμηνεία τὸ ἀληθές. Ἐκλεξάμενος γὰρ Ἀβραὰμ τὸν πατριάρχην ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἐκ τῶν τούτου κλημάτων τὸν ἀμπελῶνα ἐφύτευσεν. « Καὶ προλήνιον ὤρυξα ἐν αὐτῷ. » Προλήνιον τὸ θυσιαστήριον. Οὐδὲ γὰρ ἦν ἐκεῖνο ληνὸς, ἀλλὰ προλήνιον. Ἐν αὐτῷ γὰρ ἑαυτὴν ἡ ἀλήθεια προδιέγραφε. Ληνοὺς γὰρ νῦν ἔχομεν τὰ θεῖα θυσιαστήρια, ἐν οἷς τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου τὸν μυστικὸν ἀποθλίβομεν οἶνον, καὶ τὰ ἐπιλήνια λέγομεν ἄσματα. « Καὶ ἐποίησεν[16*] ἀκάνθας. » Καὶ γὰρ καὶ τῷ φυτουργῷ ἀκάνθας ἀντὶ σταφυλῆς προσήνεγκαν, καὶ τοιούτῳ στεφάνῳ τὴν δεσποτικὴν ἐταινίωσαν κεφαλήν. Καὶ ὄξος πάλιν ὡς ἄχρηστος αὐτῷ προσεκόμισαν ἀμπελῶν, ἵνα δὴ καὶ συνοπτικῶς περὶ τῶν ἐπὶ τῷ ἀμπελῶνι τούτῳ προειρημένων εἴπωμεν.

Vers. 2. *Et plantavi vineam* (*electam*). Inest autem interpretationi veritas. Abrahamum enim patriarcham cum elegisset universorum Deus, ex hujus palmitibus vineam plantavit. « Et antetorcular fodi in ea. » Antetorcular dicit altare. Illud enim torcular non erat, sed antetorcular. In eo quippe veritas seipsam designabat. Torcularia enim nunc habemus divina altaria, in quibus veræ B vineæ mysticum vinum exprimimus, et cantica pro torcularibus cantamus. « Et fecit spinas. » Nam et plantatori suo pro uvis spinas produxerunt, et tali corona caput Dominicum cinxerunt, et acetum porro tanquam inutilis vinea ipsi protulerunt, ut compendio quæ de hac vinea prædicta sunt exponamus.

γ'. *Κρίνατε*[17] *ἐν ἐμοὶ καὶ ἀναμέσον τοῦ ἀμπελῶνός μου.* Τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ὁ αὐτὸς Δεσπότης πεποίηκε. Τὴν γὰρ τοῦ ἀμπελῶνος παραβολὴν τοῖς Ἰουδαίοις προσενεγκὼν, αὐτοὺς κυρίους τῆς ψήφου κατέστησεν. Ἐπήγαγε γάρ· « Τί οὖν ποιήσει ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος τοῖς γεωργοῖς ἐκείνοις; »

Vers. 3. *Judicate inter me et inter vineam meam.* Hoc etiam egit Dominus ipse in sacris Evangeliis. Vineæ enim parabolam cum Judæis proposuisset, judices ipsos constituit, hæc addens: « Quid faciet dominus vineæ agricolis illis[a]? »

C

δ'[18]. *Νῦν οὖν*[19] *ἀναγγελῶ ὑμῖν τί ἐγὼ ποιήσω τῷ ἀμπελῶνί μου.* Ἐπειδὴ γὰρ παντοδαπὴν αὐτοῦ ποιησάμενος πρόνοιαν, ἄχρηστον εἶδον καὶ ἄκαρπον, πάσης[20] αὐτὸν λοιπὸν προμηθείας γυμνώσω, καὶ τοῖς πατεῖν καὶ κατεσθίειν βουλομένοις γενήσεται πρόχειρος.

199[4.] Vers. 5. *Nunc autem annuntiabo vobis quid ego facturus sim vineæ meæ.* Quandoquidem enim, licet in ea colenda curam omnem adhibuerim, inutilem eam video et infructuosam, omni deinceps illam providentia destituam, et conculcare ac devorare volentibus pervia erit.

ε'. *Ἀναβήσεται*[21] *εἰς αὐτὸν ὡς εἰς χέρσον ἄκανθα.* Οὐκέτι δὲ αὐτῷ τὴν λογικὴν γεωργίαν προσοίσω· ἀλλὰ χερσούμενον καὶ ἀκανθῶν πληρούμενον περιόψομαι. « Καὶ ταῖς νεφέλαις ἐντελοῦμαι τοῦ μὴ βρέξαι εἰς αὐτὸν ὑετόν[22]. » Οὐκέτι οὖν, φησὶ, τῆς προφητικῆς ἀρδείας τὰ νάματα δέξεται ὁ ἀμπελὼν Ἰσραήλ. Νεφέλας γὰρ, ὡς εἴρηται, τοὺς προφήτας καλεῖ, ὡς ἐκ τῆς πνευματικῆς θαλάττης τὸν προφητικὸν ἕλκοντας ὑετόν.

Vers. 6. *Ascendent in eam tanquam in terram incultam spinæ.* Non amplius illi rationalem culturam impertiam: sed incultam et spinis refertam despiciam. « Et nubibus mandabo, ne depluant in eam imbrem. » Non amplius, inquit, irrigationis propheticæ latices recipiet vinea Israel. Nubes enim, sicut dictum est, prophetas vocat, ut qui ex spirituali mari pluviam hauriunt propheticam.

D

ς'. *Ὁ γὰρ ἀμπελὼν Κυρίου Σαβαὼθ ὁ οἶκος τοῦ*

Vers. 7. *Vinea enim Domini Sabaoth domus Is-*

[a] Matth. xxi, 40.

VARIÆ LECTIONES.

[14] κέρατι. Supra, t. I, p. 114 et 886, seqq., quæ proxima sunt, ἐν τόπῳ πίονι. [15] ἐφύτ. *Hebr.* plantavit. [16] ἄμπελον. In vers. lat. add. *electam*, juxta Hebr. שׂרק quod Symm. et ex eo Hesych. per ἐκλεκτήν, haud male explicant. [16*] Καὶ ἐπ. ἀκ. Quæ apud LXX præm. supra, t. I, p. 650, et infra ad Osee xix, 5, ita leg. καὶ ἔμεινα τοῦ ποιῆσαι σταφυλήν. Pro ἀκάνθας in Hebr. est בְּאֻשִׁים labruscas. Aqu. σαπρίας. Symm. ἀτελῆ. [17] Κρίνατε, κ. τ. λ. Quæ præcedunt infra ad Osee II, 1, ita leg.: Καὶ νῦν οἶκος τοῦ Ἰούδα καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἱερουσαλήμ. [18] Quæ prima sunt vers. 4, infra ad Ezech. II, 5, ita leg.: Τί ἔτι ποιήσω τῷ ἀμπελῶνί μου τούτῳ, καὶ οὐκ ἐποίησα; [19] οὖν. Ita in Ald. et Compl. leg. Rec. lectio est δέ. [20] πάσης — πρόχειρος. Hæc ad posteriorem partem vers. 5 spectant. [21] Ἀναβ. — ἄκανθα. *Hebr.* et ascendet sentis et vepres. Quæ h. l. desunt, ex initio vers. ita leg. supra t. I, p. 981: Ἀνήσω τὸν ἀμπελῶνά μου, καὶ οὐ μὴ τμηθῇ, οὐδὲ μὴ σκαφῇ. [22] εἰς αὐτὸν, ὑετόν. Supra, l. c., ἐπ' αὐτόν, omisso ὑετόν. Sed ἐπ' αὐτὸν, ὑετόν leg. infra ad Ezech. xxxiv, 26, et ad Hebr. vi, 7, 8.

Digitized by Google

raelis est, et homo Judæ novella plantatio dilecta. Explicans igitur quæ figurate dicta fuerant, in crimen vocat omnes tribus. Domum enim Israelis appellat omnes qui ab illo sunt orti. Tribum vero Judæ, ut quæ et promissionis benedictionem obtinebat, et ornata templo erat, « novellam plantam dilectam » nuncupavit. « Exspectavi ut faceret judicium. Postquam ostendit quænam esset vinea, nunc et uvas et spinas declarat. « Fecit autem iniquitatem, et non justitiam, sed clamorem. » Hinc aperte licet cognoscere, quod propter rabiem, quam in Salvatorem exercuerunt, divina gratia privati sint. **200** Per clamorem enim rabiem illam designavit. Docet autem sacrorum Evangeliorum historia vehementissime illos clamasse, nunc quidem: « Tolle, tolle, crucifige eum [b]; » nunc vero: « Sanguis ejus super nos et super filios nostros [c]. »

A

B

Vers. 8. *Væ qui conjungitis domum ad domum!* Hic aliam eorum iniquitatem propheta deplorat. Nec solum eos plangit propheta, sed pudore etiam afficit per ea quæ sequuntur: « Habitabitis, inquiens, soli vos in terra? » Hoc enim non enuntiando, sed interrogando legendum est: eamque sententiam clarius nobis expressit Symmachus: « Num habitabitis vos soli in terra? » Si ad vestra libet ea quæ vicini sunt adjungere, semperne hoc perseverabitis facere? Quid ergo, inquit, soline terram universam possidebitis? et quid inde lucri percipietis?

Vers. 9. *Audita enim sunt hæc in auribus Domini Sabaoth.* Terrorem illis incutit,* judicem ostendens, et dicens nihil illum latere eorum quæ geruntur: quippe oculi ipsius contuentur orbem. « Nam si fuerint domus multæ, desertum erunt. » Sic summam illis solitudinem minatur, et cum solitudine frugum inopiam. Diversæ enim sunt animadversiones, quia diversa hominum delicta.

C

Vers. 11. *Væ illis qui surgunt mane, et siceram sequuntur!* Post avaritiam, vinolentiæ ac edacitatis reprehensionem instituit. Proprie autem sicera dicitur potus, qui ex palmis conficitur. **201** Ego vero per hæc significari arbitror propinationum apparatus. Symmachus autem et Aquila siceram interpretati sunt *temulentiam.*

D

Vers. 13. *Ergo captivus populus meus factus est, eo quod ipsi non cognoverunt Dominum.* Tandem hoc loco malorum, quæ Judæis eventura erant, aperte causam explicat, dicens: « Eo quod ipsi non cognoverunt Dominum. » Famem autem, et sitim, et captivitatem, accuratius Josephi nos docent historiæ. Ipse enim triste illud facinus litteris

'Ισραὴλ ἐστι, καὶ ὁ ἄνθρωπος [23] τοῦ Ἰούδα νεόφυτον ἠγαπημένον. Ἑρμηνεύων τοίνυν τὰ τροπικῶς εἰρημένα, τῇ κατηγορίᾳ πάσας ὑπέβαλε τὰς φυλάς· οἶκον γὰρ Ἰσραὴλ πάντας τοὺς ἐξ ἐκείνου καλεῖ· τὴν δὲ τοῦ Ἰούδα φυλήν, ὡς καὶ τὴν ἐπαγγελίας ἔχουσαν εὐλογίαν, καὶ τῷ ναῷ κοσμουμένην, « νεόφυτον ἠγαπημένον » ὠνόμασεν. « Ἔμεινα [24] τοῦ ποιῆσαι κρίσιν. » Δείξας τίς ὁ ἀμπελὼν, ἐνταῦθα τὴν σταφυλὴν καὶ τὰς ἀκάνθας δήλας ποιεῖ. « Ἐποίησε δὲ ἀνομίαν, καὶ οὐ δικαιοσύνην, ἀλλὰ κραυγήν. » Ἐντεῦθεν ἔστιν διαγνῶναι σαφῶς, ὡς κατὰ τοῦ Σωτῆρος λυττήσαντες τῆς θείας ἐγυμνώθησαν χάριτος. Διὰ γὰρ τῆς κραυγῆς τὴν μανίαν ἐκείνην ἐδήλωσε. Διδάσκει δὲ καὶ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων ἡ ἱστορία, ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἔκραζον, ποτὲ μὲν λέγοντες, « Ἆρε, ἆρε, σταύρωσον αὐτόν· » ποτὲ δὲ, « Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. »

η'. *Οὐαὶ, οἱ συνάπτοντες οἰκίαν πρὸς οἰκίαν!* Ἐνταῦθα καὶ τὴν ἄλλην αὐτῶν ἀδικίαν ὁ προφήτης θρηνεῖ· οὐ μόνον οὖν αὐτοὺς ἐθρήνησεν ὁ προφήτης· ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπαγομένοις ἐντρέπει, « Οἰκήσετε μόνοι, λέγων, ἐπὶ τῆς γῆς; » Τοῦτο γὰρ οὐ κατὰ ἀπόφασιν, ἀλλὰ κατὰ [25] ἐρώτησιν ἀναγνωστέον. Ταύτην δὲ τὴν διάνοιαν πεποίηκεν ἡμῖν σαφεστέραν ὁ Σύμμαχος· « Ἆρα κατοικήσεσθε μόνοι ὑμεῖς ἐν τῇ γῇ; » Εἰ τὰ πελάζοντος βούλεσθε συνάπτειν τοῖς ὑμετέροις, ἀεὶ τοῦτο διατελέσετε δρῶντες; Τί οὖν, φησὶ, μόνοι τῆς γῆς ἁπάσης δεσπόται γενήσεσθε; καὶ ποῖον ἐντεῦθεν καρπώσεσθε κέρδος;

θ'. *Ἠκούσθη γὰρ εἰς τὰ ὦτα Κυρίου Σαβαὼθ ταῦτα.* Ἐντίθησι γὰρ αὐτοῖς καὶ δέος, ὑποδεικνὺς τὸν κριτήν· καὶ λέγων, ὡς οὐδὲν αὐτὸν λανθάνει τῶν γινομένων. Οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἐπιβλέπουσι τὴν οἰκουμένην. « Ἐὰν γὰρ [26] γένωνται οἰκίαι πολλαὶ, εἰς ἔρημον ἔσονται. » Οὕτως ἀπειλεῖ αὐτοῖς καὶ παντελῆ ἐρημίαν· πρὸς τῇ ἐρημίᾳ δὲ καὶ ἀκαρπίαν. Διάφοροι γὰρ αἱ παιδεῖαι, ἐπειδὴ διάφορα τῶν ἀνθρώπων τὰ πλημμελήματα.

ια'. *Οὐαὶ οἱ ἐγειρόμενοι πρωΐ, καὶ τὸ σίκερα διώκοντες!* Μετὰ τὴν πλεονεξίαν, τῆς οἰνοφλυγίας καὶ τῆς γαστριμαργίας κατηγορεῖ· κυρίως οὖν σίκερα τὸ ἐκ φοινίκων ὀνομάζεται πόμα. Ἐγὼ δὲ οἶμαι διὰ τούτων σημαίνεσθαι τὰς τῶν προπομάτων κατασκευάς. Ὁ μέντοι Σύμμαχος καὶ Ἀκύλας τὸ σίκερα *μέθυμα* ἡρμήνευσαν.

ιγ'. *Τοίνυν αἰχμάλωτος ὁ λαός μου ἐγενήθη, διὰ τὸ μὴ γνῶναι αὐτοὺς τὸν Κύριον.* Τέως δ' οὖν ἐνταῦθα σαφῶς ὁ λόγος ἐδήλωσε τῶν συμβησομένων Ἰουδαίοις κακῶν τὴν αἰτίαν, εἰπὼν, « Διὰ τὸ μὴ εἰδέναι αὐτοὺς τὸν Κύριον· » τὸν δὲ λιμὸν [27] καὶ τὸ δίψος, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν, ἀκριβέστερον ἡμᾶς αἱ Ἰωσήπου διδάσκουσιν ἱστορίαι· ἐκεῖνος γὰρ τὸ ἀνιαρὸν

[b] Luc. xxiii, 17-21. [c] Matth. xxvii, 25.

VARIÆ LECTIONES.

[23] ἄνθρ. Infra ad Habac. iii, 17 leg. οἶκος. [24] ἔμεινα. *Hebr.* exspectavit. [25] κατὰ ἐρώτ. ἀναγν. Sed in Hebr. non est interrogatio. [26] Ἐὰν γὰρ, κ. τ. λ. Ut formula jurandi hæc juxta Hebr. exprimi debuissent. [27] τὸν δὲ λιμὸν, κ. τ. λ. Hæc ad reliqua vers. 13. verba pertinent.

Digitized by Google

ἐκεῖνο δρᾶμα τῆς τὸν υἱὸν διὰ λιμὸν καταφαγούσης A prodidit ejus quæ filium propter famem devoravit.
συνέγραψε.

ιδ'. *Καὶ ἐπλάτυνεν ὁ ᾅδης τὴν ψυχὴν αὐτοῦ.* Τὸ πλῆθος δὲ τῶν νεκρῶν διὰ τούτων δεδήλωκε, προσωποποιΐᾳ χρησάμενος, καὶ ὑποδείξας ἡμῖν τὸν θάνατον, οἷόν [28] τι κῆτος ἀνεῳγὸς ἔχον στόμα διηνεκῶς, καὶ ἀπαύστως ὑποδεχόμενον τοὺς παραπεμπομένους νεκρούς. « Καὶ οἱ λοιμοὶ αὐτῆς [29]. » Λοιμοὺς καλεῖ τοὺς οὐ μόνον σφᾶς αὐτοὺς διαφθείροντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους εἰς τὴν αὐτὴν νόσον ἐκκαλουμένους· τοιαύτη γὰρ καὶ ἡ τοῦ λοιμοῦ φύσις· μεταδιδόασι γὰρ οἱ νοσοῦντες τοῦ πάθους τοῖς ὑγιαίνουσιν.

ιε'. *Καὶ ὀφθαλμοὶ οἱ μετέωροι ταπεινωθήσονται.* Μετεώρους γὰρ ὀφθαλμοὺς τοὺς ἀλαζονικοὺς ὀνομάζει· οὓς ἀναγκάζει διὰ τῆς τιμωρίας βλέπειν εἰς γῆν.

ις'. *Καὶ ὑψωθήσεται Κύριος Σαβαὼθ ἐν κρίματι.* Οἱ γὰρ ὁρῶντες τίνοντας δίκας τοὺς δυσσεβεῖς καὶ παρανόμους, τὸν δίκαιον κριτὴν ἀνυμνήσουσιν.

ιζ'. *Καὶ* [30] *βοσκηθήσονται οἱ διηρπασμένοι ὡς ταῦροι, καὶ τὰς ἐρήμους τῶν ἐπειλημμένων* [31] *ἄρνες* [32] *φάγονται.* Ὅτι τῶν εἰς τὸν Κύριον πεπιστευκότων τὰς οὐσίας διήρπασαν οἱ τοῖς εὐαγγελικοῖς ἀντιλέγοντες δόγμασιν, ἄντικρυς ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ Ἀπόστολος· καὶ γὰρ Θεσσαλονικεῦσιν ἐπιστέλλων ἔφη· « Ὑμεῖς γάρ, ἀδελφοί μου, μιμηταὶ ἐγενήθητε τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, τῶν οὐσῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· τὰ γὰρ αὐτὰ ἐπάθετε καὶ ὑμεῖς ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, τῶν καὶ τὸν Κύριον ἀποκτεινάντων, καὶ τοὺς ἰδίους προφήτας καὶ ἡμᾶς ἐκδιωξάντων, καὶ θεῷ μὴ ἀρεσκόντων, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίων. » Καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς Ἰουδαίοις γράφων ὧδέ φησιν· « Ἀναμιμνήσκεσθε τὰς πρότερον ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων· τοῦτο μὲν, ὀνειδισμοῖς καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι, τοῦτο δὲ, κοινωνοὶ τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων γενηθέντες· καὶ γὰρ τοῖς δεσμοῖς μου συνεπαθήσατε, καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μεθ' ἡδονῆς προσεδέξασθε. » Τούτους μετὰ ἐκείνων ὅλεθρον ταύροις ἀπεικάζει ἀδεῶς νεμομένοις. Καὶ γὰρ ἀληθῶς φέροντες τὸν τοῦ Κυρίου ζυγὸν, πάντα ἐγεώργουν τὰ ἔθνη. Τούτους καὶ ἄρνας ὀνομάζει· οὕτω γὰρ αὐτοὺς ὁ Κύριος καλεῖ· « Ἰδοὺ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς ἄρνας ἐν μέσῳ λύκων. » Τούτοις ἐπαγγέλλεται δώσειν τῶν ἐαλωκότων καὶ αἰχμαλώτων γενομένων τὰ ἔρημα. Ἀπειλημμένους [33] γὰρ τοὺς οἱονεὶ ἠγρευμένους καὶ ὁρυαλώτους γεγενημένους ὠνόμασεν. Ὁ μέντοι Σύμμαχος τούτους *παρανόμους* ἡρμήνευσε.

VERS. 14. *Et dilatavit infernus animam suam.* Multitudinem vero mortuorum his verbis declaravit per prosopopœiam, mortem nobis repræsentans, velut cetum quemdam, qui os continuo apertum habeat, et transmissos mortuos continuo absorbeat. « Et pestilentes ejus. » Pestilentes vocat eos, qui non solum seipsos corrumpunt, sed alios etiam in morbi societatem trahunt. Talis enim est natura pestis, ut qui ea laborant sanos inficiant, et labem communicent.

VERS. 15. *Et oculi sublimes humiliabuntur.* Sublimes oculos dicit arrogantes, quos vi supplicii cogit terram contueri.

B

VERS. 16. *Et exaltabitur Dominus Sabaoth in judicio.* Qui enim pœnas dantes impios et prævaricatores videbunt, justum judicem laudibus efferent.

VERS. 17. *Et pascentur direpti* **202** *quasi tauri, et deserta eorum qui intercepti sunt agni comedent.* Quod facultates eorum qui in Dominum credidérant, diripuerint evangelicorum dogmatum adversarii, aperte nos docuit Apostolus. Scribens enim ad Thessalonicenses: « Vos enim, inquit, fratres mei, imitatores facti estis Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Judæa in Christo Jesu: quia eadem passi estis et vos a contribulibus vestris, sicut et ipsi a Judæis, qui et Dominum occiderunt, et prophetas et nos persecuti sunt, et Deo non placent, et omnibus hominibus adversantur [d]. » Et ad Judæos ipsos scribens sic ait: « Recordemini pristinorum dierum, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum, et in altero quidem opprobriis et tribulationibus spectaculum facti; in altero autem socii ita conversantium effecti. Nam et vinculis meis compassi estis, et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio sustinuistis [e]. » Hos ergo post illorum interitum cum tauris comparat secure pascentibus. Etenim jugum Domini revera ferentes, gentes omnes excolebant. Eosdem etiam agnos vocat. Sic enim illos Dominus appellavit: « Ecce ego mitto vos sicut agnos in medio luporum [f]. » His promittit se daturum deserta captivorum et ferro subactorum. Interceptos enim dixit eos, qui quasi venatu comprehensi et hasta capti sunt. Symmachus autem interpretatus est *prævaricatores*.

C

D

[d] I Thess. II, 14, 15. [e] Hebr. x, 32-34. [f] Luc. x, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[28] οἷον — νεκρούς. Alluditur ad mediam vers. partem. [29] οἱ λοιμ. αὐτ. *Hebr.* et exsultans in ea. Symm. et Theod. καὶ ἀγαλλιώμενος ἐν αὐτῇ. [30] Καὶ — ταῦροι *Hebr.* Et pascentur agni secundum ductum suum, s. pro more suo. *Vulg.* juxta ordinem suum. Lapsus τῶν O' jam notavit HIERON. ad h. l. Vid. SABATIER, Bibl. sacr. lat. vers. ant., t. II, ad h. l. [31] ἐπειλ. Ita sola Ald. habet. Rec. lectio est ἀπειλημμένων, *eorum qui capti sunt.* Hebr. medullatorum s. pinguium. [32] ἄρνες. *Hebr.* peregrini. Symm. πάροικοι. [33] Receptam lect. h. l. sequitur Theodoretus.

Digitized by Google

VERS. 18. *Væ qui trahunt* **203** *peccata sua quasi funiculo longo!* Sed et simpliciter loquendo, grave est peccare : perseverare autem et augere peccatum, multo gravius. Tales in præsentia reprehendit, qui malis insistunt, et pœnitentiam agere nolunt, quin et propheticis prædictionibus contradicunt. Id enim declaravit, cum addidit :

VERS. 19. *Qui dicunt : Cito appropinquent quæ Deus facturus est, ut videamus.* Quippe sunt verba non credentium, et falsitatis prophetiam insimulantium.

VERS. 20. *Væ qui dicunt malum bonum, et bonum malum!* Ad aliam exinde accusationem se convertit. Hujusmodi enim est modus adulantium : improbos laudant, bonos deridunt, ventris gratia omnia faciunt. Tales autem sunt judices injusti, qui munera accipiunt, et jus vendunt.

VERS. 21. *Væ qui sunt sapientes in semetipsis!* Arguit etiam eos qui de sapientia efferuntur, et sapientissimæ Annæ non obtemperant dicenti : « Non glorietur sapiens in sapientia sua [g]. » Sed et juxta Proverbiorum vocem : « Quæ refugit disciplinam sapientia, errat [h]. »

VERS. 22. *Væ valentibus inter vos, qui bibunt vinum!* Resumit temulentorum reprehensionem.

VERS. 23. *Qui justificant impium propter munera, et justitiam justo auferunt.* Eosdem accusat, ut qui præsunt quidem, sed injuste regunt. Nam cum salutarem calculum huic **204** porrigat justitia, vos hunc, inquit, injuste auferentes injustis datis.

VERS. 24. *Propter hoc sicut uretur stipula a carbone ignis.* Post accusationem supplicii minas ingerit (comparans illos quidem cum materia quæ ignem facile concipit, cum igne vero justitiam), fore ut instar illius cum flore radix ipsa absumatur. Appellat autem radicem illos ipsos : florem vero brevem prosperitatis durationem.

VERS. 25. *Et acerbati sunt montes.* Per montes nimirum dæmonas innuit, qui ab eis colebantur in montibus. Propter hæc igitur quæ dicta sunt, et montes ipsos, et vias impleverunt cadaveribus, stercoris instar in terram projectis, juxta dictum Psalmographi : « Facti sunt ut stercus terræ [i]. » — « Et in omnibus his non est aversus furor ejus. » Non est itaque aversus furor Dei, quia nec ipsi a prævaricatione destiterunt. Hoc enim et postea

ιη'. *Οὐαὶ οἱ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν* [34], *ὡς σχοινίῳ μακρῷ* [35] ! Ἀλλὰ καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, χαλεπὸν μὲν τὸ ἁμαρτάνειν, τὸ δὲ ἐπιμένειν καὶ αὔξειν τὴν ἁμαρτίαν πολλῷ χαλεπώτερον. Τῶν τοιούτων ἐπὶ τοῦ παρόντος κατηγορεῖ, ὡς τοῖς κακοῖς ἐπιμενόντων, καὶ μεταμελείᾳ χρήσασθαι μὴ βουλομένων, ἀλλὰ καὶ ταῖς προφητικαῖς ἀντιλεγόντων προρρήσεσι. Τοῦτο γὰρ ἐδήλωσε, διὰ τοῦ ἐπαγαγεῖν·

ιθ'. *Οἱ λέγοντες· Τὸ τάχος ἐγγισάτω ἃ ποιήσει ὁ Θεὸς* [36], *ἵνα ἴδωμεν.* Ταῦτα δὲ ἀπιστούντων ἐστὶ, καὶ ψεῦδος τῆς προφητείας κατηγορούντων

κ'. *Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρόν !* Ἐπ' ἄλλην κατηγορίαν ἐντεῦθεν τρέπεται. Τοιοῦτος γὰρ κολάκων ὁ βίος· ἐπαινοῦσι τοὺς πονηροὺς, κωμῳδοῦσι τοὺς ἀγαθοὺς, πάντα τῆς γαστρὸς ἕνεκα δρῶσι. Τοιοῦτοι δὲ οἱ ἄδικοι δικασταὶ, οἱ δωροδόκοι, οἱ πωλοῦντες τὸ δίκαιον.

κα'. *Οὐαὶ οἱ σοφοὶ* [37] *ἐν ἑαυτοῖς !* Καὶ τῶν ἐπὶ σοφίᾳ βρενθυνομένων κατηγορεῖ, καὶ μὴ πειθομένων τῇ σοφωτάτῃ Ἄννῃ λεγούσῃ· « Μὴ καυχάσθω ὁ [38] σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ· » ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ Παροιμιαστοῦ φωνήν· « Ἀνεξέλεγκτος σοφία [39] πλανᾶται. »

κβ'. *Οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες ὑμῶν, οἱ πίνοντες τὸν οἶνον* [40] ! Ἐπαναλαμβάνει τὴν τῶν μεθυόντων κατηγορίαν.

κγ'. *Οἱ δικαιοῦντες τὸν ἀσεβῆ ἕνεκεν δώρων, καὶ τὸ δίκαιον τοῦ δικαίου αἴροντες.* Κατηγορεῖ τῶν αὐτῶν, ὡς ἀρχόντων μὲν, ἀδίκως δὲ ἡγουμένων. Τῆς γὰρ δίκης τούτῳ τὴν νικῶσαν ὀρεγούσης ψῆφον, ὑμεῖς, φησὶ, παρανόμως ταύτην ἁρπάζοντες τοῖς ἀδικοῦσι δίδοτε.

κδ'. *Διὰ τοῦτο ὃν τρόπον καυθήσεται καλάμη ὑπὸ ἄνθρακος πυρὸς* [41]. Μετὰ τὴν κατηγορίαν ἐπιφέρει τῆς τιμωρίας τὴν ἀπειλήν· τῇ μὲν εὐπρήστῳ ὕλῃ αὐτοὺς ἀπεικάζων, τῷ δὲ πυρὶ τὴν δίκην· ὥσπερ γὰρ ἐκείνην, μετὰ τοῦ ἄνθους καὶ τὴν ῥίζαν δαπανηθῆναι. Καλεῖ [42] δὲ ῥίζαν μὲν αὐτοὺς, ἄνθος δὲ τῆς εὐημερίας τὸ πρόσκαιρον.

κε'. *Καὶ παρωξύνθη τὰ ὄρη.* Διὰ μέντοι τῶν [43] ὀρῶν, τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι παρ' αὐτῶν τιμωμένους ᾐνίξατο δαίμονας· τῶν εἰρημένων τοίνυν ἁπάντων ἕνεκα, καὶ αὐτὰ τὰ ὄρη, καὶ τὰς ὁδοὺς ἐπλήρωσαν νεκρῶν, κόπρου [44] δίκην ἐπὶ τῆς γῆς ἐῤῥιμμένων, κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Ψαλμῳδοῦ εἰρημένον· « Ἐγενήθησαν ὡσεὶ κόπρος ἐν τῇ γῇ. » — « καὶ ἐν πᾶσι τούτοις οὐκ ἀπεστράφη ὁ θυμὸς αὐτοῦ. » Οὐκ ἀπεστράφη τοίνυν ὁ θυμὸς τοῦ Θεοῦ· οὐδὲ γὰρ αὐτοὶ τῆς παρανομίας

[g] I Reg. II, 10, juxta LXX. [h] Prov. x, 17. [i] Psal. LXXXII, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[34] τ. ἁμ. αὐτ. *Hebr.* iniquitatem. [35] μακρῷ. Reliqua textus verba supra t. I, p. 1369, et infra ad Ezech. VII, 7, ita leg. : Καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεων (δαμάλεως ad Ezech. l. c.) τὰς ἀνομίας αὐτῶν. [36] τὸ — ὁ Θεός. *Hebr.* festinet, cito veniat opus ejus. [37] σοφοί. Ita quoque cod. Aug. Rec. lectio est συνετοί. [38] ὁ — αὐτοῦ. Rec. lectio l. c. est ὁ φρόνιμος ἐν τῇ φρονήσει αὐτοῦ. [39] σοφία. Pro παιδεία, ut l. c. leg. [40] οἱ — οἶνον. *Hebr.* illis qui strenui sunt ad bibendum vinum. [41] ὑπὸ ἄνθρ. πυρ. *Hebr.* lingua ignis. [42] καλεῖ, κ. τ. λ. Hæc ad poster. partem hujus vers. pertinent. [43] παρωξ. *Hebr.* commoti sunt. Aqu. ἐκλονήθησαν. Theod. ἐταράχθη. [44] κόπρου, κ. τ. λ. Hæc ad mediam partem vers. 25 partem spectant.

Digitized by Google

ἀπέστησαν. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτά φησι· « Καὶ ὁ λαὸς οὐκ ἀπέστη ἕως ἐπλήγη. » Τὸ δὲ, « Ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑψηλὴ, » ἐκ μεταφορᾶς εἴρηται τῶν ἱμάντι ἢ ῥάβδῳ μαστιγούντων οἰκέτην, καὶ τὴν χεῖρα ὑφούντων.

κς'. *Τοιγαροῦν ἀρεῖ σύσσημον ἐν τοῖς ἔθνεσι μακρόθεν* [46]. Τοὺς Ῥωμαίους διὰ τούτων ἠνίξατο· τοὺς γὰρ Βαβυλωνίους καὶ τοὺς Ἀσσυρίους πολλάκις μὲν ἐξ ὀνόματος, πολλάκις δὲ ἀπὸ τοῦ κλίματος προσαγορεύει· ὡς ὅταν λέγει· « Ἀπὸ Βορρᾶ ἐκκαυθήσεται τὰ κακά· » καί· « Τὸν ἀπὸ Βορρᾶ ἐκδιώξω ἀφ' ὑμῶν, » καί· « Ἐρῶ τῷ βορρᾷ· Ἄγε. » Ἐνταῦθα δὲ σημαίνει διὰ τούτων τὸ Ῥωμαϊκὸν στρατόπεδον ἀπὸ τῶν δυτικῶν μερῶν ὁρμῆσαν κατὰ τῆς Ἱερουσαλήμ. « Καὶ συριεῖ αὐτοὺς ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς. » Διὰ μέντοι τοῦ *συριεῖ* τὸ Δεσποτικὸν ἔδειξε κράτος. Καθάπερ γὰρ ὁ δεσπότης οἰκέτην συρίζων καλεῖ, ὁ δὲ μετὰ δέους τρέχει πρὸς τὴν ἠχήν· οὕτως ὁ τῶν ὅλων Θεὸς νεύει, φησὶ, καὶ συντρέχουσι Ῥωμαῖοι. Ἢ ὡς ἀπό γε τῆς συνηθείας τῶν μελισσῶν [46] τὸ *συριεῖ* ἐδέξατο. Ἔν ἔθει γάρ πώς ἐστι τοῖς μελιττοκόμοις συρίζειν αὐταῖς· οὕτω τε τῶν σύμβλων ἀπωφέρειν εἰς ἄνθη καὶ πόας, καὶ μὴν καὶ ἀνακομίζειν ἐξ ἀγρῶν, οἴκοι τε αὐτὰς ἐναυλίζεσθαι ποιεῖν.

κζ'. *Οὐ πεινάσουσιν, οὐδὲ κοπιάσουσιν* [47], *οὐδὲ νυστάξουσιν, οὐδὲ κοιμηθήσονται.* Καὶ τὴν πολεμικὴν ἐμπειρίαν αὐτῶν, καὶ τὴν ἀνδρείαν, καὶ τὴν ἐν ταῖς στρατείαις διδάσκει κακοπάθειαν· Νικῶσι, λέγων, τῇ πολεμικῇ ἐμπειρίᾳ τὰ πάθη τῆς φύσεως· ἀπωθοῦντες τοῦ ὕπνου τὴν προσβολὴν, ἀναπαύλης ἀπολαύειν οὐ βούλονται· προδιαγράφει καὶ τὴν πανοπλίαν αὐτῶν.

κη'. *Ὧν τὰ βέλη ὀξέα ἐστὶ*, καὶ τὰ ἑξῆς.

κθ'. *Ὀργιῶσιν ὡς λέοντες.* Ἀλαλάζειν εἰώθασιν ἐν τοῖς πολέμοις, τοὺς ἀντιπραττομένους τῇ κοινῇ φωνῇ δεδιττόμενοι. Ταύτην τὴν βοὴν βρυχηθμῷ λεόντων ἀπείκασεν. Ὥσπερ γὰρ ὁ λέων βρυχώμενος, καὶ τὰ θηρία καὶ τὰ κτήνη φοβεῖ, οὕτως οὗτοι αὐτοβοεὶ τῶν πολεμίων περιγενέσθαι δυνήσονται.

λ'. *Καὶ βοήσει δι' αὐτοὺς τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ὡς φωνὴ θαλάσσης κυμαινούσης.* Ταῦτα πάντα εἴρηται περὶ τῶν πολιορκούντων. Διὰ τούτων δὲ καὶ τὸ πλῆθος ἔδειξε, καὶ τοὺς λόγους κύμασιν ἐοικότας, καὶ τῇ φωνῇ κατακτυποῦντας τῶν ἀντιπάλων τὰς ἀκοάς. « Καὶ [48] ἐπιβλέψονται εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἰδοὺ σκότος. » Τότε τοίνυν, φησὶν, οἱ τῆς κατ' ἐμοῦ μανίας τίνοντες δίκας, ἀναβλέψουσι μὲν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐπικουρίας τινὸς ἀντιβολοῦντες τυχεῖν· ὄψονται δὲ, οὐ τὴν πρόνοιάν μου δίκην φωτὸς ἐπιφαινομένην, ἀλλὰ τὴν τιμωρητικὴν δύναμιν, ζόφον αὐτῶν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπιφέρουσαν.

dicit: « Et populus non recessit donec percussus est. » Illud vero, « Manus ejus excelsa, » per translationem dictum est, ab iis qui scutica aut virga famulum cædunt, et manum attollunt.

Vers. 26. *Ergo levabit signum in nationibus procul remotis.* Romanos his verbis designavit. Nam Babylonios quidem et Assyrios frequenter ex nomine, sæpe etiam ex climate indicat; ut quando dicit: « Ab aquilone incendentur mala i; » et: « Venientem ab aquilone repellam a vobis [k]; » et: « Dicam aquiloni: Age [l]. » Hic vero exercitum **205** Romanorum his verbis significat, ab occidente venientem adversus Hierosolymam. « Et sibilo vocabit eos ab extremo terræ. » Per verbum *sibilabit* Domini ostendit potentiam. Quemadmodum enim dominus famulum sibilando accersit, et ille cum metu accurrit ad sonum: sic universorum Deus annuit, inquit, et concurrunt Romani. Aut certe ab apum consuetudine *sibilabit* desumptum est. Solent enim pastores apum sibilos edere, atque his illas vel ex alvearibus in flores et herbas immittere, vel ex agris reducere, domique ut maneant efficere.

Vers. 27. *Non esurient, neque laborabunt; non dormitabunt, neque dormient.* Et bellicam illorum scientiam ac fortitudinem, et patientiam in expeditionibus docet. Vincunt, inquit, militari experientia defectus naturæ, somni repellentes impetum, quietem capere nolunt. Describit insuper omnem illorum armaturam.

Vers. 28. *Quorum sagittæ acutæ sunt*, et quæ sequuntur.

Vers. 29. *Rugiunt ut leones.* Vociferari in bellis solent, et communi voce terrorem hostibus incutere. Clamorem hunc cum rugitu leonum comparat. Sicut enim leo rugiens et feras terret et jumenta, sic illi clamore ipso vincere hostes poterunt.

Vers. 30. *Et clamabit propter eos die illo, sicut vox maris fluctuantis.* Hæc omnia de obsidentibus dicuntur. Per hæc autem et multitudinem illorum significavit, et sermones fluctibus similes, vocisque sono aures adversariorum verberantes. « Et **206** respicient in cœlum, et ecce tenebræ. » Tunc, inquit, suæ in me insaniæ pœnas luentes, cœlum quidem suspicient, aliquid auxilii exspectantes; videbunt autem, non providentiam meam lucis instar affulgentem, sed ultricem potentiam tenebras ipsorum oculis offundentem

[i] Jerem. I, 14. [k] Jerem. X, 22. [l] Jerem. IV, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[46] μακρ. Rec. lectio est τοῖς μακράν. [46] μελισσῶν. Editio prior habebat μυῶν. [47] Οὐ — κοπιάσ. *Hebr* non erit fessus, neque impingent in eo. [48] καὶ —οὐρανόν. Præstat rec lectio, καὶ ἐπιβλέψονται εἰς τὴν γῆν. Ald. et Compl. habent εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνω καὶ κάτω. Sicque etiam cod. Aug.

Digitized by Google

CAPUT VI.

VERS. 1. *Et factum est anno quo mortuus est Osias.* Omnia ergo, quæ hactenus dicta sunt, regnante Osia vaticinatus est propheta; hæc autem quæ modo recitantur, sub Joathamo vidit, Osiæ filio, qui patris regno successit. Innuit autem propheta, ut dixi, cessationem prophetiæ factam propter Osiæ prævaricationem. Is enim sub initium quidem regni sui divina providentia fruitus est, atque allophylos vicinosque alios hostes perdomuit. Elatus autem post victoriam, et sacerdotii dignitatem usurpavit, et templi adyta pervadens incensum offerre ausus est, quod nec omnibus offerre sacerdotibus licebat. Soli enim summo sacerdoti ad Sancta sanctorum aditus patebat. Atque illum quidem cohibere conatus est Azarias sacerdos, et alii cum eo sacerdotali honore insignes. Sed quia nec horum consilio paruit, Dominus illi benignam correptionem intulit. Non enim terram ei dehiscere jussit, neque flammam de cœlo immisit; sed corporis colorem mutavit, et lepræ maculam injecit. Qua **207** pœna affectus, ex templo statim exsiliit, domique residens regnum per Joathamum filium administravit. Hac de causa universorum Deus et populo irascitur, nullumque illis reddit oraculum; et contra prophetam indignatur, qui tacuerit, et reprehensionem non adhibuerit. Post illius scilicet excessum hanc prophetæ visionem ostendit; quare illius mortem apposite commemorat, docens quando siluerit, et quando iterum prophetiam receperit.

VERS. 2. *Et Seraphim stabant in circuitu ejus.* Videtur autem et superbum regem notare sanctorum Seraphim reverentia. Ille enim nullo pacto sibi conveniens ministerium impudenter arripuit; at invisibiles virtutes, quibus cœlestis credita est laudatio, timorem habitu præ se ferebant. Tegebant enim facies suas, cum splendorem ferre non possent, qui ex Domini aspectu coruscabat: abscondebant et pedes, servitutem innuentes, et metum ostendentes, et ministerium decenter explentes. « Et duabus volabant. » Significat enim volatus sublimitatem intelligentiæ.

VERS. 3. *Et dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth.* Offerebant enim hunc hymnum, et unam deitatis naturam per Domini vocem innuentes (singulariter enim enuntiabant), et Trinitatis quoque numerum indicantes, ter Sanctus acclamando. Nam « Sanctus, sanctus, sanctus, » ad declarandam Trinitatem facit: **208** « Dominus Sabaoth, » ad significandam unicam naturam.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

α'. *Καὶ ἐγένετο τοῦ ἐνιαυτοῦ οὗ ἀπέθανεν Ὀζίας.* Ἅπαντα μὲν οὖν τὰ προειρημένα, βασιλεύοντος Ὀζίου, προεθέσπισεν ὁ προφήτης· ταῦτα δὲ τὰ νῦν ἀνεγνωσμένα ἐπὶ Ἰωάθαμ ἐθεάσατο, ὃς, υἱὸς ὢν Ὀζίου, τὴν ἐκείνου διεδέξατο βασιλείαν. Αἰνίττεται δὲ ὁ προφήτης, ὡς ἔφην, τὴν γεγενημένην παῦλαν τῆς προφητείας διὰ τὴν τοῦ Ὀζίου παρανομίαν· οὗτος γὰρ ἁπήλαυσε μὲν, εὐθὺς βασιλεύσας, τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας, καὶ τῶν ἀλλοφύλων τῶν τε ἄλλων πλησιοχώρων ἐκράτησε πολεμίων. Τυφωθεὶς δὲ μετὰ τὴν νίκην, καὶ τῆς ἱερωσύνης ἥρπασε τὴν ἀξίαν, καὶ τῶν ἀδύτων τοῦ ναοῦ κατατολμήσας, προσενεγκεῖν ἐτόλμησε τὸ θυμίαμα· ὃ οὐδὲ πᾶσιν ἐξῆν προσφέρειν τοῖς ἱερεῦσι. Μόνῳ γὰρ εἰσιτητὸν ἦν τῷ ἀρχιερεῖ εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων· καὶ ἐπειράθη μὲν αὐτὸν ἐπισχεῖν Ἀζαρίας ὁ ἱερεὺς, καὶ ἕτεροι σὺν τούτῳ τῆς ἱερωσύνης ἠξιωμένοι· ἐπειδὴ δὲ οὐδὲ τὴν τούτων ἐδέξατο συμβουλὴν, φιλάνθρωπον αὐτῷ παιδείαν ὁ Δεσπότης ἐπήγαγεν. Οὐ γὰρ ἐκέλευσεν αὐτῷ χῆναι τὴν γῆν, οὐδὲ πρηστῆρα οὐρανόθεν ἐπήνεγκεν· ἀλλὰ τὴν τοῦ σώματος ἐνήλλαξε χρόαν, καὶ τῆς λέπρας αὐτῷ τὴν ἀτιμίαν ἐπέθηκε. Ταύτην δεξάμενος τὴν παιδείαν, παραυτίκα μὲν ἐξελήλυθε τοῦ νεώ· οἴκαδε δὲ καθήμενος, διὰ Ἰωάθαμ τοῦ παιδὸς διεῖπε τὴν βασιλείαν· τούτου χάριν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς χαλεπαίνει μὲν τῷ λαῷ, καὶ οὐδεμίαν αὐτοῖς χρησμολογίαν προσφέρει, ἀγανακτεῖ[49] δὲ κατὰ τοῦ προφήτου σεσιγηκότος, καὶ μὴ προσενηνοχότος τὸν ἔλεγχον. Μετὰ μέντοι τὴν ἐκείνου τελευτὴν, ταύτην δείκνυσι τῷ προφήτῃ τὴν ὀπτασίαν· εἰκότως τοίνυν τῆς ἐκείνου μέμνηται τελευτῆς, διδάσκων πότε μὲν ἐσίγησε, πότε δὲ πάλαι τῆς προφητείας ἀπέλαβε.

β'. *Καὶ Σεραφεὶμ*[50] *εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ.* Ἔοικε[51] δὲ καὶ τοῦ ἀλαζόνος βασιλέως κατηγορεῖν τῶν ἁγίων Σεραφεὶμ ἡ εὐλάβεια· ὁ μὲν γὰρ ἀναιδῶς τῆς μηδαμόθεν αὐτῷ προσηκούσης κατετόλμησε λειτουργίας· αἱ δὲ ἀόρατοι δυνάμεις, τὴν ἐπουράνιον ὑμνῳδίαν πεπιστευμέναι, τῷ σχήματι τὸ δέος ἐμήνυον. Ἐκάλυπτον γὰρ τὰ πρόσωπα, ὡς οὐδὲ τὴν αἴγλην ἰδεῖν δυνάμεναι τῆς ἐκ τῆς δεσποτικῆς ἀπαστράπτουσαν θέας· κατέκρυπτον δὲ καὶ τοὺς πόδας, καὶ διὰ τούτου τὴν δουλείαν σημαίνουσαι, καὶ τὸ δέος ἐμφαίνουσαι, καὶ τὴν λειτουργίαν εὐσχημόνως ἀποπληροῦσαι. « Καὶ δυσὶν ἐπέταντο. » Αἰνίττεται γὰρ ἡ πτῆσις τὸ μετάρσιον τοῦ φρονήματος.

γ'. *Καὶ ἔλεγον· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαώθ.* Προσέφερον γὰρ τοῦτον τὸν ὕμνον, καὶ τὴν μίαν τῆς θεότητος φύσιν διὰ τῆς Κυρίου φωνῆς αἰνιττόμενα· ἐνικῶς γὰρ τοῦτο προσέφερον· καὶ τῆς Τριάδος τὸν ἀριθμὸν ὑπεμφαίνοντα· τρὶς γὰρ ἐπεφώνουν τὸ Ἅγιος. Τὸ μὲν γὰρ, « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, » τῆς Τριάδος δηλωτικόν· τὸ δὲ, « Κύριος Σαβαὼθ » τῆς φύσεως τῆς μιᾶς σημαντικόν. « Πλήρης[52]

VARIÆ LECTIONES

[49] ἀγανακτεῖ — ἔλεγχον. Ista parum verisimilis conjectura nititur Symmachi interpretatione verbi נדמיתי vers. 5. [50] Alias vel σεραφὶμ vel σεραφείν. expositio. [51] Ἔοικε, κ. τ. λ. Ad totum omnino vers. se refert [52]

Digitized by Google

πᾶσα ἡ γῆ [82] τῆς δόξης αὐτοῦ. » Ὑμνεῖ γὰρ τὰ Σεραφεὶμ τὴν ἀΐδιον φύσιν, ὡς μὴ μόνον τὸν οὐρανόν, ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν ἅπασαν τῆς δόξης ἐμπλήσασαν. Τοῦτο δὲ καὶ ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ Θεοῦ πεποίηκεν ἐνανθρώπησις. Μετὰ γὰρ τὴν Δεσποτικὴν ἐπιφάνειαν ἐδέξατο τὰ ἔθνη τὴν τῆς θεογνωσίας ἀκτῖνα. Πλήρη οὖν εἶναι πᾶσαν τὴν γῆν λέγουσι τῆς δόξης αὐτοῦ, προαναφωνοῦντα τὸ ἐσόμενον, καὶ τῆς διὰ Χριστοῦ γεγενημένης οἰκονομίας προαναγγέλλοντα τὸ μυστήριον. Πρὶν μὲν γὰρ σάρκα γενέσθαι τὸν Λόγον, κατεκράτει τὴν ὑπ' οὐρανὸν ὁ δαίμων ὁ ἀλιτήριος· προσεκυνήθη δὲ ἡ κτίσις παρὰ τὸν κτίσαντα καὶ ποιητήν. Ἐπειδὴ δὲ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, πεπλήρωται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ· κάμψει γὰρ αὐτῷ πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσαι γλῶσσαι καὶ φυλαὶ αὐτῷ δουλεύσουσι, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Προανακεκράγει δὲ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ ἐν πνεύματι. Ἔφη γάρ· «Πάντα τὰ ἔθνη, ὅσα ἐποίησας, ἥξουσι καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου. »

A «Plena est omnis terra gloria ejus.» Laudant nempe Seraphim naturam sempiternam, quod non modo cœlum, sed terram quoque universam gloria repleverit. Hoc vero Dei et Salvatoris nostri egit incarnatio. Siquidem post adventum Domini, gentes divinæ cognitionis radio perfusæ sunt. Plenam igitur ejus gloria terram omnem dicunt, id quod futurum erat vaticinantes, factumque per Christum dispensationis mysterium prænuntiantes. Prius quidem quam Verbum caro fieret, dominabatur universæ terræ dæmon infestus, et creatura præconditore et factore suo adorata est. At postquam homo factum est Verbum Dei unigenitum, ejus gloria repleta est omnis terra. Flectetur enim ipsi omne genu, et omnes linguæ et tribus servient ei, B sicut scriptum est [m]. Quod et antea decantarat beatus David, in spiritu dicens: «Omnes gentes, quascunque fecisti, venient et adorabunt coram te [n]. »

δ'. *Καὶ ἐπήρθη τὸ ὑπέρθυρον* [83] *ἀπὸ τῆς φωνῆς ἧς ἐκέκραγον.* Τὰ τοίνυν ἐσόμενα μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρώπησιν προδεδηλωκότων τῶν Σεραφεὶμ, ἀναγκαίως μηνύεται καὶ τῶν δύο λαῶν ἡ συνάφεια· ἀπὸ γὰρ τῆς φωνῆς, ἣ τὴν γῆν ἅπασαν πεπληρῶσθαι τῆς θείας δόξης ἐμήνυσεν, ἐπήρθη τὸ ὑπέρθυρον· τοῦτο δὲ γενόμενον περιττὴν ἐδείκνυ τῶν θυρῶν τὴν χρείαν· τῶν δὲ θυρῶν οὐκ ἐπικειμένων, εἰσιτητὸν ἦν εἰς τὸν οἶκον τῷ βουλομένῳ λοιπόν· ἐπειδὴ γὰρ Ὀζίας, τοῦ νόμου κρατοῦντος ἔτι, παρανόμως κατετόλμησε τῶν ἀδύτων, προσημαίνεται διὰ τῆς ὄψεως τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἡ κλῆσις. Μὴ γὰρ δή τις νομιζέτω, φησὶν, ἐν τῷ ναῷ περιγεγράφθαι τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων τὴν δόξαν. Ὁ γὰρ τῶν ὅλων Δεσπότης τὰ πάντα πληροῖ. Καὶ τοῦτο δὲ οὐκ εἰς μακρὰν δῆλον γενήσεται· ἅπαντες γὰρ οἱ ἄνθρωποι, τὸ τῆς θεογνωσίας εἰσδεξάμενοι φῶς, πανταχοῦ ναοὺς ἀναστήσουσι τῷ τῶν ὅλων Δημιουργῷ· ἐκείνων δὲ πληρουμένων τῆς δόξης, οὗτος τῆς [84] πρωτέρας γυμνωθήσεται δόξης, καὶ ἀντὶ τοῦ θείου φωτὸς, τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πυρὸς εἰσδέξεται τὸν καπνόν [85]. Τοῦτο καὶ κατὰ τὸν καιρὸν γεγένηται τοῦ σταυροῦ· ἐσχίσθη γὰρ τὸ καταπέτασμα, καὶ τῆς ἐπανθούσης τῷ ναῷ χάριτος τὴν ἀπόστασιν ἔδειξε· δέον γὰρ προστεθῆναι δόξαν ἀπὸ τῆς δοξολογίας, καὶ ἡ οὖσα ἀπώλετο· τί οὖν ἐστι τοῦτο; Προῄδει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτι τὸ Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, ἁρμόσεται τῷ κηρύγματι τῶν ἀποστόλων, καὶ οὐ δέχεται αὐτὸ ὁ ναὸς τῶν Ἰουδαίων. Λέγει οὖν ὅτι μετὰ τὸ κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου ἐρημίας καὶ καπνοῦ πληροῦται ἡ Συναγωγή. Ἐπήρθη δὲ οὐχ ἡ θύρα, ἀλλὰ τὸ ὑπέρ-

VERS. 4. *Et elevatum est superliminare voce qua clamabant.* Postquam ergo a Seraphim præmonstrata sunt quæ futura erant post incarnationem Salvatoris nostri, convenienter duorum quoque populorum conjunctio declaratur. Voce enim, quæ terram omnem divina gloria repletam significabat, elevatum est superliminare, et sic declarabatur, januarum non amplius esse futurum usum. Valvis autem non incumbentibus, domum cuivis de cætero intrare licuit. **209** Quia enim Ozias, lege C adhuc obtinente, adyta contra legem penetrare ausus est, insinuatur per visionem omnium gentium vocatio. Non putet enim quisquam, ait, templo circumseptam esse Dei universorum gloriam. Universorum enim Dominus omnia replet. Atque hoc sane brevi manifestum fiet. Omnes enim homines, divinæ cognitionis lumine suscepto, templa ubique erigent universorum Conditori; illis autem gloria repletis, hoc priori gloria spoliabitur, et pro divino lumine ignis Romani fumum excipiet. Hoc etiam ipso crucis tempore factum est. Velum enim scissum est, quod gratiæ quæ templo inerat abscessum demonstravit. Cum enim gloriam ex glorificatione adjici oporteret, periit etiam illa quæ inerat. D Quid igitur hoc rei est? Providebat Spiritus sanctus apostolorum prædicationi congruere Sanctus, sanctus, sanctus, et hoc non capere templum Judæorum. Ait ergo, post Evangelii promulgationem solitudine fumoque replendam Synagogam. Elevatum autem est, non ostium, sed superliminare. Janua omnis postibus impositum nihil

[m] Psal. LXXI, 11; Philipp. II, 10, 11; Apoc. VII, 9 sqq. [n] Psal. LXXXV, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[82] πᾶσα ἡ γῆ. *Hær. fab.* l. V, c. 7, leg. πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ. Sed contra Hebr. [83] Καὶ—ὑπέρθυρον. *Hebr.* et communiter sunt postes liminum. [84] τῆς. Ed. prior præmittebat γάρ, quod delendum visum est. [85] καὶ—καπνόν. Hæc ad verba ultima vers. 4 spectant.

Digitized by Google

habet. Sublata igitur Synagogæ forma superiore, elevatum est superliminare, spoliata est gratia. Restat ergo necessario, ut postes cujusvis manus impulsu commoveantur; propterea manus quælibet concutit res Judaicas. Et ideo propheta quidam dicebat: « Et ponam Hierosolymam sicut vestibula, quæ commoventur [o]. »

A θυρον· πᾶσα θύρα οὐδὲν ἐπικείμενον ταῖς παραστάσιν ἔχει· ἐπηρμένου οὖν τῆς Συναγωγῆς τοῦ ἄνω σχήματος, ἐπήρθη τὸ ὑπέρθυρον, ἐγυμνώθη τῆς χάριτος· ἀνάγκη οὖν λοιπὸν, καὶ τὰς παραστάδας ὑπὸ τῆς τυχούσης χειρὸς σαλεύεσθαι· διὰ τοῦτο πᾶσα χεὶρ σαλεύει τὰ Ἰουδαϊκά. Καὶ διὰ τοῦτο προφήτης τις ἔλεγε· « Καὶ θήσω τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὡς πρόθυρα σαλευόμενα. »

Vers. 5. *Et dixi : O me miserum,* **210** *quia compunctus sum.* Clarius hæc interpretatus est Symmachus hoc modo : « Heu mihi, quia tacui! Vir enim labiis immundus ego sum, et in medio populi labiis immundi ego habito. » 'Consona' autem est et aliorum interpretatio. Obscure autem una significat factum de Oziæ prævaricatione silentium. Idcirco immundum labiis se appellat, ut qui audaciæ B per silentium particeps fuerit. Eademque populum reprehensione notat, et divinam apparitionem, ut judicis præsentiam, reformidat.

ε'. *Καὶ εἶπον· Ὠτάλας ἐγὼ, ὅτι κατανένυγμαι* [56]! Σαφέστερον [57] δὲ ταῦτα ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν οὕτως· « Οἴμοι, ὅτι ἐσιώπησα [58]! ἀνὴρ γὰρ ἀκάθαρτος χείλεσιν ἐγὼ, καὶ ἐν μέσῳ λαοῦ ἀκαθάρτου χείλεσιν ἐγὼ οἰκῶ. » Σύμφωνος δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἡ ἑρμηνεία. Αἰνίττεται [59] δὲ καὶ τὴν γενομένην ἐπὶ τῇ παρανομίᾳ τοῦ Ὀζίου σιγήν. Καὶ διὰ τοῦτο ἑαυτὸν ἀκάθαρτον χείλεσιν ὀνομάζει, ὡς καὶ κεκοινωνηκὼς τῷ τολμήματι διὰ τῆς σιωπῆς· τὴν αὐτὴν δὲ καὶ τοῦ λαοῦ κατηγορίαν πεποίηται, καὶ τὴν θείαν δέδιεν ἐπιφάνειαν, ὡς δικαστικὴν παρουσίαν.

Vers. 6. *Et missus est ad me unus de Seraphim.* [7] Hoc etiam prophetæ ob silentium de Ozia, peccatum declarat. Non enim alteri cuipiam membro corporis, sed ori Seraphim carbonem admovit. Arguit autem et Oziæ prævaricationem id quod gestum est. Ille enim ad altare valde impudenter accessit; at Seraphim, tametsi ab igne nomen habens, et divini ministerii officium gerens, non nuda manu, sed forcipe carbonem sumpsit, et hunc imponens ori prophetæ, peccati liberationem renuntiavit illi. Describitur autem per ista et designatur bonorum nostrorum participatio, per Dominicum C scilicet corpus et sanguinem a peccatis liberatio.

ς'. *Καὶ ἀπεστάλη* [60] *πρός με ἓν τῶν Σεραφείμ.* Καὶ τοῦτο δηλοῖ τῆς ἐπὶ τῷ Ὀζίᾳ σιωπῆς τοῦ προφήτου τὸ πλημμέλημα· οὐκ ἄλλῳ γάρ τινι μορίῳ τοῦ σώματος, ἀλλὰ τῷ στόματι τὸν ἄνθρακα τὸ Σεραφεὶμ προσενήνοχε. Ἐλέγχει δὲ καὶ τὴν τοῦ Ὀζία παρανομίαν τὸ γενόμενον· ὁ μὲν γὰρ τοῦ θυσιαστηρίου λίαν ἀναιδῶς κατετόλμησε· τὸ δὲ Σεραφεὶμ, καὶ πυρὸς ἔχον προσηγορίαν, καὶ θείας λειτουργίας ἠξιωμένον, οὐ γυμνῇ τῇ χειρὶ, τῇ δὲ λαβίδι τὸν ἄνθρακα ἔλαβε, καὶ τοῦτο ἐπιθὲν τῷ τοῦ προφήτου στόματι, ἐμήνυσεν αὐτῷ τὴν τῆς ἁμαρτίας ἀπαλλαγήν [61]. Προσδιαγράφεται δὲ καὶ προδιατυποῦται διὰ τούτων ἡ τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν μετουσία, ἡ διὰ τοῦ Δεσποτικοῦ σώματός τε καὶ αἵματος τῶν ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγή.

Vers. 8. *Et audivi vocem Domini dicentis : Quem mittam?* Purgat fortasse prius **211** sub Ozia silentium, et qui unum arguere noluerat, totius populi reprehensionem suscipit. Neque enim honorem usurpans sua sponte currit, sed de priori satisfaciens silentio, imminens a populo periculum adit.

η'. *Καὶ ἤκουσα τῆς φωνῆς τοῦ Κυρίου λέγοντος, Τίνα ἀποστελῶ;* Τάχα δὲ ὑπὲρ τῆς προτέρας ὁ προφήτης ἀπολογεῖται σιγῆς, τῆς ἐπὶ τῷ Ὀζίᾳ· καὶ ἕνα ἐλέγξαι μὴ βουληθεὶς, παντὸς [62] τοῦ λαοῦ τὸν ἔλεγχον ἀναδέχεται. Οὐδὲ γὰρ τὴν τιμὴν ἁρπάζων αὐτοχειροτόνητος τρέχει· ἀλλ' ὑπὲρ τῆς προτέρας ἀπολογούμενος σιωπῆς, καὶ τοὺς παρὰ τοῦ λαοῦ κινδύνους ἀναδεχόμενος.

Vers. 9. *Dic populo huic : Aure audietis, et non intelligetis.* Futuram Judæorum in Domini adventu contradictionem ostendebat. Nam audientes divina D eloquia non audierunt, et infinita miracula cernentes intelligere noluerunt. Qua de causa Dominus in sacris Evangeliis dicebat : « Ad judicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident videant, et

θ'. *Εἶπόν τῷ λαῷ τούτῳ· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε* [63]. Τὴν ἐσομένην Ἰουδαίοις ἐπὶ τῆς Δεσποτικῆς ἐπιφανείας ἀντιλογίαν ἐδήλου. Καὶ γὰρ ἀκούσαντες τῶν θείων λογίων, οὐκ ἤκουσαν· καὶ τὰ μυρία θαύματα θεωροῦντες, συνιδεῖν οὐκ ἠθέλησαν. Οὗ δὴ χάριν ὁ Κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς ἔλεγεν Εὐαγγελίοις· « Εἰς κρῖμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἦλθον,

[o] Zachar. XII, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[56] κατανεν. *Hebr.* exscindor, s. in summo vitæ discrimine versor. [57] Σαφέστερον, κ. τ. λ. Scilicet apud LXX hæc ita se habent : Ὅτι ἄνθρωπος ὢν καὶ ἀκάθαρτα χείλη ἔχων, ἐν μέσῳ λαοῦ ἀκάθαρτα χείλη ἔχοντος ἐγὼ οἰκῶ. [58] ἐσιώπησα. Ita quoque *Vulg. nova* habet *tacui*, sicque apud Patres Latinos hic locus solet allegari. Vid, Sabat. ad h. l. [59] αἰνίττεται—σιγήν. Iterum h. l. et deinde ad vers. 6 sqq. Symmachum sequitur Noster. [60] Καὶ ἀπεστ. *Hebr.* et volavit Aqu. et reliqui, καὶ ἐπετάσθη. [61] οὐ—ἀπαλλαγήν. Hæc tum ad reliqua e vers. 6, tum ad vers. 7 se referunt. [62] παντὸς—ἀναδ. Ad ultimam vers. 8 partem ista spectant. [63] συνῆτε. Reliqua t. I, p. 285, ita leg. καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε.

Digitized by Google

ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέψωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται.» Οἱ μὲν γὰρ τὸ σῶμα τυφλώττοντες, ἑώρων αὐτὸν τοῖς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς· οἱ δὲ ὑγιεῖς ἔχοντες τοὺς τοῦ σώματος ὀφθαλμοὺς, τυφλὸν εἶχον τῆς διανοίας τὸ ὀπτικόν. Οὐ μόνον δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς μεμυκότας εἶχον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀκοὰς βεβυσμένας· καὶ τούτου χάριν ὁ Κύριος ἔλεγεν· « Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. » Ὁ μέντοι προφήτης, μᾶλλον δὲ ὁ τοῦ προφήτου Θεὸς, διδάσκει διὰ τῶν ἑξῆς, ὡς κατὰ γνώμην αὐτοῖς προσγέγονε ταῦτα τὰ πάθη. Ἐπάγει γάρ·

A qui vident cæci fiant[p]. » Qui enim corpore cæcutiebant, mentis oculis eum cernebant; qui vero sanos habebant oculos corporis, cæcam habebant aciem mentis. Neque oculos tantum clausos habuerunt, sed etiam aures obturatas. Ideoque Dominus dicebat : « Qui habet aures ad audiendum, audiat[q]. » Propheta igitur, vel potius Deus prophetæ, docet deinceps, ex voluntate ipsis hæc vitia obtigisse. Addit enim :

Vers. 5. *Dominus, et armati bellatores ejus.* Ipsum enim universorum Deum per hæc docet Medorum expeditioni præfuisse, quia ipso volente vicerunt. « Ad corrumpendum universum orbem terræ. » Aut quia multæ gentes sub Persarum erant imperio. Cyrus enim Asiam universam obtinuit : Cambyses vero ejus filius etiam Ægyptum parere coegit : Darius filius Hystaspis Scythas etiam nomades subegit. Xerxes Darii filius contra Græcos expeditionem suscepit. Per hos autem impietatis et iniquitatis pœnæ ab omnibus exigebantur.

ς'. *Ἐγγὺς γὰρ ἡμέρα Κυρίου.* Πάλιν ἡμέραν Κυρίου καλεῖ τὸν τῆς τιμωρίας καιρόν. « Διὰ τοῦτο πᾶσα χεὶρ ἐκλυθήσεται [49], » φησίν· ἀπόκρη γὰρ καὶ ἡ φήμη τῶν πολεμίων τὴν δειλίαν ἐργάσασθαι.

Vers. 6. *Prope enim dies Domini.* Diem Domini rursus appellat tempus supplicii. [7.] « Propterea, inquit, omnis manus dissolvetur. » Ad incutiendum enim terrorem vel ipsa hostium fama satis est.

η'. *Ταραχθήσονται οἱ πρέσβεις* [50]. Ἡ ταραχθήσεσθαί φησι τοὺς πρέσβεις, ἐπειδὴ εἰ καὶ νόμος ἐστὶ τοὺς εἰς πρεσβείαν πεμπομένους ἀδεῶς καὶ λίαν θαρσαλέως τοῦτο ποιεῖν, τηνικαῦτα οὐδὲ τοῦτο ἀδεῶς ἐγίνετο. Οὕτως ἅπαντας ἐξεδειμάτωσε τῶν πολεμίων τὸ κράτος. Τὸ δὲ, « ταραχθήσονται οἱ πρέσβεις, » ὁ Θεοδοτίων οὕτως ἡρμήνευσε, « ταραχθήσονται περίοχαί· » σημαίνει δὲ τὰς πόλεις· τὸ δὲ, « συμφοράσουσιν [51] ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, »—« ὠδινήσουσιν ἄνθρωπος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ. » Δηλοῖ δὲ ὁ λόγος,

D

Vers. 8. *Turbabuntur legati.* Turbandos ait legatos, quoniam etsi lex est, ut qui in legationem mittuntur, secure et confidenter id agant, tunc temporis ne hoc quidem secure fiebat. Tantam omnibus formidinem injecerat potentia inimicorum. Pro « turbabuntur legati, » Theodotio posuit « turbabuntur periochæ ; » significat autem civitates; et pro « condolebunt alter alteri, » dixit, « dolebunt homo ad proximum suum. » Quibus verbis ostenditur, fore ut timorem **262** suum occultent

VARIÆ LECTIONES.

[45] Ἡγιασμ. εἰσί. Ita habet cod. Alex. nec male, juxta Hebr. Ad universum vero vers. spectat expositio. [46] Φωνὴ βασιλ. *Hebr.* vox plena tumultus regnorum. Aqu. et reliqui, pro βασιλέων habent βασιλειῶν. [46] ἔθνος τε, κ. τ. λ. Hæc ad finem vers. 4 spectant. [47] ἀπ' — οὐρανοῦ. *Hebr.* ab extremitate cœlorum. Hæc vero ad vers. 5 pertinent. [48] οἱ ὁπλομάχοι αὐτοῦ. *Hebr.* instrumenta iræ ejus. Symm. σκεύη ὁρμῆς αὐτοῦ. [49] π. χ. ἐκλ. *Hebr.* omnium manus remissæ erunt. [50] οἱ πρέσβ. *Hebr.* tormina (apprehendent eos). [51] συμφ. Parum felix videtur emendatio Lamb. Bosii, qui legere jubet συμφυράσουσιν.

Digitized by Google

invicem, et vultuum decorem obumbrent. Sicut enim ignis exstinctus fit cinis, sic vultus pulchritudo colorem mutat ex metu.

VERS. 9. *Ad ponendum orbem terræ desertum.* Orbem enim terræ hoc loco appellat Babylonem, eique subditas urbes et vicos.

VERS. 10. *Et obtenebrabuntur oriente sole.* Vel hoc his verbis ostenditur, quod quemadmodum sole exoriente lunæ quidem lumen retunditur, stellæ vero penitus obteguntur : sic etiam cum illuxerit potentia mea, et impios punierit, evanescet regnantium apud homines claritas : et universo, inquit, orbi reddam mala, et impiis peccata ipsorum. Non enim ab his tantum, sed ab aliis etiam hominibus, pœnas repetam impietatis.

VERS. 11. *Et perdam contumeliam iniquorum, et contumeliam superborum humiliabo.* Qui superbiæ, inquit, vitium imbiberunt, licenter debacchantur, et convitia jaciunt in omnes. Sed ego felicitatem eorum auferam, et prosperitate nudatos docebo elatos spiritus natura metiri ; verum hæc quidem juxta historiam.

VERS. 12. *Magis quam aurum non ignitum.* Aurum non ignitum, quod sine igne probum apparet, hoc est incoctum, quod nunc vulgo appellant obryzum. Lapidem vero de Suphir dicit pretiosum, ex loco nomen imponens. « Et homo magis honoratus erit. » Talis erat Zorobabel, **263** et Josua filius Josedec, et qui cum illis una redierunt. Convenit autem præcipue prophetia hominibus illis qui post salutarem prædicationem ubique crediderunt.

VERS. 13. *Cœlum enim indignabitur, et terra concutietur.* Condolere itaque videtur etiam inanima creatura Creatori. Non solum enim terra concutitur, sed de cœlo etiam flammæ vibrantur et fulmina, et grandinis lapides jaciuntur, et alia prodigia fiunt innumerabilia, quæ terreant homines, Deique iram ostendant.

VERS. 14. *Et erunt residui quasi damula fugiens.* Devictis enim Assyriis, etiam qui auxilio advenerant, in fugam versi sunt : et alii ovium instar per vias errabant, alii caprearum velocitatem fugiendo æmulabantur, præ hostium metu, nec duce hortante, ut subsisterent et pugnarent, aut una solum natale repeterent. Quin et ii qui manere et confligere conabantur, hostilibus armis intercepti occidebantur. [15.] Hoc enim est quod

ὅτι ἀλλήλοις ἐγκαλύψουσι [52] τὸ δέος, καὶ τὸ τῶν προσώπων κατασκιάσουσιν ἄνθος. Ὥσπερ [53] γὰρ τὸ πῦρ σβεννύμενον γίνεται κόνις, οὕτω καὶ τὸ εὐανθὲς τοῦ προσώπου χρῶμα ἐκ τοῦ δέους μεταβάλλεται.

θ'. *Θεῖναι τὴν οἰκουμένην ἔρημον.* Οἰκουμένην γὰρ τὴν Βαβυλῶνα λέγει, καὶ τὰς ὑπ' ἐκείνην τελούσας πόλεις καὶ κώμας.

ι'. *Καὶ σκοτισθήσεται τοῦ ἡλίου ἀνίσχοντος* [54]. Ἢ τοῦτο διὰ τούτων ἐνδείκνυται, ὅτι ὥσπερ ἡλίου ἀνίσχοντος ἀμβλύνεται μὲν τῆς σελήνης τὸ φῶς, οἱ δὲ ἀστέρες παντελῶς ἀποκρύπτονται· οὕτω τῆς ἐμῆς ἐπιφαινομένης δυνάμεως, καὶ τοὺς δυσσεβεῖς τιμωρουμένης, φροῦδος γίνεται τῶν παρὰ ἀνθρώποις βασιλευόντων ἡ περιφάνεια· καὶ ὅλῃ δὲ, φησὶ, τῇ οἰκουμένῃ ἐντελοῦμαι κακὰ, καὶ τοῖς ἀσεβέσι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν· οὐ γὰρ μόνον τούτους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους δίκας εἰσπράξομαι τῆς ἀσεβείας.

ια'. *Καὶ* [55] *ἀπολῶ ὕβριν ἀνόμων, καὶ ὕβριν ὑπερηφάνων ταπεινώσω.* Οἱ μὲν οὖν ἀλαζονείας εἰσδεχόμενοι, φησὶ, πάθος, ἀδεῶς παροινοῦσι καὶ προπηλακίζουσιν ἅπαντες· ἀλλὰ καὶ τὴν εὐπραξίαν αὐτῶν ἀφελῶ, καὶ τῆς εὐημερίας γυμνώσας, διδάξω τὸ φρόνημα τῇ φύσει μετρεῖν· ἀλλὰ ταῦτα μὲν κατὰ τὴν ἱστορίαν.

ιβ'. *Μᾶλλον ἢ τὸ χρυσίον τὸ ἄπυρον.* Ἄπυρον οὖν χρυσίον τὸ καὶ δίχα πυρὸς φαινόμενον δόκιμον, τουτέστιν ἄπεφθον, ὃ νῦν οἱ πολλοὶ εὔρυζον ὀνομάζουσι. Λίθον [56] δὲ ἐκ Σουφεὶρ λέγει τὸν τίμιον· ἀπὸ δὲ τοῦ τόπου τὴν προσηγορίαν τέθεικεν. « Καὶ ἄνθρωπος μᾶλλον ἔντιμος ἔσται. » Τοιοῦτος ἦν ὁ Ζοροβάβελ, καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς τῆς ἐπανόδου τετυχηκότες. Ἁρμόττει δὲ διαφερόντως ἡ προφητεία τοῖς μετὰ τὸ σωτήριον κήρυγμα πανταχοῦ πεπιστευκόσιν ἀνθρώποις.

ιγ'. *Ὁ* [57] *γὰρ οὐρανὸς θυμωθήσεται, καὶ ἡ γῆ σεισθήσεται.* Συναγανακτεῖν οὖν δοκεῖ καὶ ἡ κτίσις ἡ ἄψυχος τῷ Ποιητῇ. Οὐ γὰρ μόνον ἡ γῆ κλονεῖται· ἀλλὰ καὶ οὐρανόθεν πρηστῆρες φαίνονται, καὶ σκηπτοὶ, καὶ λίθοι χαλάζης σφενδονῶνται, καὶ ἕτερα μυρία παράδοξα γίνεται, δεδιττόμενα τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τοῦ Θεοῦ σημαίνοντα τὴν ὀργήν.

ιδ'. *Καὶ ἔσονται οἱ καταλελειμμένοι* [58] *ὡς δορκάδιον φεῦγον.* Τῶν γὰρ Ἀσσυρίων ἡττηθέντων, καὶ οἱ εἰς ἐπικουρίαν ἐληλυθότες ἐτρέποντο εἰς φυγήν· καὶ οἱ μὲν ὡς πρόβατα κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐπλανῶντο, οἱ δὲ τῶν δορκάδων τὴν ὀξύτητα φεύγοντες ἐμιμοῦντο· διὰ τὸ δέος τῶν πολεμίων, οὔτε στρατηγοῦ στῆναι παρακελευομένου, καὶ μάχεσθαι, ἢ κοινῇ τὴν ἐνεγκοῦσαν καταλαμβάνειν. Ἀλλὰ καὶ οἱ στῆναι καὶ πολεμῆσαι πειρώμενοι, ὑπὸ τῶν πολεμικῶν

VARIÆ LECTIONES.

[52] ἐγκαλ. Haud contemnenda est conjectura Cotelerii in *Monum. Eccl. Gr.*, vol. II, p. 587, leg. esse ἐκκαλύψουσι, sensu contrario. [53] ὥσπερ, κ. τ. λ. Hæc ad finem vers. 8 pertinent. [54] τοῦ ἡλ. ἀνίσχ. *Hebr.* sol in exitu suo. [55] Καὶ—ταπεινώσω. *Hebr.* et removebo fastum superborum, et fastum violentorum dejiciam. [56] λίθον — τίμιον. Hæc ad finem vers. 12 pertinent. Edit. prior habebat Σουφείρ. [57] Ὁ — θυμωθ. *Hebr.* cœlum enim tremere faciam s. commovebo. Aqu. οὐρανοὺς κλονήσω. [58] οἱ καταλ. Abest a textu Hebr.

Digitized by Google

ὀπίων ἐδέχοντο τῆς ζωῆς τὸ πέρας. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, « Ἐκκεντηθήσονται [59] καὶ μαχαίρᾳ πεσοῦνται · » καὶ τὰ τέκνα δὲ αὐτῶν ἐναντίον αὐτῶν ῥήξουσι [60], καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν ἐξοίσουσι, καὶ τὰς οἰκίας αὐτῶν προνομεύσουσιν· ἄντικρυς γὰρ ἅπερ δεδράκασι πείσονται, καὶ ὑμαῖς τιμωρίαις παραδοθήσονται, ὠμότητι κατ' ἀλλήλων χρησάμενοι.

ιζ'. *Οἱ ἀργύριον οὐ λογίζονται, οὐδὲ χρυσίου χρείαν ἔχουσιν* [61]. Οὐ γὰρ ἀνέξονται χρήματα λαβόντες τὸν πόλεμον καταλῦσαι · οὐδὲ φόρον ὑμῖν ἐπιθήσουσιν, ἀλλ' ὅλεθρον ἐπάξουσι παντελῆ. Τούς τε γὰρ παρ' ὑμῖν ἀριστεύοντας κατακοντίσουσι, καὶ τὴν ἄωρον ἡλικίαν ἀφειδῶς κατασφάξουσιν.

ιθ'. *Καὶ ἔσται Βαβυλὼν ἡ καλεῖται ἔνδοξος.* Τῆς προτέρας, φησὶν, ὑπερηφανείας γυμνωθήσεται, καὶ ἐρημία [62] παραδοθήσεται παντελεῖ, ὡς Σοδόμοις καὶ Γομόρροις τὸ ταύτης ἀπεικάζεσθαι πάθος.

κ'. *Οὐ κατοικηθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον.* Τὸ μέντοι, « Οὐ κατοικηθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον, » καὶ τὸ, « Οὐ μὴ εἰσέλθωσιν εἰς αὐτὴν διὰ πολλῶν γενεῶν, » ἐναντία δοκεῖ πως εἶναι ἀλλήλοις. Τὸ μὲν γὰρ ἀορίστως εἴρηται, τὸ δὲ περιωρισμένως. Ἀλλὰ τὸ μὲν, « Εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον μὴ κατοικηθήσονται, » ἀντὶ τοῦ, Οὐκέτι βασιλέων οἰκητήριον ἔσται· τὸ δὲ, « Οὐ μὴ εἰσέλθωσιν εἰς αὐτὴν διὰ πολλῶν γενεῶν, » τουτέστιν οἰκήτορες· ἐπεὶ καὶ νῦν αὐτὴν οἰκοῦσιν ὀλίγοι τινὲς, οὔτε Ἀσσύριοι, οὔτε Χαλδαῖοι, ἀλλὰ Ἰουδαῖοι. « Οὐδὲ [63] μὴ διέλθωσιν αὐτὴν Ἄραβες. » Ἄραβας οὖν λέγει τοὺς παρ' ἡμῖν καλουμένους Σαρακηνοὺς, οἵτινες ἐμπορίας χάριν φοιτῶντες αὐτόσε, καὶ ἀναγκαίας χρείας ἐκομίζοντο, καὶ ἀντελάμβανον. Ἄραβας δὲ τοὺς Σαρακηνοὺς οἱ ἐκ Παλαιστίνης καλοῦσι· τῆς δὲ τούτων ἐμπορίας καὶ μακάριος μέμνηται Μωσῆς. « Ἰδοὺ [64] γὰρ, φησὶν, Ἰσμαηλῖται ἔμποροι. » — « Οὐδὲ ποιμένες ἀναπαύσονται [65] ἐν αὐτῇ. » Εἰ δέ τις καὶ τροπικῶς νοῆσαι βούλεται τὸ ῥητὸν, ποιμένας λέγει τοὺς βασιλεῖς, δίκην ποιμνίων τοὺς βασιλευομένους διαναπαύοντας. Ἀλλὰ τούτων πάντων, φησὶν, ἡ Βαβυλὼν ἐξαπίνης ἔρημος ἔσται. Διὰ [66] τοῦ εἰπεῖν, ὅτι « Ἀναπαύσονται ἐκεῖ θηρία, » δηλοῖ τὸ ἀοίκητον.

κα'. *Καὶ ἐμπλησθήσονται αἱ οἰκίαι ἤχου.* Ὅταν γὰρ μηδεὶς ἀνθρώπων ὁ φθεγγόμενος ᾖ, μηδὲ ἵπποι χρεμετίζωσι, μήτε βόες μυκῶνται, μήτ' ὄνοι βρυμῶνται, μήτε ἄλλος τις γίνηται κτύπος, ἠχὴν εἰσδέχονταί τινα μόνην αἱ ἀκοαί. Τοῦτο δὲ καὶ ἡμεῖς ὑπομένομεν νύκτωρ, ἡσυχίας παντελῶς γινομένης. Ἢ τοῦτο τοίνυν ὁ λόγος αἰνίττεται· ἢ ὅτι διὰ τὴν ἐρημίαν ἀντηχεῖ τοῖς φθεγγομένοις τῶν οἰκιῶν τὰ λεί-

A ait, « Compungentur et gladio cadent. » [16] Sed et filios eorum coram ipsis discerpent, et conjuges eorum abducent, et domos eorum diripient. Prorsus enim quæ fecerunt ipsi patientur, et atrocibus suppliciis tradentur, crudeliter invicem sævientes.

Vers. 17. *Qui argentum non reputant, neque auro opus habent.* Non enim ferent, ut a ceptis pecuniis bellum **264** finiant : neque tributum vobis imponent, sed ultimum inferent excidium. [18] Nam et fortissimos qui apud vos erunt interficient, et immaturam ætatem sine delectu jugulabunt.

Vers. 19. *Et erit Babylon quæ vocatur inclyta.* Pristina, inquit, arrogantia nudabitur, et in solitudinem summam redigetur, ita ut Sodomæ et Gomorrhæ similis futura sit ejus calamitas.

Vers. 20. *Non habitabitur in æternum tempus.* Quod ait, « Non habitabitur in æternum tempus, » contrarium quodammodo videtur ei quod sequitur : « Neque ingredientur in eam per multas generationes. » Hoc enim indefinite dictum est, illud definite. Verum illud quidem, « In tempus sempiternum non habitabitur, » pro eo positum est, Non amplius regum erit habitaculum : hoc vero, « Non ingredientur in eam per multas generationes, » de incolis est intelligendum, quia nunc etiam pauci quidam incolunt illam, non Assyrii, neque Chaldæi, sed Judæi. « Neque permeabunt eam Arabes. » Arabas ergo dicit eos qui a nobis vocantur Saraceni, qui quidem mercaturæ gratia eo proficiscentes, usui necessaria importabant et recipiebant. Arabas vero Palæstini Saracenos vocitant. Horum autem mercaturæ meminit etiam beatus Moses : « En, inquit, Ismaelitæ mercatores [1]. » — « Neque pastores requiescent in ea. » Quod si quis figurate intelligere hæc velit, pastores dicit reges, qui subditos tanquam greges pacate regunt. **265** Sed his omnibus, inquit, Babylon repente privabitur. Dicendo, « Requiescent ibi feræ, » inhabitabilem fore significat.

Vers. 21. *Et implebuntur domus sonitu.* Quando enim nullus homo loquitur, nec hinniunt equi, nec mugiunt boves, nec rudunt asini, nec ullus alius fit strepitus, sonitum tantum quemdam percipiunt aures ; quod et nos experimur noctu, cum ubique est silentium. Vel hoc igitur his verbis significat, vel quod propter solitudinem loquentibus respondent parietinæ domorum. « Et accuba-

[1] Gen. xxxvii, 28.

VARIÆ LECTIONES.

[59] ἐκκεντ. Rec. lectio vers. 15. est ἡττηθήσεται. [60] ῥήξουσι. Ita est in Ald. et Compl. Sed rec. lectio vers. 16, est ῥάξουσι. [61] χρ. ἔχ. *Hebr.* delectantur. Aqu. εὐδοκήσουσιν. [62] καὶ ἐρημ., κ. τ. λ. Hæc ad finem vers. 19 pertinent. [63] Οὐδὲ — αὐτὴν. *Hebr.* nec tentoria ibi figent. [64] Ἰδοὺ — ἔμποροι. Hæc ex scholio quodam antiquo ad Gen. l. c. petita esse videntur. Nam apud LXX, l. c. leg. οἱ Μαδηναῖοι. [65] ἀναπ. Apud O' præm. οὐ μή. [66] διὰ — ἀοίκητον. Hæc æque ac sequentia ad vers. 21 pertinent.

Digitized by Google

bunt ibi sirenes, et dæmonia ibi saltabunt. » Incorporea quidem est natura dæmonum, sed homines decipere soliti, alienas illis quasdam formas ostentant. Ex recepta igitur opinione hominum nomina imposuit : [22] et onocentauros quidem appellat, quos veteres empusas dicebant, qui nunc vivunt onoscelidas vocant; sirenas autem, eos qui variis illecebris decipiunt. Alii vero interpretes pro sirenibus struthocamelos dixerunt. Est autem hoc etiam animal natura solitarium. Post hæc subjiciens, « In domibus ejus, et in templis voluptatis ejus, » conjunxit cum solitudine prioris intemperantiæ mentionem, supplicii æquitatem demonstrans.

266 CAPUT XIV.

VERS. 1. *Cito venit, et non tardabit.* Centum autem et octoginta intercesserunt anni prophetiam inter et desolationem. Quod vero ait, « Dies ejus non protrahentur, » ostendit eos non transgressuros esse præfixum terminum supplicii. « Miserebitur Dominus Jacobi. » Postquam superiora de Babyloniis prædixit, Judæorum quoque restitutionem prædicit. Connexa enim fuit Babyloniorum exitio libertas Judæorum. Siquidem anno regni primo Cyrus captivos Judæorum reverti jussit. Liquet ergo, eum statim post eversam Babylonem libertatem illis concessisse. « Et advena apponetur ad eos. » Γειώρας Græca lingua proselytus exponitur. Proselytos autem vocabant eos, qui ex gentibus advenerant, et legis observationi se addixerant.

VERS. 2. *Et assument eos gentes, et introducent in locum eorum.* Misit enim una cum eis Cyrus, qui eos cum honore et obsequio in patriam deducerent. « In servos et servas. » In nonnullis sic habetur : « Et distribuentes illos filii Israel in terra Dei in servos et servas. » Debellatis enim vicinis, servituti eos manciparunt, et captivos factos servire coegerunt.

VERS. 4. *Et institues lamentationem hanc super regem Babylonis.* Rerum mutatio sermonis **267** quoque mutationem inducit. Prædicit igitur hoc loco divinus propheta, quibus post libertatem et reditum inter se verbis usuri sint, Babyloniorum exitum decantantes. « Quomodo cessavit exactor? » [5] Tributum enim gravissimum a subditis exi-

A ψανα. « Καὶ ἀναπαύσονται ἐκεῖ σειρῆνες [67], καὶ δαίμονες [68] ἐκεῖ ὀρχήσονται. » Ἀσώματος μὲν οὖν ἡ τῶν δαιμόνων φύσις, ἐξαπατᾷν δὲ τοὺς ἀνθρώπους εἰωθυῖα, ἀλλόκοτά τινα τούτοις ἐπιδεικνύουσι σχήματα. Ἀπὸ τοίνυν τῆς κατεχούσης παρὰ τοῖς ἀνθρώποις δόξης τέθεικε τὰ ὀνόματα· καὶ καλεῖ ὀνοκενταύρους μὲν, οὓς οἱ παλαιοὶ μὲν ἐμπούσας, οἱ δὲ νῦν ὀνοσκελίδας [69] προσαγορεύουσι· σειρῆνας δὲ, τοὺς ταῖς παντοδαπαῖς καταθέλγοντας ἐξαπάταις· οἱ [70] μέντοι λοιποὶ ἑρμηνευταὶ, ἀντὶ τῶν σειρήνων, στρουθοκαμήλους εἰρήκασι· καὶ τοῦτο δὲ ζῷον φιλέρημον. Τούτοις ἐπαγαγὼν τὸ, « Ἐν τοῖς οἴκοις αὐτῆς [71], καὶ ἐν ταῖς ναοῖς τῆς σπατάλης αὐτῆς, » συνῆψε τῇ ἐρημίᾳ τῆς προτέρας ἀκρασίας τὴν μνήμην, τὸ δίκαιον τῆς τιμωρίας δεικνύς.

B

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

α'. *Ταχὺ* [72-73] *ἔρχεται, καὶ οὐ χρονιεῖ.* Ὀγδοήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν χρόνοι μέσοι ἐγένοντο τῆς προφητείας καὶ τῆς ἐρημίας. Τὸ δὲ, « Αἱ [74] ἡμέραι αὐτῆς οὐ μὴ ἐφελκυσθῶσιν, » ἐμφαίνει ὅτι οὐχ ὑπερβήσονται τῆς τιμωρίας τὸν ὅρον. « Ἐλεήσει Κύριος τὸν Ἰακώβ. » Τὰ προειρημένα περὶ τῶν Βαβυλωνίων προαγορεύσας, προλέγει καὶ τὴν Ἰουδαίων ἀνάκλησιν. Συνῆπται γὰρ τῇ πανωλεθρίᾳ τῶν Βαβυλωνίων ἡ Ἰουδαίων ἐλευθερία. Ἐν τῷ πρώτῳ γὰρ ἔτει τῆς βασιλείας ὁ Κῦρος ἐπανελθεῖν τῶν Ἰουδαίων τοὺς δορυαλώτους ἐκέλευσε· δῆλον τοίνυν, ὡς εὐθὺς καταλύσας τὴν Βαβυλῶνα, τούτοις τὴν ἐλευθερίαν ἀπέδωκεν. « Καὶ ὁ γειώρας προστεθήσεται πρὸς αὐτούς. » Γειώρας γὰρ τῇ Ἑλλάδι φωνῇ ὁ προσήλυτος [75] ἑρμηνεύεται· προσηλύτους δὲ ἐκάλουν τοὺς ἐκ τῶν ἐθνῶν προσιόντας, καὶ τὴν νομικὴν πολιτείαν ἀσπαζομένους.

C

β'. *Καὶ λήψονται αὐτοὺς ἔθνη, καὶ εἰσάξουσιν εἰς τὸν τόπον αὐτῶν.* Συναπέστειλε γὰρ αὐτοῖς ὁ Κῦρος τοὺς μετὰ τιμῆς αὐτοὺς καὶ θεραπείας εἰς τὴν ἐνεγκοῦσαν ἀπάξοντας. « Εἰς δούλους καὶ δούλας. » Ἔν τισι δὲ πρόκειται, « Καὶ [76] καταδιελόντες αὐτοὺς οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ Θεοῦ εἰς δούλους καὶ δούλας. » Περιγενόμενοι γὰρ τῶν πλησιοχώρων κατεδουλώσαντο αὐτοὺς, καὶ ἐξανδραποδίσαντες δουλεύειν ἠνάγκασαν.

D

δ'. *Καὶ λήψῃ τὸν θρῆνον τοῦτον ἐπὶ τὸν βασιλέα Βαβυλῶνος.* Ἡ τῶν πραγμάτων μεταβολὴ καὶ λόγων ἐργάζεται μεταβολήν· προλέγει τοίνυν κἀνταῦθα ὁ θεῖος προφήτης, ποίοις μετὰ τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὴν ἐπάνοδον πρὸς ἀλλήλους χρήσονται λόγοις, τῶν Βαβυλωνίων τραγῳδοῦντες τὸν ὄλεθρον. « Πῶς ἀναπέπαυται ὁ ἀπαιτῶν [77]; » Φόρον γὰρ ἀπῄτει

VARIÆ LECTIONES.

[67] σειρ. *Hebr.* filiæ clamoris s. struthiones feminæ, juxta Bochartum. [68] Rec. lectio est δαιμόνια. [69] In scholio apud Bosium ad h. l. est ὀνοσκηλίδας. [70] οἱ — εἰρήκασι. Eadem habet Euseb. ad h. l. [71] Rec. lectio est αὐτῶν. Quæ sequ. καὶ ἐν — αὐτῆς desunt quidem apud LXX; Grabius autem sub asterisco addidit σπατάλης. [72-73] Ταχὺ — χρονιεῖ. Hæc et sequentia αἱ ἡμ. αὐτ. οὐ μὴ ἐφελκ. juxta Hebr. et cod. Alex. ad c. XIII, 22, pertinent. [74] αἱ—ἐφελκ. Hæc tantum in ed. Ald. et Compl. leg., exstant vero etiam apud Basil. et in cod. Aug. [75] ὁ προσήλ. Ita quoque reliqui interp. Græci. [76] καὶ — δούλας. Propius hæc ad Hebr. accedunt quam interpretatio τῶν Ο'. [77] ἀπαιτῶν. Quæ h. l. des., καὶ ἀναπέπαυται ὁ ἐπισπουδαστής, exstant ad Dan. III, 98.

Digitized by Google

βρύτατον πάντας τοὺς ὑπηκόους ὁ Βαβυλώνιος· τῆς βασιλείας καταλυθείσης, ἀπηλλάγησαν οἱ ἀρχόμενοι τοῦ δασμοῦ.

ς'. *Πατάξας* [78] *ἔθνος πληγῇ* [79] *ἀνιάτῳ.* Ἐπὶ πλεῖον γὰρ Ἀσσύριοι τῆς οἰκουμένης κρατήσαντες, ἡνίκα κατὰ Θεοῦ τῶν ὅλων ἐλύττησαν, καὶ τὸν θεῖον νεὼν ἐνέπρησαν, τῆς βασιλείας ἐξέπεσαν. Ἀνίατον γὰρ πληγὴν τὴν κατάλυσιν τῆς βασιλείας ἐκάλεσε, καὶ τὴν τῆς βασιλικῆς πόλεως ἐρημίαν.

ζ'. *Πᾶσα ἡ γῆ βοᾷ μετ' εὐφροσύνης.* Εὐφράνθησαν ἅπαντες τῷ Βαβυλωνίων ὀλέθρῳ· θηριωδίᾳ γὰρ ὅτι πλείστῃ κατὰ πάντων ἐχρήσαντο.

η'. *Καὶ τὰ ξύλα τοῦ Λιβάνου εὐφράνθησαν* [80]. Λίβανόν τινες ἐνταῦθα τὴν Ἱερουσαλὴμ ᾠήθησαν ὀνομάζεσθαι. Ἐγὼ δὲ οἶμαι τοὺς κατὰ ἔθνος βασιλέας κέδρους κληθῆναι Λιβάνου, τοῦ τῆς βασιλείας ὕψους οὕτω τροπικῶς νοουμένου.

θ'. *Ὁ ᾅδης κάτωθεν ἐπικράνθη* [81] *συναντήσας σοι.* Εἴωθεν ἡ θεία Γραφὴ καὶ προσωποποιΐᾳ κεχρῆσθαι, ὥστε σαφέστερον δεῖξαι τὰ πράγματα· κἀνταῦθα τοίνυν τὸν θάνατον οὐκ οὐσίαν ὄντα τινά, ἀλλὰ πρᾶγμα συμβαῖνον, ὡς ἐνυπόστατον εἰσάγει, ἔμψυχόν τε καὶ λογικὸν, κατὰ τοῦ Βαβυλῶνος βασιλέως ἀγανακτοῦντα.

ι'. *Καὶ σὺ ἐάλως* [82] *ὥσπερ καὶ ἡμεῖς.* Ἐλέγχει δὲ διὰ τούτων ὁ προφητικὸς λόγος τὸ ὑπερφυὲς αὐτοῦ καὶ ὑπέρογκον φρόνημα. Οὔτε γὰρ ἤλπισε τῷ θανάτῳ παραδοθήσεσθαι, ἀλλ' ἐνόμισεν εἶναι διὰ τὴν πολλὴν δυναστείαν Θεός· διὸ καὶ τὰ λοιπὰ προστέθεικεν, « Ὑποκάτω σου στρώσουσι σῆψιν, καὶ τὸ κατακάλυμμά [83] σου σκώληξ. » Εἰς τὸν οὐρανὸν, φησὶν, ἀνελθεῖν προσδοκήσας, τῆς γῆς τὸν πυθμένα κατέλαβες· καὶ ἀντὶ τῆς πολυτελοῦς ἀλουργίδος ἔχεις τῶν σκωλήκων τὸ κάλυμμα· ἀντὶ δὲ τῆς μαλακῆς στρωμνῆς, τὴν σηπεδόνα, καὶ τὸν δυσώδη ἰχῶρα.

ιβ'. *Πῶς ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ Ἑωσφόρος* [84]; Ἐπειδὴ τοῖς ἀλαζονικοῖς ἐπόμενος λογισμοῖς εἰς τὸν οὐρανὸν ἤλπισεν ἀναβήσεσθαι, Ἑωσφόρον αὐτὸν καλεῖ, οὐχ ὡς τοῦτο ἀληθῶς ὄντα, ἀλλ' ὡς τοῦτο εἶναι φαντασθέντα· καὶ δεῖξαι βουληθεὶς τὴν ἀθρόαν τῆς περιφανείας μεταβολὴν, ἀπείκασεν Ἑωσφόρῳ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ εἰς γῆν πεσόντι.

ιγ'. *Σὺ δὲ εἶπας ἐν τῇ διανοίᾳ σου· Εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβήσομαι* [85]. Γυμνοῖ τοίνυν διὰ τούτων τῶν τοῦ Βαβυλωνίου τύφων τοὺς λογισμούς· τὰ δὲ ἐνταῦθα λεγόμενα διδάσκει ἡμᾶς καὶ ἡ προφητεία τοῦ Δανιήλ. Πρῶτον μὲν γὰρ, τὴν εἰκόνα ἐκείνην τὴν παμμεγέθη τὴν χρυσῆν τεκτηνάμενος, προσκυνεῖν αὐτὴν ἐκέλευσεν ἅπαντας, τὸ θεῖον σέβας ἁρπάζων.

A gebat Babylonius : destructo autem regno, liberati sunt a pensitatione tributi.

Vers. 6. *Percutiens gentem plaga insanabili.* Magnam enim orbis partem obtinentes Assyrii, ubi adversus universorum Deum insanierunt, et divinum templum incenderunt, regno exciderunt. Insanabilem enim plagam dixit regni destructionem, et urbis regiæ vastitatem.

Vers. 7. *Omnis terra clamat cum lætitia.* Lætati sunt omnes de Babyloniorum interitu, quia immanem feritatem in omnes exercuerant.

Vers. 8. *Et ligna Libani lætata sunt.* Libanum quidam hoc loco Hierosolymam dici existimarunt : ego vero Libani cedros appellari censeo reges B diversarum gentium, regni celsitatem hoc modo figurate intelligendo.

Vers. 9. *Infernus subter exacerbatus est occurrens tibi.* Scripturæ mos est, prosopopœia interdum uti, ut apertius res declaret. Hoc igitur loco mortem, quæ non est substantia quædam, sed accidens, tanquam subsistentem inducit, animaque **268** et ratione præditam, de rege Babylonis expostulantem.

Vers. 10. *Et tu captus es sicut et nos.* Arguit his verbis propheticus sermo incredibilem et immensum ejus fastum. Neque enim moriturum se credidit, sed Deum se propter eximiam potentiam arbitratus est. Unde et cætera adjecit, [11] « Sub te sternent putredinem, et operculum tuum ver- C mis. » In cœlum, inquit, ascensurum te sperasti, in terræ fundum demersus es, et pro sumptuosa veste purpurea vermium habes integumentum, et pro molli stragulo putredinem, et graveolentem saniem *.

Vers. 12.* *Quomodo cecidit de cœlo Lucifer?* Quoniam superbis cogitationibus ductus in cœlum se ascensurum speravit, Luciferum illum vocat : non quod talis revera sit, sed quod se esse cogitarit. Et ostendere volens repentinam splendoris mutationem, comparavit eum cum Lucifero e cœlo in terram lapso.

Vers. 13. *Tu autem dixeras in mente tua : In cœlum ascendam.* Demonstrat ergo his verbis ple- D nas arrogantiæ Babylonii cogitationes. Quæ vero hic dicuntur, eadem etiam nos docet prophetia Danielis. Primum enim ingentem illam statuam auream fabricatus, adorare illam omnes jussit, divinum cultum sibi usurpans. Deinde generosis

VARIÆ LECTIONES

[78] Πατάξας, κ. τ. λ. Hæc ad vers. 6 pertinent, in edit. priori autem ad vers. 5 relata erant, qui ad Dan. l. c. ita apud Nostrum leg.: Συνέτριψεν ὁ Θεὸς τὸν ζυγὸν τῶν ἁμαρτωλῶν, τὸν ζυγὸν τῶν ἀρχόντων. [79] ἔθν. πλ. Desid. h. l. θυμῷ, quod medium locum tenet apud LXX et ad Dan. l. c. [80] Ad Dan. l. c. leg. εὐφρανθήσονται. Ibid. reliqua hujus vers. ita se habent : Ἐπὶ σοὶ, καὶ ἡ κέδρος τοῦ Λιβάνου, ἀφ' οὗ κεκοίμησαι, οὐκ ἀνέβη ὁ κόπτων ἡμᾶς. [81] ἐπικρ. *Hebr.* contremuit. [82] ἐαλ. *Hebr.* infirmatus es. [83] κατακ. Infra ad Habac. I, 16, κάλυμμα. [84] Ἑωσφ. Reliqua infra ad Ezech. XXVIII, 16, et ad Dan. III, 98, ita leg. : Ὁ πρωῒ ἀνατέλλων ; συνετρίβη εἰς (ad Dan. l. c. ἐπὶ) τὴν γῆν ὁ ἀποστέλλων πρὸς πάντα τὰ ἔθνη. [85] ἀναβ. Quæ proxima sunt, infra, ad Ezech. et Dan. II. cc., et ad Jer. LI, 8, ac *Hær. fab.* lib. V, c. 8, ita se habent : Ἐπάνω τῶν ἄστρων τοῦ οὐρανοῦ (ad Dan. l. c. et *Hær. fab.* l. c. ἀστέρων, omisso τοῦ οὐρανοῦ) θήσω τὸν θρόνον μου.

Digitized by Google

illis athletis dicebat, « Quis est **269** Deus, qui eripiat vos de manibus meis ? » Mons autem excelsus esse dicitur ab aquilonari parte Assyriorum et Medorum, ab his Scythicas gentes dirimens, omnium quotquot sunt in terris altissimus. [14] Per illum videlicet in cœlum, ut par est, ascensum moliri te posse existimasti. Hæc vero non hic solus animo agitavit, sed et qui ipsum hæc docuit. Atque huic quidem secundum figuram congruunt verba jactantiæ : secundum veritatem autem illi, qui de cœlo revera cecidit, et Dei appellationem rapuit, et hominum plurimos in fraudem impulit.

A Εἶτα τοῖς γενναίοις ἐκείνοις ἔλεγεν ἀθληταῖς, « Τίς ἐστι Θεὸς, ὃς ῥύσεται ὑμᾶς ἐκ τῶν χειρῶν μου ; » Ὄρος δὲ ὑψηλὸν [86] εἶναι λέγεται βορράθεν Ἀσσυρίων καὶ Μήδων, ἀπὸ τούτων τὰ Σκυθικὰ διορίζον ἔθνη, πάντων τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ὀρῶν ὑψηλότατον· δι' ἐκείνου πάντως ὑπέλαβες, ὡς εἰκὸς, τῆς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνόδου κατατολμήσειν· ταῦτα δὲ οὐχ οὕτως μόνος ἐφαντάσθη, ἀλλὰ καὶ ὁ τοῦτον ταῦτα διδάξας. Καὶ τούτῳ μὲν κατὰ τύπον ἁρμόττει τῆς ἀλαζονείας τὰ ῥήματα· κατ' ἀλήθειαν δὲ, τῷ ἐκ τῶν οὐρανῶν ἀληθῶς ἐκπεπτωκότι, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ προσηγορίαν ἁρπάσαντι, καὶ τῶν ἀνθρώπων τοὺς πλείστους ἐξαπατήσαντι.

Vers. 15. *Nunc autem in infernum descende, et in fundamenta terræ.* In fundamenta enim terræ dixit, pro eo quod est, in profundum terræ.

ιε'. *Νῦν δὲ εἰς ᾅδου* [87] *καταβήσῃ, καὶ εἰς* [88] *τὰ θεμέλια τῆς γῆς.* Εἰς τὰ θεμέλια γάρ φησι τῆς γῆς, B ἀντὶ τοῦ, εἰς αὐτὸν τῆς γῆς τὸν πυθμένα.

Vers. 16. *Qui irritabat terram.* Irritare terram, Symmachus « Qui conturbavit terram » interpretatus est ; Aquila vero, « Qui concussit terram. »

ις'. *Ὁ* [89] *παροξύνων τὴν γῆν.* Τὸ παροξύνειν τὴν γῆν, ὁ μὲν Σύμμαχος, « Ὁ ταράξας τὴν γῆν, » ἡρμήνευσεν· ὁ δὲ Ἀκύλας, « Ὁ κλονήσας τὴν γῆν. »

Vers. 17. *Et civitates ejus destruxit, et eos qui abducti erant, non solvit.* Urbes quidem evertit, harum vero terram vastavit, captivis autem non pepercit. Reperitur enim in quibusdam pro, « non solvit, » non misertus est.

ιζ'. *Καὶ τὰς πόλεις αὐτοῦ* [90] *καθεῖλε, καὶ τοὺς ἐν ἀπαγωγῇ* [91] *οὐκ ἔλυσε.* Τὰς μὲν πόλεις ἐξεπόρθησε· τὴν δὲ τούτων ἐδήωσε γῆν· τοὺς δὲ ἀνδραποδισθέντας φειδοῦς οὐκ ἠξίωσεν. Εὕρηται [92] γὰρ ἔν τισιν ἀντὶ τοῦ, « οὐκ ἔλυσεν, » οὐκ ἐλέησεν.

Vers. 18. *Omnes reges gentium dormierunt in honore, homo* **270** *in domo sua.* Neque enim, sicut alii reges, domi residens vitæ finem sortitus es.

ιη'. *Πάντες οἱ βασιλεῖς ἐθνῶν* [93] *ἐκοιμήθησαν ἐν τιμῇ· ἄνθρωπος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ.* Οὐδὲ γὰρ, ὡς οἱ ἄλλοι βασιλεῖς, οἶκοι καθήμενος τοῦ βίου τὸ τέλος ἐδέξω.

Vers. 19. *Tu autem projectus eris in montibus.* Nullum erit inter te et alios discrimen : sed perinde ac cæteri milites, projectus in terram esca fies volucrum et ferarum.

ιθ'. *Σὺ* [94] *δὲ ῥιφήσῃ ἐν τοῖς ὄρεσιν* [95]. Οὐδεμία γὰρ C ἔσται σου καὶ τῶν ἄλλων διαφορά· παραπλησίως δὲ τοῖς ἄλλοις ὁπλίταις ἐπὶ τῆς γῆς ἐῤῥιμμένος, οἰωνοῖς καὶ θηρίοις ἔσῃ βορά.

Vers. 20. *Quoniam terram meam perdidisti, et populum meum interfecisti.* Et causam docet : *Quia terram vastasti, et populum meum occidisti.* *Non manebis in æternum tempus.* Hæc autem ad regnum ipsum dicit, non ad regem solum. Quomodo enim fieri poterat, ut homo in æternum viveret? Sed regni eversionem prædicit. Populum vero suum Israelem vocat, et terram suam similiter terram illius. In illa enim fuit divinum templum. Gentes enim, quæ nondum eum noverant, ipsius populus dici proprie non possent.

κ'. *Διότι τὴν γῆν μου* [96] *ἀπώλεσας, καὶ τὸν λαόν μου ἀπέκτεινας.* Καὶ τὴν αἰτίαν διδάσκει, *Διότι τὴν γῆν ἀπώλεσας, καὶ τὸν λαόν μου ἀπέκτεινας· οὐ* [97] *μὴ μείνῃς εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον.* Ταῦτα δὲ πρὸς αὐτὴν λέγει τὴν βασιλείαν, οὐ πρὸς τὸν βασιλέα μόνον. Πῶς γὰρ οἷόν τε ἦν ἄνθρωπον ὄντα εἰς τὸν αἰῶνα βιῶναι; Ἀλλὰ τὴν τῆς βασιλείας προλέγει κατάλυσιν· λαὸν δὲ αὐτοῦ τὸν Ἰσραὴλ ὀνομάζει, καὶ γῆν αὐτοῦ ὡσαύτως τὴν ἐκείνου γῆν. Ἐκείνη γὰρ εἶχε τὸν θεῖον ναόν· τὰ γὰρ μηδέπω αὐτὸν ἐγνωκότα ἔθνη οὐκ ἂν αὐτοῦ κυρίως κληθείη ὁ λαός.

Vers. 21. *Præpara filios tuos ut occidantur.* Hæc ad ipsum Nabuchodonosor dicit. Qui enim in D regno illi successerunt, a Medis et Persis oppressi sunt.

κα'. *Ἑτοίμασον* [98] *τὰ τέκνα σου σφαγῆναι.* Ταῦτα πρὸς αὐτὸν Ναβουχοδονόσορ λέγει. Οἱ γὰρ τὴν ἐκείνου διαδεξάμενοι βασιλείαν ὑπὸ Μήδων καὶ Περσῶν κατελύθησαν.

) Dan. III, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[86] ὄρος δὲ ὑψηλ., κ. τ. λ. Hæc referunt sese ad finem vers. 13, et ad vers. 14. Verba textus infra, ad Ezech. et Dan. II. cc. ita leg. : Καθιῶ ἐν ὄρει ὑψηλῷ, ἐπὶ τὰ ὄρη τὰ ὑψηλὰ τὰ πρὸς Βορράν. Ἀναβήσομαι ἐπάνω τῶν νεφελῶν (ad Dan. l. c. sequ. καὶ) ἔσομαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ. [87] Infra ad Dan. l. c. leg. ᾅδην. [88] εἰς — γῆς. *Hebr.* ad latera foveæ. Ita quoque Aqu. et Symm. [89] Ὁ — γῆν. Quæ h. l. des. ex initio vers. 16 infra, ad Dan. l. c. ita leg. : Οἱ ἰδόντες σε θαυμάσουσιν ἐπὶ σὲ, καὶ ἐροῦσιν· Οὗτος ὁ ἄνθρωπος. Ibid. reliqua ex vers. 16, una cum initio vers. 17, ita se habent : Ὁ σείων βασιλεῖς. Ὁ θεὶς τὴν οἰκουμένην ὅλην ἔρημον. [90] αὐτοῦ. Ad Dan. l. c. leg. αὐτῆς. [91] ἀπαγ. Ita leg. in Ald. et Compl. Recepta, sed minus apta, lectio est ἐπαγωγῇ. [92] εὕρηται — ἐλέησεν. Notatu digna est lectio οὐκ ἐλέησεν, de qua Eusebius, Montf. ac Bosius silent. [93] ἐθνῶν. Infra, ad Dan. l. c. præm. τῶν. [94] Σὺ — ὄρεσιν. *Hebr.* Tu autem projectus es e sepulcro tuo. [95] ὄρεσιν. Reliqua ex vers. 19. infra ad Dan. l. c. ita leg. : Ὡς νεκρὸς, ἐδδελυγμένος, μετὰ πολλῶν τεθνηκότων ἐκκεκεντημένων μαχαίρᾳ, καταβαινόντων εἰς ᾅδην. [96] γῆν μου — λαόν μου. *Hebr.* terram tuam — populum tuum. [97] οὐ — χρόνον. *Hebr.* non vocabitur in æternum (semen malignorum). [98] Ἑτ. — σφαγ. *Hebr.* Parate filiis ejus mactationem.

Digitized by Google

κβ'. Ἀπολέσω αὐτῶν [99] *δρομα.* Ὄλεθρον οὖν αὐτῶν, φησὶ, καταψηφιοῦμαι παντελῆ.

κγ'. Θήσω [1] *Βαβυλῶνα πηλοῦ βάραθρον.* Τὸ δὲ, « Θήσω αὐτὴν πηλοῦ βάραθρον εἰς ἀπώλειαν, » εἴρηται ἀντὶ τοῦ, « τῶν ἐπιφερομένων οὐκ ἀπαλλαγήσονται συμφορῶν. » Ἀπεικασθήσεται γὰρ τοῖς εἰς πηλοῦ βάραθρον ἐμπεπτωκόσι, καὶ ἀνασπασθῆναι μὴ δυνηθεῖσιν. Ἔστι μέντοι ἰδεῖν κατὰ τὸ ῥητὸν τὴν τῆς προφητείας ἀλήθειαν· τοῦ γὰρ Εὐφράτου διώρυξ μέσην αὐτὴν διατέμνει· ἐκ δὲ ταύτης ἡ ἀρδεία πάσῃ τῇ περὶ αὐτὴν προσφέρεται χώρᾳ. Τῶν γεωργούντων τοίνυν ἀναιρεθέντων, καὶ τῶν ὑδάτων ὡς ἔτυχε φερομένων, πηλοῦ βάραθρον ἀναγκαίως ἐγένετο.

κδ'. Ὃν *τρόπον εἴρηκα, οὕτως ἔσται.* Οὐδείς με πείσει μὴ ἐπιθεῖναι τοῖς εἰρημένοις τὸ πέρας.

κε'. *Τοῦ ἀπολέσαι τοὺς Ἀσσυρίους ἐπὶ τῆς γῆς ἐμῆς.* Ἐντεῦθεν δῆλον ὡς τοὺς αὐτοὺς καὶ Ἀσσυρίους καὶ Βαβυλωνίους καλεῖ. Πάλιν γὰρ τὸν Ναβουχοδονόσορ καταλιπὼν, καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνου φύντας, καὶ τῆς βασιλείας ἐκπεπτωκότας, ἐπὶ τὸν Σεναχηρεὶμ ἐπανήγαγε τὸν λόγον. Ἡ γὰρ ἐκείνου στρατιὰ πολιορκοῦσα τὴν Ἱερουσαλὴμ, τὸν πολυθρύλητον ἐκεῖνον ὑπέμεινεν ὄλεθρον· ζυγὸν [2] τοίνυν τὴν δουλείαν καλεῖ, αὕτη γὰρ τοῖς ὑπηκόοις ζυγοῦ δίκην ἐπίκειται.

κς'. *Αὕτη ἡ βουλὴ, ἣν βεβούλευται Κύριος ἐπὶ τὴν ὅλην οἰκουμένην.* Ἡ [3] « ἐπὶ τὴν οἰκουμένην ὅλην » φησὶ, καὶ [4] « ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, » διότι ἡ τῶν Ἀσσυρίων καὶ Βαβυλωνίων κατάλυσις τῶν ἐθνῶν ἦν ἁπάντων παραψυχή· ἐπειδὴ κατὰ πάντων τῶν τὴν Ἀσίαν καὶ τὴν Αἴγυπτον οἰκούντων εἶχον τὸ κράτος· καὶ οἱ τὴν Εὐρώπην δὲ οἰκοῦντες, τὴν ἀθρόαν τούτων μανθάνοντες μεταβολὴν, δύησιν ἐντεῦθεν ἐδέχοντο.

κη'. *Τοῦ ἔτους οὗ ἀπέθανεν ὁ βασιλεὺς Ἄχαζ.* Τὸν τῆς προφητείας καιρὸν διὰ τούτων ἐσήμανεν.

κθ'. *Μὴ εὐφραν θείητε, οἱ ἀλλόφυλοι πάντες.* Εἰ γὰρ καὶ δυσσεβὴς ὁ Ἄχαζ γενόμενος τῆς θείας ἐπικουρίας οὐκ ἔτυχε, καὶ τούτου χάριν εὐχείρωτος πᾶσι τοῖς πλησιοχώροις ἐγένετο· καὶ οὐ μόνον αὐτὸν αἱ δέκα φυλαὶ μετὰ τῶν Σύρων κατεπολέμησαν, ἀλλὰ καὶ ἀλλόφυλοι πρὸς τοῖς ἄλλοις πολλὰς αὐτοῦ κώμας καὶ πόλεις διήρπασαν· ἀλλ' ὅμως ἥσθησαν τούτου μεμαθηκότες τὴν τελευτὴν, πάσας ἐλπίζοντες λήψεσθαι τῶν Ἰουδαίων τὰς πόλεις. Καὶ παρακελεύεται τούτοις ὁ προφητικὸς λόγος μὴ ἡσθῆναι, ὡς [5] τῆς καταγωνιζομένης αὐτοὺς βασιλείας παντελῶς καταλυθείσης διὰ τὴν τοῦ Ἄχαζ ἀσέβειαν. « Ἐκ σπέρματος [6] ὄφεως ἐξελεύσεται ἔχγονα ἀσπίδων. [7] » Ὁ γοῦν θαυμάσιος Ἐζεκίας εὐσεβὴς γινόμενος, καὶ

VERS. 22. *Et perdam eorum nomen.* Exitium ergo illorum, inquit, decernam ultimum.

VERS. 23. *Et ponam Babylonem luti voraginem.* Illud autem, « Ponam eam luti voraginem in perditionem, » dictum est pro, « Ab illatis non liberabuntur calamitatibus. » Assimilabitur enim iis, qui in luti **271** voraginem ceciderunt, et extrahi non possunt. Veritatem autem prophetiæ, ut verba sonant, videre est. Nam Euphratis fossa mediam urbem illam secat, ex eaque tota adjacens regio irrigatur. Quare sublatis exstinctisque agricolis, et aquis casu ac temere fluentibus, luti gurges necessario exstitit.

VERS. 24. *Sicut dixi, ita erit.* Nemo putet me ad exitum quæ dicta sunt non perducturum esse.

VERS. 25. *Ad perdendum Assyrios super terram meam.* Hinc perspicuum est, quod eosdem Assyrios et Babylonios vocet. Rursus enim Nabuchodonosor relinquens, et ejus posteros, qui regnum amiserunt, revocat sermonem ad Senacherimum. Ejus enim exercitus Hierosolymam obsidens famosam illam stragem retulit. Jugum itaque servitutem appellat, quia hæc subditis velut jugum incumbit.

VERS. 26. *Hoc est consilium, quod decrevit Dominus super totum orbem terræ.* Aut « super totum orbem terræ » dicit, et « super omnes gentes, » quod Assyriorum et Babyloniorum destructio gentium omnium fuerit respiratio : quia in omnes per Asiam et Ægyptum obtinebant imperium, et qui Europam incolebant, repentinam istorum mutationem audientes utilitatem inde perceperunt.

VERS. 28. *Anno quo mortuus est rex Achaz.* Prophetiæ tempus his verbis designavit.

272 VERS. 29. *Nolite lætari, alienigenæ gentes omnes.* Etsi enim impius Achasus divinum auxilium non * adeptus, et proinde facilis captu vicinis omnibus fuit, ut non solum decem tribus una cum Syris illum devicerint, sed allophyli quoque, præter alios, multos ejus vicos et urbes diripuerint : tamen ejus audita morte lætati sunt, sperantes se omnes Judæorum civitates capturos. Et hos admonet propheticus sermo non lætari, tanquam regno, quod eos bello devicerat, funditus deleto propter impietatem Achasi. « Ex semine serpentis egredientur fetus aspidum. » Admirandus ergo Ezechias, pius cum esset ac Dei propterea auxilio juvaretur, allophylorum repressit audaciam.

VARIÆ LECTIONES.

[99] αὐτῶν. *Hebr.* Babelis. Aqu. et Symm. τῆς Βαβυλῶνος. [1] Θήσω — βάραθρ. Hæc plenius apud LXX ita leg.: Καὶ θήσω τὴν Βαβυλωνίαν ἔρημον, ὥστε κατοικεῖν ἐχίνους, καὶ ἔσται εἰς οὐδέν· καὶ θήσω αὐτὴν πηλοῦ βάραθρον εἰς ἀπώλειαν. [2] ζυγὸν — ἐπίκ. Hæc ad poster. partem vers. 25 pertinent. [3] Ἡ. Ita quidem Sirm. legit, ut ex versione quam apposuit colligitur. Mallem autem h. l. legere ἤ, ut sensus sit : super totum *omnino* orbem. [4] καὶ — ἔθνη. Hæc referunt sese ad finem vers. 26, καὶ αὕτη ἡ χεὶρ ἡ ὑψηλὴ ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη. [5] ὡς — καταλ. Hæc spectant ad verba textus omissa, συντετρίβη γὰρ ὁ ζυγὸς τοῦ παίοντος ἡμᾶς. [6] Ἐκ σπ. *Hebr.* e radice. [7] ἔκγ. ἀσπ. *Hebr.* basiliscus.

Digitized by Google

Unde aspidum fetum eum vocat, non quod illarum imitetur malitiam, sed quod talem allophylis plagam intulerit.

τῆς θείας διὰ τοῦτο ῥοπῆς ἀπολαύσας, ἔπαυσε τὴν τῶν ἀλλοφύλων θρασύτητα. Διὸ τοῦτον ἔκγονον ἀσπίδων καλεῖ· οὐχ ὡς τὴν ἐκείνων πονηρίαν μιμούμενον, ἀλλ' ὡς τοῖς ἀλλοφύλοις τοιαύτην ἐπενεγκόντα πληγήν.

Vers. 30. *Inopes autem homines super pacem requiescent.* Qui nunc, inquit, a vobis ut viles contemnuntur Judæi, a Deo pascentur, et a lupis irruentibus liberabuntur, et in pace permanebunt. Significat autem his verbis Assyriorum depulsionem. Vos vero egestate et fame vexabit, et miserrimo conficiet interitu. Per hæc autem designat obsidionem factam a Babyloniis.

λ'. *Πτωχοὶ δὲ ἄνθρωποι ἐν εἰρήνῃ*[8] *ἀναπαύσονται.* Οἱ παρ' ὑμῶν οὖν, φησὶ, νῦν ὡς εὐτελεῖς καταφρονούμενοι Ἰουδαῖοι, ὑπὸ[9] τοῦ Θεοῦ ποιμανθήσονται, καὶ τῶν ἐπιόντων ἀπαλλαγήσονται λύκων, καὶ ἐν εἰρήνῃ διατελέσουσι. Σημαίνει δὲ διὰ τούτου τὴν Ἀσσυρίων ἀπαλλαγήν. Ἐνδεία[10] δὲ ὑμᾶς καὶ λιμῷ κατατήξει, καὶ τῷ οἰκτίστῳ παραδώσει θανάτῳ. Διὰ δὲ τούτων τὴν πολιορκίαν σημαίνει, τὴν ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων γεγενημένην.

Vers. 31. *Ululate,* **273** *portæ civitatum.* Illud vero animadverte, portas neque rationis, neque animæ participes esse, ut ejulent. Per portas igitur eos qui ad portas stabant, et præsentia mala lugebant, intelligit. « Quoniam ab aquilone fumus venit. » Fumum ab aquilone venientem Assyrium dicit. Assyrio enim, velut fumo ingruente, nemo contra in aciem procedet. Congregatos enim dissipabit timor. [32] Captis ergo, inquit, allophylis omnibus, Sion sine labore superabit adversarios: et e rebus ipsis agnoscent, universorum Deum curam illius gerere, eamque ab impendentibus malis liberare propter inhabitantium pietatem.

λα'. *Ὀλολύξατε, πύλαι πόλεων.* Ἐκεῖνο δὲ σκόπει, ὡς αἱ πύλαι οὔτε λογικαί εἰσιν, οὔτε ἔμψυχοι, ὥστε ὀλολύζειν· διὰ τῶν πυλῶν τοίνυν τοὺς ἐπὶ τῶν πυλῶν ἑστῶτας, καὶ τὰ ἐπιόντα κακὰ θρηνοῦντας αἰνίττεται. « Ὅτι ἀπὸ βορρᾶ καπνὸς ἔρχεται. » Καπνὸν ἀπὸ βορρᾶ ἐρχόμενον τὸν Ἀσσύριον λέγει. Τοῦ γὰρ Ἀσσυρίου, ὡς καπνοῦ ἐπιόντος, οὐδεὶς ἀντιπαρατάξεται· τοὺς[11] γὰρ συντεταγμένους διαλύσει τὸ δέος. Πάντων τοίνυν, φησὶ, τῶν ἀλλοφύλων ἁλισκομένων, ἡ Σιὼν ἀπονητὶ περίεσται τῶν πολεμούντων· καὶ δι' αὐτῶν μαθήσονται τῶν πραγμάτων, ὡς ὁ τῶν ὅλων Κύριος αὐτῆς προμηθεῖται, καὶ τῶν ἐπιόντων αὐτὴν ἀπαλλάττει κακῶν διὰ τὴν τῶν οἰκητόρων εὐσέβειαν.

CAPUT XV.

Vers. 1. *Verbum contra Moabitidem.* Hi genus ducunt a Loto, metropolin autem olim habebant eam, quæ nunc dicitur Charachmoba. « Nocte peribit Moabitis. » Aut noctem vocat impietatis caliginem, aut eventurorum ignorantiam. Verisimile est autem, noctu captam fuisse civitatem.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

α'. *Τὸ ῥῆμα*[12] *τὸ κατὰ τῆς Μωαβίτιδος.* Οὗτοι τὸ γένος ἀπὸ τοῦ Λὼτ κατάγουσι· μητρόπολιν δὲ εἶχον πάλαι τὴν νῦν καλουμένην Χαραχμωβά. « Νυκτὸς ἀπολεῖται ἡ Μωαβῖτις. » Ἢ οὖν νύκτα καλεῖ τὸν τῆς ἀσεβείας ζόφον, ἢ τῶν συμβησομένων τὴν ἄγνοιαν. Εἰκὸς δὲ καὶ ἐν νυκτὶ γενέσθαι τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν.

Vers. 2. *Peribit enim et Debon.* Debon civitas et ipsa erat sub metropoli Moabitarum; Chamos vero Moabitarum idolum, cui ædificarunt altare. « Illuc ergo ascendetis, inquit, ad flendum. » Dicit autem illos ad altare flere, stulta sacrificia deridens. « Ululate, omnia **274** brachia dissecta. » [31] Hortatur ergo, ut ejulent, et brachia plangendo cruentent, et cilicii amictu luctum testentur, et in domibus, atque in viis et compitis plorent, tanquam eversis Esebon et Eleale, et usque ad Jassa luctu pertingente. Verum hæc quidem juxta historiam. Juxta moralem vero doctrinam...

β'. *Ἀπολεῖται δὲ καὶ Δηβών.* Δηβὼν πόλις ἦν καὶ αὕτη ὑπὸ τὴν μητρόπολιν τῶν Μωαβιτῶν τελοῦσα· Χαμὼς δὲ τῶν Μωαβιτῶν τὸ εἴδωλον, ᾧ τὸν βωμὸν ᾠκοδόμησαν. « Ἐκεῖ οὖν, φησὶν, ἀναβήσεσθε κλαίειν. » Λέγει δὲ αὐτοὺς παρὰ τὸν βωμὸν κλαίειν, κωμῳδῶν τὰς ἀνοήτους θυσίας. « Ὀλολύξατε[13], πάντες βραχίονες κατατετμημένοι[14]. » Παρακελεύεται τοιγαροῦν ὀλολύζειν, καὶ τῷ κομμῷ τοὺς βραχίονας αἱμάττειν, καὶ[15] τῇ τοῦ σάκκου περιβολῇ δεικνύναι τὸ πένθος, καὶ ἐν οἰκίαις, καὶ ἐν ἀγυιαῖς ὀλοφύρεσθαι, ὡς τῆς Ἐσεβὼν καὶ τῆς Ἐλεαλῆ ἀναστάτων γεγενημένων, καὶ μέχρι τῆς Ἰασσᾶ διαδραμόντος τοῦ θρήνου. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν καθ' ἱστορίαν· κατὰ δὲ ἠθικὴν διδασκαλίαν · · ·[16].

VARIÆ LECTIONES.

[8] ἐν εἰρ. Rec. lectio est ἐπ' εἰρήνης. *Hebr.* secure. [9] ὑπὸ — ποιμανθ. Hæc ad verba prima vers. 30, καὶ βοσκηθήσονται πτωχοὶ δι' αὐτοῦ, se referre videntur. [10] ἐνδεία — θανάτῳ. Hæc ad finem vers. 30 spectant. [11] τοὺς — δέος. Hæc ad verba ultima vers. 31, καὶ οὐκ ἔστι τοῦ εἶναι, spectare videntur. Sed *Hebr.* nec erit solivagus in cœtibus ejus. [12] ῥῆμα. *Hebr.* משא *onus*, quod oi LXX alias per ὅραμα (sicque cod. Alex. h. l.) exprimunt, vel per ὅρασις. [13] Ὀλολ. πάντες. Des. quæ medium locum apud LXX tenent, ἐπὶ πάσης κεφαλῆς φαλάκρωμα. [14] πάντ. βρ. κατατ. *Hebr.* omnis barba abrasa. [15] καὶ — τοῦ θρήνου. Hæc tum ad vers. 3, tum ad initium vers. 4 pertinent. [16] Quæ h. l. desunt, ad pœnitentiam commendandam spectasse, ex iis quæ ad vers. 4 et 5 a Nostro dicuntur, haud obscure colligitur.

Digitized by Google

δ. Ἡ ὀσφὺς[17] τῆς Μωαβίτιδος βοᾷ, ἡ ψυχὴ[18] αὐτῆς γνώσεται. Τάχα δὲ διὰ μὲν τῆς ὀσφύος, τὴν δειλίαν ἐδήλωσε· διὰ δὲ τῆς ψυχῆς καὶ τῆς καρδίας, τὸ πένθος· ἐπειδὴ γὰρ ἡ ὀσφὺς δέχεται τὴν ζώνην, ἡ ἐκείνης λύσις τὴν δειλίαν δηλοῖ· ἐπεὶ καὶ τὴν ἀνδρείαν πάλιν δι' ἐκείνης σημαίνει. « Ζῶσαι γὰρ, φησὶν, ὡς ἀνὴρ τὴν ὀσφύν σου. » Καὶ πάλιν, « Ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι. » Καὶ ἐτέρωθι, « Περιζωσάμενοι τὰς ὀσφύας ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ· » κατὰ μέντοι τὸν προαποδοθέντα περὶ μετανοίας λόγον.

Vers. 4. *Lumbus Moabitidis clamat, anima ejus cognoscet.* Fortasse per lumbum quidem timiditatem designavit, per animam vero et cor, luctum. Nam quia lumbus zona cingitur, ejus solutio timiditatem denotat : siquidem fortitudinem rursus per illum significat : « Accinge enim, inquit, sicut vir lumbum tuum [k]. » Et iterum : « Sint lumbi vestri præcincti [l]. » Et alio loco : « Succincti lumbos vestros in veritate [m], » nempe juxta præmissum de pœnitentia sermonem.

ε'. Δάμαλις γάρ ἐστι τριετής. Τὸ ἄτακτον αὐτῆς διὰ τούτων ἠνίξατο. Θρασεῖα γὰρ καὶ ἄτακτος ἡ τοιαύτη δάμαλις. « Ἐπὶ τῆς ἀναβάσεως[19] Λουεὶθ[20]. Λουεὶθ τοίνυν, καὶ Ἀρρωνιεὶμ, τόπων καὶ ταῦτα ὀνόματα· δι' ὧν λέγει παραγίνεσθαι τοὺς τὰ λυπηρὰ προσημαίνοντας. Παρακελεύεται δὲ αὐτῇ βοᾷν, καὶ ὀδύρεσθαι τὸν τῶν πόλεων ὄλεθρον, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων μεταβολήν· κατὰ δὲ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ ἀποδοθέντος περὶ μετανοίας ἠθικοῦ λόγου. Δυνατὸν δὲ καὶ τροπικῶς τοῦτο νοῆσαι, καὶ « χόρτον χλωρὸν, » καὶ « ὕδωρ ἀναβλύζον » τὴν εὐημερίαν καλέσαι. Εἰκὸς δὲ καὶ ταῦτα οὕτω συμβῆναι.

Vers. 5. *Vitula enim triennis est.* Petulantiam ejus his verbis subindicat. Ferox enim et petulans est vitula hujusmodi. « Super ascensum Luith. » Luith et Arroniim locorum sunt nomina, per quæ adventare eos dicit qui tristia denuntiant. Hortatur porro illam, ut vociferetur, et lugeat urbium exitium, et rerum mutationem, consequenter nimirum ad præmissum moralem de pœnitentia **275** sermonem. [6] Possunt autem et figurate hæc intelligi, ut « fenum virens » et « aqua scaturiens » prosperitas appelletur. Credibile est autem hæc etiam ita contigisse.

ζ'. Ἐπάξω[21] ἐπὶ τὴν φάραγγα Ἄραβας. Ἀπειλεῖ οὖν καὶ τῶν Ἀράβων τὴν παρεμβολήν. Ἄραβας δὲ κἀνταῦθα τοὺς Ἰσμαηλίτας καλεῖ. Πᾶσα γὰρ, φησὶ, πόλις τὰ οἰκεῖα θρηνήσει κακά· καὶ οἷά τις συναυλία θρήνων γενήσεται

Vers. 7. *Inducam super vallem Arabas.* Minatur ergo etiam Arabum castra. Arabas autem hoc quoque loco vocat Ismaelitas. [8] Omnis enim, ait, civitas sua ipsius lugebit mala, et lamentationum quædam fiet veluti consonantia.

θ'. Ὕδωρ τὸ Δηβὼν[22] πλησθήσεται αἵματι. Προλέγει τῶν ἀναιρουμένων τὸ πλῆθος. Τοσοῦτον γὰρ, φησὶν, ἔσται, ὡς καὶ τὸ ὕδωρ τὸ Ῥεμμὼν[23] κραθήσεσθαι τῷ αἵματι, τῶν[24] Ἀράβων ἐπιόντων, καὶ τὸν φόνον ἐργαζομένων. « Καὶ[25] Ἀριὴλ, καὶ τὸ κατάλοιπον Ἀδαμά. » Ἀριὴλ τοίνυν ἐστὶν ἡ νῦν καλουμένη Ἀρεόπολις· Ἀδαμὰ δὲ ἄλλη τις, ὁμώνυμος τῇ πάλαι μετὰ τῶν Σοδόμων δεξαμένῃ τὸν ὄλεθρον.

Vers, 9. *Aqua Debon implebitur sanguine.* Interfectorum multitudinem prædicit. Tanta enim erit, inquit, ut etiam aqua Remmon misceatur sanguine, Arabibus irruentibus, et cædem facientibus. « Et Ariel, et residuum Adama. » Ariel nimirum ea est quæ Arcopolis nunc dicitur; Adama vero alia quædam erat, ejusdem nominis cum ea quæ olim periit cum Sodomis.

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

α'. Ἀποστελῶ[26] ὡς ἑρπετὰ ἐπὶ τὴν γῆν. Τοὺς ἐκ τούτων αἰχμαλώτους, εἰς γῆν κύπτειν ἠναγκασμένους, τοῖς ἐπὶ γῆς ἕρπουσιν εἰκότως ἀπείκασεν.

CAPUT XVI.

Vers. 1. *Mittam quasi reptilia super terram.* Horum captivos, in terram abdere se coactos, apposite comparat cum reptilibus terræ.

β'. Ἔσῃ[27] ὡς πετεινοῦ ἀνιπταμένου νεοσσὸς ἀφῃρημένος. Εἰ καὶ ἐπετώθαζες οὖν, φησὶ, τῇ Ἱερουσαλὴμ, ὄρος καλοῦσα αὐτὴν ξηρὸν, μάθε διὰ τῶν πραγμάτων, ὡς ἐκείνη μὲν τοῦ Ἀσσυρίου τὰς χεῖρας διέφυγε· μᾶλλον δὲ τὴν ἐκείνου κατηνάλωσε στρατιάν· σὺ δὲ ἔσῃ ὡς πετεινοῦ ἀνιπταμένου νεοσ-

Vers. 2. *Eris velut avis avolantis pullus ablatus.* Et si Hierosolymam irridebas, inquit, siccum eam montem vocans, disce ex rebus ipsis, quod illa quidem Assyrii manus evasit, imo exercitum ejus delevit : tu vero eris sicut pullus **276** ave avolante ablatus. Sicut enim deserti a parentibus pulli

[k] Job xxxviii, 3. [l] Luc. xii, 35. [m] Ephes. vi, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[17] Ἡ ὀσφ. *Hebr.* expediti. Aqu. ἑξωμοι. [18] ἡ — γνώσεται. *Hebr.* anima ejus displicet illi, s. vitæ suæ tædet eum. [19] Ἐπὶ τ. ἀναβ. *Hebr.* per clivum. [20] Λουεὶθ. Ad proxima e vers. 5, πρὸς σὲ κλαίοντες ἀναβήσονται τῇ ὁδῷ Ἀρωνιείμ· βοᾷ, Σύντριμμα καὶ σεισμός, se refert expositio quæ sequitur. [21] Ἐπάξω — Ἄραβας. *Hebr.* ad vallem salicum deportabunt ea. [22] Δηβ. Propius ad Hebr. accedit lectio cod. Vatic. Δειμών. [23] Ῥεμμ. Hoc loco Noster sequitur lectionem cod. Alex. qui pro Δειμὼν habet Ῥεμμών. [24] τῶν — ἐργαζομένων. Hæc nituntur falsa τῶν LXX interpretatione. Nam pro ἐπάξω ἐπὶ Δειμὼν Ἄραβας, in Hebr. est, ponam super Dimon accessiones sc. malorum. [25] Καὶ — Ἀδαμά. *Hebr.* leonem (immittam illis qui Moabitas effugerint) et residuo. [26] Ἀποστ. — γῆν. *Hebr.* Mittite agnum domino terræ. [27] Ἔσῃ — ἀφῃρ. *Hebr.* Erit enim sicut avis vagans, e nido dimissa.

Digitized by Google

valde faciles sunt captu, sic cris et tu facilis captu, si providentia mea destitueris.

Vers. 3 *Deinde vero, Arnon, plura consulta.* De te ipsa, inquit, o Arnon, amplius delibera. Majoribus enim et tu calamitatibus involveris. In meridianis vero tenebris fugiunt, proprie quidem qui verum lumen non quærunt, sed ignorantiæ tenebras lumini anteponunt. Dicere autem licet, eos etiam qui in calamitatibus versantur, tenebras videre in meridie. Theodotion pro « Obstupuerunt, ne moleste feras, » apertius interpretatus est, « Migrantem ne reveles; » Symmachus vero, « Sede expulsum ne persequaris. » Quoniam enim Moabitæ fugientes in Arnon confugerunt, hortatur eam ut illos suscipiat, et non persequatur. Ab his enim, ait, emolumentum capies. Quod sequentia declarant.

Habitabunt juxta te fugitivi Moab. Protegent vos a facie persequentis (Vers. 4.) *Quia sublatum est auxilium tuum.* Cares, inquit, adjutoribus. Quod si hos susceperis, auxiliatores tibi erunt. Posthæc prædicit etiam exitium Assyrii. « Et princeps periit, qui conculcabat terram. » Et docens ubi perierit, et quam ob causam perierit, subjungit :

Vers. 5. *Et dirigetur cum misericordia thronus, et sedebit super illum cum veritate in tabernaculo Davidis, judicans et exquirens judicium, et acceleranS* **277** *justitiam.* De Ezechia hoc dicit. De hoc quartus etiam liber Regnorum, et secundus Paralipomenon, aiunt, quod ambularit in via Domini, sicut David pater ejus; non declinavit in dexteram, neque in sinistram.

Vers. 6. *Superbia ejus, et arrogantia ejus, et indignatio ejus.* Superbiam quidem dicit, quæ contra Deum : arrogantiam vero et contumeliam, contra populum. Alios enim afficiebant injuria, et in alios vindictam exercebant. « Non sic divinatio tua, non sic. » Et alia quidem vaticinabantur tibi dæmonum oracula : tu autem illis contraria vidisti. Existimo autem prophetam in memoriam illis revocare prædictionem Balaami : « Fore ut oriens ex Israele confringat duces Moabi [n]. »

Vers. 7. *Ululat Moab.* Prædicit his verbis terræ vastationem, tum ejus quæ conspersa est seminibus sterilitatem, tum ejus quæ plantis est consita solitudinem. [8] Et Assyriis præcipit, qui gentes

ὸς ἀφῃρημένος· ὥσπερ γὰρ οἱ τῶν γεγεννηκότων ἔρημοι νεοσσοὶ εὐχείρωτοι λίαν εἰσὶν, οὕτω καὶ σὺ εὐάλωτος ἔσῃ, τῆς ἐμῆς προνοίας οὐκ ἀπολαύουσα.

γ'. *Ἔπειτα δὲ* [28], *Ἀρνὼν, πλείονα βουλεύου* [29]. Ἢ περὶ σεαυτῆς, φησὶ, πλείονα βουλεύου, ὦ Ἀρνών· μείζοσι γὰρ καὶ σὺ περιβληθήσῃ κακοῖς· ἐν μεσημβρινῇ [30] δὲ σκοτίᾳ φεύγουσι, κυρίως μὲν οἱ τὸ ἀληθινὸν φῶς οὐκ αἰτοῦσιν, ἀλλὰ τὸ σκότος τῆς ἀγνοίας τοῦ φωτὸς προτιμῶνται· εἴποι δ' ἂν τις καὶ τοὺς ἐν συμφοραῖς ὄντας σκότος ὁρᾷν ἐν μεσημβρίᾳ. Ὁ δὲ Θεοδοτίων τὸ, « Ἐξέστησαν, μὴ ἀχθῇς, » σαφέστερον ἡρμήνευσεν, « Μεταναστεύοντα, φησὶ, μὴ ἀποκαλύψῃς [31]· » ὁ δὲ Σύμμαχος, « Ἀνάστατον μὴ ἀποδιώξῃς. » Ἐπειδὴ γὰρ οἱ Μωαβῖται φεύγοντες πρὸς τὴν Ἀρνὼν κατέφευγον, παρακελεύεται αὐτῇ ὑποδέξασθαι, καὶ μὴ ἀποδιῶξαι τούτους. Ὠφεληθήσῃ γὰρ ἐκ τούτων· τοῦτο γὰρ τὰ ἑξῆς διδάσκει.

Παροικήσουσί [32] *σοι οἱ φυγάδες Μωάβ· ἔσονται σκέπη ὑμῖν ἀπὸ προσώπου διώκοντος.* (δ'.) *Ὅτι* [33] *ἦρθη ἡ συμμαχία σου.* Ἔρημος εἶ, φησὶ, τῶν βοηθῶν· ἐὰν δὲ τούτους ὑποδέξῃ, ἔσονταί σοι ἐπίκουροι· εἶτα προλέγει καὶ τοῦ Ἀσσυρίου τὸν ὄλεθρον· « Καὶ ὁ ἄρχων [34] ἀπώλετο, ὁ καταπατῶν τὴν γῆν [35]. » Καὶ διδάσκων ποῦ ἀπώλετο, καὶ τίνος χάριν ἀπώλετο, ἐπιφέρει·

ε'. *Καὶ διορθωθήσεται μετ' ἐλέους θρόνος· καὶ καθιεῖται ἐπ' αὐτοῦ μετὰ ἀληθείας ἐν σκηνῇ Δαβὶδ, κρίνων καὶ ἐκζητῶν κρίσιν* [36], *καὶ σπεύδων ἐπὶ* [37] *δικαιοσύνην.* Περὶ τοῦ Ἐζεκίου ταῦτά φησι· περὶ τούτου γὰρ καὶ ἡ τετάρτη τῶν Βασιλειῶν, καὶ ἡ δευτέρα τῶν Παραλειπομένων φησὶν, ὅτι ἐπορεύθη ἐν τῇ ὁδῷ Κυρίου, ὡς Δαβὶδ ὁ πατὴρ αὐτοῦ· οὐκ ἐξέκλινε δεξιὰ ἢ ἀριστερά.

ς'. *Ἡ* [38] *ὑπερηφανία, καὶ ἡ ὕβρις, καὶ ἡ μῆνις αὐτοῦ.* Πλὴν ὑπερηφανίαν μὲν, τὴν κατὰ τοῦ Θεοῦ λέγει· ὕβριν δὲ καὶ μῆνιν, τὴν κατὰ τοῦ λαοῦ. Τούτους γὰρ ἐξύβριζον, καὶ τούτους ἐμνησικάκουν. « Οὐχ οὕτως ἡ μαντεία σου [39], οὐχ οὕτως. » Καὶ ἕτερα μὲν προὐλεγόν σοι οἱ τῶν δαιμόνων χρησμοί· τἀναντία δὲ ἐκείνων ἑώρακας. Ἡγοῦμαι δὲ τὸν προφήτην καὶ τῆς τοῦ Βαλαὰμ αὐτοὺς ὑπομιμνήσκειν προῤῥήσεως· « Ὡς ὁ ἐξ Ἰσραὴλ ἀνίσχων θραύσει ἀρχηγοὺς Μωάβ. »

ζ'. *Ὀλολύζει Μωάβ* [40]. Προλέγει τοίνυν ἐν τούτοις τῆς γῆς τὴν δῄωσιν, καὶ τῆς σπειρομένης τὴν ἀκαρπίαν, καὶ τῆς πεφυτευμένης τὴν ἐρημίαν· καὶ [41] παρακελεύεται τοῖς τὰ ἔθνη καταπίνουσιν Ἀσσυρίοις,

[n] Num. xxiv, 17.

VARIÆ LECTIONES.

[28] Ἔπειτα δὲ, Ἀρν. *Hebr.* ad vada prope Arnonem. [29] πλ. βουλ. *Hebr.* afferas, s. ineas consilium. [30] ἐν μεσ., κ. τ. λ. Hæc ad poster. partem vers. 3 spectant. [31] μεταν. μὴ ἀποκ. Ita Theodot. bene juxta Hebr. [32] Παροικ. — συμμαχία σου. *Hebr.* Commorentur expulsi mei apud te, o Moab, sis latibulum illis contra vastatorem : nam desinet qui (nunc) premit, s. hostis eorum. [33] Ὅτι, κ τ. λ. Apud LXX vers. 4 inc. a Παροικήσουσι, κ. τ. λ. [34] ὁ ἄρχων. *Hebr.* vastatio. Post ἀπώλετο in Hebr. seq. תמם quod deest apud LXX. [35] τὴν γῆν. Al. ἀπὸ τῆς γῆς, vel ἐπὶ τῆς γῆς. [36] Rec. lectio κρίμα. [37] ἐπί. Abest a textu τῶν Ο'. [38] Ἡ—μῆνις αὐτοῦ. Plenius hæc apud O' ita leg. : Ἠκούσαμεν τὴν ὕβριν Μωάβ, ὑβριστὴς σφόδρα, τὴν ὑπερηφανίαν ἐξῆρας. · [39] ἡ μαντ. σου. *Hebr.* membra tua, s. vires tuæ. (*Al.* mendacia tua.) Symm. οἱ βραχίονες αὐτοῦ. [40] Ὀλολ. Rec. lectio ὀλολύξει. [41] καὶ — πόλεμον. Hæc ad verba prima vers. 8, usque ad ἕως Ἰαζὴρ, pertinent.

Digitized by Google

καταπατῆσαι τὰς ἀμπέλους, καὶ οἷόν τινας ὅρους αὐτοῖς τιθεὶς, παρεγγυᾷ ἕως Ἰαζὴρ συνάψαι τὸν πόλεμον.

A devorabant, ut conculcent vineas, et quasi quosdam eis terminos statuens, usque ad Jazer illos bellum proferre jubet.

VERS. 7. *Quam pulchri pedes evangelizantium auditum pacis!* Hoc juxta figuram quidem perfectum est, quando habitantibus Hierosolymam captivitatis relaxatio nuntiata est : revera autem ac proprie convenit prophetia sacris apostolis. Horum quippe pulchri pedes, quos Dominicæ manus abluerunt et corroborarunt, ut mundum universum peragrarent, ut pacis divinæ Evangelia deferrent, promissorumque bonorum fruitionem ostenderent. « Sion, regnabit Deus tuus. » Et hæc similiter sacris potius apostolis conveniunt, per quos Dei et Salvatoris nostri regnum promulgatum est.

ζ'[29]. Ὡς[30] ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων ἀκοὴν εἰρήνης! Τοῦτο τυπικῶς μὲν ἐδέξατο τὸ πέρας, ἡνίκα τοῖς τὴν Ἱερουσαλὴμ κατοικοῦσιν ἀπηγγέλθη τῶν αἰχμαλώτων ἡ ἄφεσις. Ἀληθῶς δὲ καὶ κυρίως ἁρμόττει τοῖς ἱεροῖς ἡ προφητεία ἀποστόλοις. Τούτων γὰρ ὡραῖοι οἱ πόδες, οὓς αἱ δεσποτικαὶ χεῖρες ἀπένιψάν τε καὶ ἔῤῥωσαν, ὥστε πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διαδραμεῖν, καὶ τῆς θείας εἰρήνης διαπορθμεῦσαι τὰ Εὐαγγέλια, καὶ μηνῦσαι τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν. « Σιὼν, βασιλεύσει σου ὁ Θεός. » Καὶ ταῦτα ὡσαύτως, τοῖς ἱεροῖς μᾶλλον ἀποστόλοις ἁρμόττει· δι' ἐκείνων γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνεκηρύχθη βασιλεία.

VERS. 8. *Vox custodientium te exaltata est.* Iidem ipsi apostoli et annuntiant, et custodiunt, et conciliant lætitiam. Salvatorem enim oculis suis viderunt, cum homo factus Sionem **357** illustravit. B

η'. Φωνὴ τῶν φυλαττόντων σε[31] ὑψώθη. Οἱ αὐτοὶ ἀπόστολοι καὶ κηρύττουσι, καὶ φυλάττουσι, καὶ προξενοῦσι τὴν εὐφροσύνην. Αὐτόπται γὰρ ἐγένοντο τοῦ Σωτῆρος, ἡνίκα ἐνανθρωπήσας τὴν Σιὼν ἐπέφανεν.

VERS. 11. *Recedite, recedite, egredimini inde.* Fideles qui crediderunt hortatur sermo propheticus ut ab infidelibus segregentur. « Qui portatis vasa Domini. » Vasa nominat eos* qui electionem meruerunt. Ita et beatum Paulum appellavit, Ananiæ dicens : « Vade, quoniam vas electionis est mihi iste*. »

ια'[32]. Ἀπόστητε, ἀπόστητε, ἐξέλθετε ἐκεῖθεν[33]. Τοῖς πεπιστευκόσιν ὁ προφητικὸς λόγος παρακελεύεται χωρισθῆναι τῶν ἀπίστων. « Φέροντες τὰ σκεύη τοῦ Κυρίου. » Σκεύη καλεῖ τοὺς τῆς ἐκλογῆς ἠξιωμένους. Οὕτω καὶ τὸν μακάριον ὠνόμασε Παῦλον. Τῷ γὰρ Ἀνανίᾳ φησί· « Πορεύου, ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος. »

VERS. 13. *Ecce intelliget puer meus.* Dominicam passionem deinceps accuratius vaticinatur. Ordine autem humana omnia demonstravit, sapientiam, C miraculorum operationem, reverentiam ab omnibus exhibitam.

ιγ'. Ἰδοὺ συνήσει ὁ παῖς μου. Τὸ Δεσποτικὸν λοιπὸν ἀκριβέστερον προλέγει πάθος· κατὰ τάξιν δὲ ἅπαντα ἔδειξε τὰ ἀνθρώπινα, τὴν σοφίαν, τὴν θαυματουργίαν, τὸ παρὰ πάντων σέβας.

VERS. 14. *Sicut stupebunt super te multi.* Cruci clavis confixus est, et caput ejus spinis redimitum, et arundinibus percutientes aiebant : « Prophetiza nobis, Christe, quis sit qui te percussit P. »—« Et gloria tua a filiis hominum. » Non omnes enim crediderunt : qui autem crediderunt pietatis mysterium supra modum admirati sunt.

ιδ'. Ὃν τρόπον ἐκστήσονται ἐπὶ σοὶ[34] πολλοί. Σταυρῷ προσηλώθη, καὶ ἀκάνθαις αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν περιέδησαν, καὶ καλάμοις[35] τύπτοντες ἔλεγον· « Προφήτευσον ἡμῖν, Χριστὲ, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε; » «Καὶ ἡ δόξα[36] σου ἀπὸ υἱῶν ἀνθρώπων. » Οὐ γὰρ ἅπαντες ἐπίστευσαν· οἱ δὲ πεπιστευκότες ὑπερηγάσθησαν τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον.

VERS. 15. *Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt.* Qui olim persequebantur et obtrectare non dubitabant, ejus potentiam liquido intuentes, plane abstinebunt a convitio. Qui enim prophetica vaticinia non receperant, sed idolis serviebant, per præcones veritatis ejus quem prædicant imperium videbunt, et illius cognoscent potentiam. D

ιε'. Οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, ὄψονται[37]. Οἱ πάλαι διώκοντες καὶ βλασφημεῖν τολμῶντες, ἐναργῶς θεωροῦντες αὐτοῦ τὴν δύναμιν, ἀποστήσουσι τῆς λοιδορίας τὴν γλῶτταν. Οἱ γὰρ τὰς προφητικὰς οὐ δεξάμενοι προῤῥήσεις, ἀλλὰ τοῖς εἰδώλοις δουλεύοντες, ὄψονται διὰ τῶν κηρύκων τῆς ἀληθείας τοῦ κηρυττομένου τὸ κράτος, καὶ γνώσονται αὐτοῦ τὴν δύναμιν.

* Act. IX, 15. P Matth. XXVI, 68.

VARIÆ LECTIONES.

[29] Ex vers. 3 hæc leg. supra. t. I, p. 882 : δωρεὰν ἐπράθητε καὶ οὐ μετὰ ἀργυρίου λυτρωθήσεσθε. [30] Ὡς — εἰρ. Ita fere Rom. x, 15 : ubi tamen leg. : τ. εὐαγγ. εἰρήνην. Ita quoque Noster supra, ad Cant. VII, 1, ubi sequ. τῶν εὐαγγελιζομένων ἀγαθά. [31] τε. φυλ. σε. *Hebr.* speculatorum tuorum. [32] Ex fine vers. 10, hæc exstant in *Eran.* dial. 2, ὅτι ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. [33] ἐκεῖθεν. Quæ proxima sunt, II Cor. VI, 17; ita leg. ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν καὶ ἀφορίσθητε· καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε. Ita quoque apud Nostrum l. c. Sed alius est verborum positus apud LXX. [34] Rec. lect. σέ. [35] καὶ τύπτ. Supra, p. 353, exeunte, Noster usus erat voce κολαφίζειν. [36] ἡ δόξα σου. *Hebr.* forma ejus. [37] ὄψ. Reliqua supra, t. I, p. 1425, ita leg. : καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι συνήσουσιν. Ita quoque Rom. XV, 21.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. ΝΓ'.

β'[38]. *Ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ.* Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, « ἡ ῥίζα ἀπὸ γῆς ἀβάτου. » Προείπομεν, φησὶ, τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν. Αὐτὴν γὰρ ἄβατον καὶ διψῶσαν προσηγόρευσεν, ὡς ἴχνος ἀνδρὸς καὶ γαμικὸν ὑετὸν οὐδαμῶς δεξαμένην. Καὶ τοῦτο δὲ ἀνηγγείλαμεν, ὡς « οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ, οὐδὲ δόξα. » Τουτέστι παρὰ τὸν τοῦ πάθους καιρόν· πολλὴ γὰρ ἦν ἡ ἀτιμία καὶ ἡ ὕβρις. « Καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ[39] οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος. » Ἐν τοῖς ἐξῆς τὴν ταπείνωσιν αὐτοῦ τὴν μέχρι θανάτου παριστᾷ. Μεγίστη δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡ ἐνέργεια· τὰ γὰρ μετὰ πολλὰς γενόμενα γενεὰς οὕτω τοῖς ἁγίοις προφήταις προέδειξεν, ὡς μὴ λέγειν, ἐκείνους ἠκούσαμεν, ἀλλ' εἴδομεν.

γ'. *Ὅτι*[40] *ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ*[41]. Τουτέστιν ἀπέστρεψε τὴν θείαν ἐνέργειαν, γνώμῃ τὸ πάθος δεξάμενος, καὶ τοὺς ἐσταυρωκότας οὐκ ἀμυνάμενος. Καὶ γὰρ σταυρούμενος ἔλεγε, « Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασί τι ποιοῦσι. »

δ'. *Οὗτος*[42] *τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει*[43]. Ἡμῶν γὰρ ὑπὲρ ὧν ἡμάρτομεν ὀφειλόντων θάνατον, καὶ διὰ τοῦτο ταύτην δεξαμένων τὴν ψῆφον, αὐτὸς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν κατεδέξατο θάνατον· καὶ ἡμῶν ὑποκειμένων ταῖς κατάραις διὰ τὴν τοῦ νόμου παράβασιν, αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἐγένετο κατάρα· γέγραπται γάρ· « Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. » *Καὶ*[44] *ἐλογισάμεθα εἶναι αὐτὸν ἐν πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ ὑπὸ Θεοῦ.* Τοῦ λαοῦ τὴν ἄγνοιαν ὁ προφήτης ᾠκειώσατο, καί φησι ὑπειληφέναι αὐτὸν οἰκείων ἕνεκα ταῦτα πάσχειν ἁμαρτημάτων.

ε'. *Ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας*[45] *ἡμῶν.* Ἡμεῖς ὑπεκείμεθα τιμωρίαις ἡμαρτηκότες· αὐτὸς δὲ καθαρὸς ὢν ἁμαρτημάτων, ὑπὲρ ἡμῶν τὰς τιμωρίας ὑπέμεινεν. « Παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν[46]. » Ἡμαρτηκότες ἐξεπολεμώθημεν τῷ Θεῷ· ἔδει δὲ ἡμᾶς παιδευθέντας οὕτω τυχεῖν τῆς εἰρήνης· ἀλλ' αὐτὸς εἰς ἑαυτὸν τὴν παιδείαν δεξάμενος, τῆς εἰρήνης ἡμᾶς ἠξίωσε.

ς'. *Πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν.* Οὔτε γὰρ ἴσα πάντων τὰ πλημμελήματα, οὐδὲ εἷς ὁ τρόπος. Ἄλλα γὰρ τὰ Αἰγυπτίων εἴδωλα, καὶ ἄλλα τὰ Φοινίκων· καὶ τὰ Ἑλλήνων ἕτερα, καὶ ἄλλα τῶν Σκυθῶν. Ἀλλ' ὅμως εἰ καὶ διάφοροι τῆς πλάνης οἱ τρόποι, πάντες ὁμοίως, τὸν ὄντα Θεὸν καταλελοιπότες, ἐφκειμεν προβάτοις πλανωμένοις, καὶ προκειμένοις τοῖς λύκοις.

A

B

C

D

358 CAP. LIII.

Vers. 2. *Sicut radix in terra siticulosa.* Secundum Aquilam vero, « radix de terra inaccessa. » Prædiximus, inquit, nativitatem ex virgine. Ipsam quippe inaccessam et sitientem appellavit, ut quæ viri vestigium et maritalem pluviam nullo modo admiserit. Et hoc porro annuntiavimus, quod « non sit illi species, neque gloria. » Videlicet tempore passionis, in qua plurimum fuit dedecoris et contumeliæ. « Et vidimus eum, et non habebat speciem, neque decorem. » Deinceps repræsentat ejus humiliationem usque ad mortem. Maxima autem sancti Spiritus efficacitas. Nam quæ multis post sæculis gesta sunt, sanctis prophetis ita præmonstravit, ut non dicerent, audivimus, sed vidimus.

Vers. 3. *Quia aversa est facies ejus.* Hoc est, avertit divinam efficientiam, cum passionem voluntate sustineret, et eos qui crucifixerant non vindicaret. Nam cruci affixus dicebat : « Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt [q]. »

Vers. 4. *Iste peccata nostra portat.* Cum enim propter peccata nostra rei mortis essemus, atque hanc idcirco sententiam passi essemus, ipse mortem pro nobis suscepit. Cumque maledictionibus obnoxii propter legis prævaricationem nos **359** essemus, pro nobis ipse factus est maledictum. Scriptum enim est : « Maledictus omnis qui pendet in ligno [r]. » *Et nos reputavimus eum esse in labore et plaga a Deo* (*immissa*). Ignorantiam populi sibi ipsi affingit propheta, et arbitratum se ait illum propter sua ipsius peccata hæc pati.

Vers. 5. *Vulneratus est propter peccata nostra.* Nos suppliciis addicti eramus, qui peccaveramus. Ipse vero peccatis vacuus et purus cum esset, pro nobis pœnas sustinuit. « Disciplina pacis nostræ super eum. » Nos peccando inimici Deo facti sumus : oportebat autem ut pœna castigati pacem hac ratione consequeremur. Sed ipsemet pœna in se suscepta pacem nobis indulsit.

Vers. 6. *Omnes quasi oves erravimus.* Nec enim æqualia sunt omnium peccata, nec unus peccandi modus. Alia enim idola sunt Ægyptiorum, alia Phœnicum ; et alia rursus Græcorum, alia Scytharum. Attamen, licet diversi erroris sint modi, omnes pariter, Deo vero derelicto, similes facti sumus ovibus errantibus, lupoque expositis.

[q] Luc. XXIII, 34. [r] Deut. XXI, 23.

VARIÆ LECTIONES.

[38] Ex vers. 1, hæc in epist. ad Rom. X, 16, leg. Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; ita quoque apud Nostrum l. c. [39] καὶ κάλλος. Ita enim supra, t. I, p. 888 et 1270, necnon Osee VII, 8. Sed in *Eran.* dial. 3, leg. : καὶ οὐκ εἶχεν οὔτε κάλλος. *Hebr.* nec aspectus (erat ei) ut desideraremus eum. [40] Ὅτι — αὐτοῦ. Quæ apud LXX præm., Ἀλλὰ, μαλακίαν, juxta lect. cod. Alex. alleg. supra, t. I, p. 888, 1270 et infra, in *Eran.* l. c. *De provid.* orat. 10, et in *Repr.* anath. 12. [41] αὐτοῦ. Ultima hujus vers. ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη, exstant t. I, p. 888. [42] Οὗτος — φέρει. Hæc infra ad I Cor. XV, 27, 28 ita leg. : οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν. Hæc parum a lectione Symm. differunt. [43] φέρει. Quæ proxima sunt, t. I, p. 922, ita se habent : καὶ τὰ περὶ ἡμῶν ἐδυνᾶτο. [44] Καὶ — Θεοῦ. Rec. lectio, καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ, καὶ ἐν κακώσει. Illud ὑπὸ Θεοῦ add. in Ald. et Compl. [45] ἁμ. Infra ad I Cor. XV, 3, leg. ἀνομίας. Ibid. seq. καὶ μεμαλάκισαι διὰ τὰς ἁμαρτίας (rec. l. ἀνομίας) ἡμῶν. [46] αὐτόν. Reliqua, τῷ μώλωπι αὐτοῦ πάντες (rec. lect. ἡμεῖς) ἰάθημεν, supra t. I, p. 1203, schol. 10, e cod. Aug. allata sunt.

Digitized by Google

VERS. 7. *Non aperit os suum.* Hoc sacrorum etiam Evangeliorum historia docet. Quippe ante passionem, cum dies noctesque disseréret, utilitatisque plenam doctrinam proferret, passionis tempore obmutuit.

VERS. 8. *Ab iniquitatibus populi* **360** *mei ductus est ad mortem.* Duobus modis intelligitur : uno, quod Salvatorem necessario venire oportuerit propter iniquitates nostras. Neque enim locus erat adventui Salvatoris, si nos in peccatis deprehensi non essemus ; altero, quod ab hominibus ipsis ductus sit ad mortem.

VERS. 9. *Et dabo malos pro sepultura ejus.* Pro « dabo » tres reliqui « dabit » dixerunt. Ipse enim qui hæc passus est, Romano eos tradidit bello. Divites autem Scribas, et Pharisæos, et summos Pontifices vocavit : malos vero similiter. Hi enim omnium bona sibi vindicabant.

VERS. 10. *Et Dominus vult mundare eum a plaga.* Hoc est, innocentem declarare, et minime obnoxium morti. « Anima vestra videbit semen longævum. » Si confessi fueritis impietatem, et salutem expetieritis, vitam æternam consequemini. Hanc enim appellavit longævam.

VERS. 12. *Et fortium dividet spolia.* Fortes vocat dæmonas ; spolia autem, homines. Spolia porro dicuntur, immitium arma. Arma vero dæmonum olim fuerunt homines. Per nostra enim membra **361** nos oppugnabant. Sed hos profligans Christus Dominus, illorum spolia divisit apostolis, alios Romanorum, alios Ægyptiorum, alios Indorum magistros instituens. « Et in iniquis reputatus est. » Non solum enim destinatam iniquis pœnam passus est, sed et cum latronibus crucifixus est.

CAP. LIV.

VERS. 1. *Lætare, sterilis, quæ non paris.* Non enim pariebat olim pietas Ecclesiæ : sed idolorum cultui adhærebant. « Erumpe et clama, quæ non parturis » Erumpe, dixit de partu violento et, Clama, similiter. Aiunt enim obstetrices hortari eas quæ ægræ pariunt, ut vi magna nitantur, et clament. Lætare autem, dixit de concessa præter spem fecunditate. At contraria quodammodo videntur, erumpe, et, lætare : cæterum utrumque accidit. Nam et præter spem peperit : tales enim sunt

ζ'. *Οὐκ*[47] *ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ.* Τοῦτο καὶ ἡ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων ἱστορία διδάσκει. Πρὸ γὰρ τοῦ πάθους νυκτὸς καὶ μεθ' ἡμέραν διαλεγόμενος, καὶ τὴν ὀνησιφόρον διδασκαλίαν προφέρων, κατὰ τὸν τοῦ πάθους ἐσίγησε καιρόν.

η'. *Ἀπὸ*[48] *τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἤχθη*[49] *εἰς θάνατον.* Διττῶς νοεῖται· τοῦτο μὲν, ὅτι ἐδέησεν ἀναγκαίως γενέσθαι τὴν παρουσίαν τοῦ Σωτῆρος διὰ τὰ ἡμέτερα παρανομήματα· οὐκ ἂν γὰρ χώραν ἔσχεν ἡ τοῦ Σωτῆρος ἐνδημία, ἡμῶν μὴ ἐν παρανομίαις ἐξετασθέντων· τοῦτο δὲ, ὅτι ὑπ' αὐτῶν τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸν θάνατον ἤχθη.

θ'. *Καὶ*[50] *δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ.* Τὸ « δώσω, » οἱ τρεῖς « δώσει » ἔφασαν· αὐτὸς γὰρ ὁ ταῦτα παθὼν τῷ Ῥωμαϊκῷ παρέδωκε πολέμῳ· πλουσίους[51] δὲ τοὺς Γραμματεῖς, καὶ Φαρισαίους, καὶ ἀρχιερέας ἐκάλεσεν, ὡσαύτως δὲ καὶ πονηρούς. Οὗτοι γὰρ τὰ πάντων ἐσφετερίζοντο.

ι'. *Καὶ*[52] *Κύριος βούλεται καθαρίσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς·* τουτέστιν ἀθῶον δεῖξαι, καὶ μὴ ὑποκείμενον θανάτῳ. « Ἡ ψυχὴ[53] ὑμῶν ὄψεται σπέρμα μακρόβιον[54]. » Ἐὰν ὁμολογήσητε τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὴν σωτηρίαν αἰτήσητε, τεύξεσθε τῆς αἰωνίου ζωῆς. Ταύτην γὰρ μακρόβιον κέκληκε.

ιβ'[55]. *Καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα*[56]. Ἰσχυροὺς καλεῖ τοὺς δαίμονας· σκῦλα δὲ τοὺς ἀνθρώπους. Σκῦλα δὲ καλεῖται τῶν ἀνημέρων τὰ ὅπλα. Ὅπλα δὲ τῶν δαιμόνων πάλαι ἦσαν οἱ ἄνθρωποι. Διὰ γὰρ τῶν ἡμετέρων ἡμῖν ἐπολέμουν μελῶν. Ἀλλὰ τούτους καταλύσας ὁ Δεσπότης Χριστὸς, τὰ τούτων σκῦλα τοῖς ἀποστόλοις διένειμε. Τοὺς μὲν Ῥωμαίων, τοὺς δὲ Αἰγυπτίων, τοὺς δὲ Ἰνδῶν διδασκάλους χειροτονήσας. « Καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη. » Οὐ γὰρ μόνον τὴν τοῖς παρανόμοις ἀπονενεμημένην ὑπέμεινε τιμωρίαν, ἀλλὰ καὶ μετὰ λῃστῶν ἐσταυρώθη.

ΚΕΦΑΛ. ΝΔ'.

α'. *Εὐφράνθητι, στεῖρα, ἡ οὐ τίκτουσα.* Οὐ γὰρ ἔτικτεν ἡ Ἐκκλησία εὐσέβεια πάλαι· τῇ δὲ τῶν εἰδώλων δουλείᾳ προσέδρευον. « Ῥῆξον καὶ βόησον, ἡ οὐκ ὠδίνουσα. » Τέθεικε τὸ, Ῥῆξον, ἐπὶ τῆς βιαίας γεννήσεως· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ, Βόησον. Φασὶ γὰρ τὰς μαίας παρακελεύεσθαι ταῖς δυστοκούσαις, καὶ βιάζεσθαι, καὶ βοᾷν. Τὸ δὲ, Τέρπου, ἐπὶ τῆς παρ' ἐλπίδα δωρηθείσης πολυπαιδείας. Ἐναντίον δέ πως εἶναι δοκεῖ τὸ ῥῆξον, καὶ, τέρπου· ἀμφότερα δὲ ὅμως συνέβη. Καὶ γὰρ παρ' ἐλπίδα γεγέννηκε· τοιαῦται γὰρ

VARIÆ LECTIONES.

[47] Οὐκ—αὐτοῦ. Vid. supra, p. 90, ad Cant. IV, 1. Proxima, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, leg. infra ad Osee VII. 8. [48] Ἀπὸ, κ. τ. λ. Ex initio vers. 8, ista, ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη, exstant infra ad Osee l. c. Quæ proxima sunt, τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; bis quidem iisdem verbis leg. *Hist. eccl.* l. I, c. 3. et in *Eran.* dial. 2 ; sed in dial. 3, p. 330, Garn. leg. γένεσιν pro γενεάν. [49] ἤχθη εἰς θάν. *Hebr.* plaga illi sc. obtigit. [50] Καὶ—αὐτοῦ. *Hebr.* Et dedit cum impiis sepulturam ejus. [51] πλουσίους, κ. τ. λ. Hæc ad mediam partem vers. 9 pertinent. Verba autem ultima, supra, t. I, p. 222. ita leg. ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Ita fere cod. Alex. [52] Καὶ—πληγῆς. *Hebr.* Et Jehova voluit percutere eum, (et) ægritudine affecit (eum). [53] Ἡ—μακρόβιον. *Hebr.* (si posuerit s. dederit, pro reatu) animam suam (s. semetipsum), videbit prolem, prolongabit dies. Plenius autem hæc in dial. 5, p. 383, Garn. ita leg. ἐὰν δῶτε περὶ ἁμαρτίας τὴν ψυχὴν ὑμῶν, ὄψεσθε σπέρμα μακρόβιον. [54] μακρ. Sequitur l. c. καὶ βούλεται ἐν χειρὶ αὐτοῦ. Sed *Hebr.* et beneplacitum Jehovæ per manum ejus prospere succedet. Illa ἐν χειρὶ αὐτοῦ adduntur in Ald. et Compl. [55] Vers. 11, juxta cod. Vatic. leg. apud Garn. l. c. [56] Καὶ — σκῦλα. Ex l. c. apud Garn. suppleri possunt tum verba prima hujus vers., tum etiam reliqua quæ h. l. des.

Digitized by Google

τοῦ παναγίου Πνεύματος αἱ ὠδῖνες. « Πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου [57]. » Ἔρημος ἦν πάλαι ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία. Διὸ καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν αὐτῇ ἐλέγετο, « Εὐφράνθητι [58], ἔρημος διψῶσα. »

A partus Spiritus sancti. « Multi filii desertæ. » Deserta olim erat Ecclesia gentium. Unde ad eam superius dicebatur : « Lætare sitiens deserta [57]. »

β'. *Πλάτυνον τὸν τόπον τῆς σκηνῆς σου.* Παρακελεύεται δὲ τῇ στείρᾳ τῶν εὐκτηρίων οἴκων τὴν οἰκουμένην ἐμπλῆσαι, καὶ εἰς τὰ ἀριστερὰ, καὶ εἰς τὰ δεξιά. Τουτέστιν εἰς τὰ νότια, καὶ εἰς τὰ βόρεια τοῦτο δρᾶσαι. « Καὶ τοὺς πασσάλους σου κατίσχυσον. » Πασσάλους δὲ οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι τοὺς ἁγίους προφήτας ὀνομάζων, καὶ ἀποστόλους, καὶ μάρτυρας· οὗτοι γὰρ ἐν τῇ γῇ κεκρυμμένοι, καθάπερ οἱ πάσσαλοι, κατέχουσι τὴν τῆς Ἐκκλησίας σκηνὴν, οἷόν τισι σχοινίοις τῇ διδασκαλίᾳ προσηρμοσμένην.

Vers. 2. *Dilata locum tabernaculi tui.* [3] Sterilem adhortatur, ut orbem impleat domibus oratoriis, tum ad sinistram, tum ad dextram, hoc est, ut ad meridiem et ad boream id faciat. « Et palos tuos confirma. » Minime aberravit, qui palos vocarit sanctos prophetas, et apostolos, et martyres. Illi enim in terra absconditi, sicut pali, **362** continent Ecclesiæ tabernaculum, doctrina quasi funibus quibusdam constabilitam.

ς'. *Οὐχ ὡς γυναῖκα καταλελειμμένην.* Ὠνείδιζον Ἰουδαῖοι πάλαι τοῖς ἔθνεσι τὴν ἀσέβειαν, ὡς ἡ Φενάννα τῇ Ἄννῃ τὴν ἀτεκνίαν. Ὑπισχνεῖται τοίνυν ὁ προφητικὸς λόγος αὐτῇ τὴν τοῦ ὀνειδισμοῦ ἀπολαγήν.

Vers. 6. *Non ut mulierem derelictam.* Exprobrabant olim Judæi gentibus impietatem, sicut Annæ Phenenna sterilitatem. Promittit igitur illi sermo propheticus depulsionem contumeliæ.

ιδ' [59]. *Ἀπέχουσα [60] ἀπὸ ἀδίκου.* Ταύτης ἀπολαύσασα τῆς εὐεργεσίας, μὴ γένου περὶ τὸν εὐεργέτην ἀχάριστος. Οὕτω γὰρ κρείττων ἔσῃ τῶν πολεμούντων.

Vers. 14. *Recedens ab iniquo.* Hoc percepto beneficio, noli erga benefactorem ingrata fieri. Sic enim hostibus superior evades.

ιε'. *Ἰδοὺ [60] προσήλυτοι προσελεύσονται [61].* Προσηλύτους καλεῖ τοὺς καθ' ἑκάστην, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡμέραν ἐκ τῶν ἐθνῶν ἀγρευομένους, καὶ τοὺς θείῳ προσιόντας βαπτίσματι. Καὶ ταύτης τοίνυν τῆς προφητείας ὁρῶμεν τὸ τέλος.

Vers. 15. *Ecce proselyti accedent.* Proselytos vocat eos, qui ex gentibus per singulos fere dies capiebantur, et ad divinum accedebant baptisma'. 'Et hujus ergo prophetiæ finem cernimus.

ις'. *Ἐγὼ [62] ἔκτισά σε, οὐχ ὡς χαλκεὺς φυσῶν ἄνθρακας.* Τὸ ἄπονον καὶ λίαν εὐπετὲς τῆς δημιουργίας δεδήλωκεν· οὐ γὰρ δέομαι, φησὶν, ὀργάνων τινῶν, καὶ πυρὸς, καὶ φυσώντων, τοῖς χαλκεῦσι παραπλησίως· ἀλλ' [63] ἀρκεῖ μοι λόγος εἰς ποίησιν. « Ἐγὼ [64] δὲ ἔκτισά σε οὐκ εἰς ἀπώλειαν [65]. » Ἐπειδὴ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκὸς, ἐδέξατο δὲ καὶ θανάτου τὴν ψῆφον, ὑπισχνεῖται ὁ τῶν ὅλων Δημιουργὸς, εἰς ἀφθαρσίαν νεουργεῖν τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν.

Vers. 16. *Ego creavi te, non ut ærarius sufflans prunas.* Laboris expertem et sibi admodum facilem creationem declarat. Non egeo enim, inquit, instrumentis quibusdam, et igne, et sufflantibus, sicut ærarii; sed mihi ad faciendum satis est verbum. « Ego autem creavi te non in perditionem. » Quoniam primus homo de terra terrenus, accepit etiam sententiam mortis, promittit universorum Conditor, se humanam naturam esse renovaturum ad immortalitatem.

ΚΕΦΑΛ. ΝΕ'.

CAP. LV. **363**

α'. *Ἀγοράσατε ἄνευ [66] ἀργυρίου καὶ τιμῆς οἶνον καὶ στέαρ [67].* Τὰς νομικὰς ἐνταῦθα θυσίας ἐξέβαλε. Διαφερόντως γὰρ τῶν ἱερείων τὸ στέαρ τῷ βωμῷ προσφέρειν ἐκέλευσεν. Οὗ δὴ χάριν καὶ μεταλαμβάνειν ἀπηγόρευσε στέατος, καὶ οἶνον δὲ σπένδειν εἰώθεισαν.

Vers. 1. *Emite sine argento et pretio vinum et adipem.* Sacrificia legalia hoc loco exterminat. Victimarum enim adipem in altari offerri præcipue jussit, eamque ob causam adipem edi vetuit; vinum etiam libare consueverant.

[57] Isa. xxxv, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[57] ἐρ. Reliqua, μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα, exstant, t. I, p. 99 et 1409, (Deest autem μᾶλλον p. 784) nec non ad Cant. I, 1, Galat. IV, 27 et ad Mich. V, 3. [58] τέρπου. Ita Theodotion habet h. l. [59] Ex vers. 11, hæc Nostro tribuit Busius ad h. l., ἰδοὺ ἐγὼ ἐμβαλῶ ἐν στιμμι τοὺς λίθους σου. Ex vers. 13, hæc in dial. 3, p. 346, Garn. leg. καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ. Ita quoque in dial. 4, p. 373, conf. Joan. VI, 45. [59] Ἀπ. Ita Ald. habet. Præstat autem juxta Hebr. lectio rec. ἀπέχου. [60] Ἰδ. πρ. προσελ. *Hebr.* Ecce congregando congregabitur sc. hostis. [61] προσελ. In dial. 4, p. 358, Garn. leg. διελεύσονται. Ib. seq. σοι δι' ἐμοῦ. [62] Ἐγὼ—ἄνθρ. *Hebr.* Ecce ego creavi, s. excitavi, fabrum sufflantem in igne prunas. [63] ἀλλ' — ποίησιν. Hæc referunt sese ad verba ista, καὶ ἐκφέρων σκεῦος εἰς ὀργήν. [64] Ἐγὼ — ἀπώλειαν. *Hebr.* Egoque creavi destructorem. [65] ἀπ. Apud LXX, seq. φθεῖραι. [66] ἄνευ. Apud LXX, præm. καὶ φάγετε. [67] στέαρ. *Hebr.* lac.

Digitized by Google

VERS. 4. *Ecce testimonium in gentibus dedi eum.* Illum enim, qui a Judæis crucifixus est, universa terra et mare adorat, ejusque leges amplectitur. Testimonium autem hunc appellat, vel secundum Aquilam et Symmachum, « testem, » ut qui de futuro judicio testetur, et gehennæ flammam comminetur.

VERS. 5. *Ecce gentes quæ nesciebant te.* Cuinam hæc adaptant Judæi? quemnam gentes invocarunt? ad quem confugerunt populi? Verum illi quidem demonstrare non possunt : nos vero res ipsas cernimus, et illum qui ignorabatur a gentibus, ab iisdem indesinenter adorari.

VERS. 6. *Et postquam vobis appropinquaverit.* [7] Postquam, inquit, quærentes inveneritis, et invocantes veniam obtinueritis, fugite pristinam viam impietatis et iniquitatis, et date Deo facies, non autem terga. Misericordiam enim vobis impertiet, peccatorumque remissionem indulgebit.

VERS. 8. *Neque enim sunt consilia mea, sicut consilia vestra.* [9] Multum, inquit, inter nos distamus, tantumque adeo, quantum **364** cœlum a terra. Vos enim odistis, ego autem diligo : vos bellum infertis, ego beneficia confero.

VERS. 10. *Quomodo enim si descendat pluvia.* [11] Quemadmodum, inquit, pluvia et nix irrigationis gratia terræ præbentur, ut agricolæ labores suos recipiant, manipulos colligentes, [s] et inde alimenta comparantes : sic qui a me profertur sermo efficientiam ad agendum, et vim habet quam maximam, omnia complens quæ volo.

VERS. 12. *In lætitia enim egrediemini.* A diaboli tyrannide exempti et ab ejus potestate liberati, omni lætitia replebuntur. Deinde ut lætitiæ ostendat magnitudinem, et montes, et colles, et silvas lætari significat. Hoc enim beatus quoque David dixit, cum exitum populi ex Ægypto enarraret : « Montes exsultaverunt sicut arietes, et colles sicut agni ovium [s]. » Hoc autem genere utitur divina Scriptura, hominum obsequens consuetudini. Solemus enim dicere, universa civitas lætatur, universa civitas festum agit, haud sane muros urbis intelligentes, sed incolas. Quod si tropice item intelligere quis velit, montes quidem et colles, cœlestes virtutes, quæ et ipsæ ordinatæ sunt; ligna vero agri, quæ ramis suis lætitiam præ se ferunt, sanctos de quibus dictum est : « Justus ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur [t]; »

δ' [68]. *Ἰδοὺ μαρτύριον ἐν ἔθνεσιν ἔδωκα* [69] *αὐτόν* [70]. Τὸν γὰρ ὑπὸ Ἰουδαίων ἐσταυρωμένον πᾶσα γῆ καὶ θάλαττα προσκυνεῖ, καὶ τοὺς τούτου νόμους ἀσπάζεται. Μαρτύριον δὲ τοῦτον καλεῖ, ἢ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν καὶ τὸν Σύμμαχον, « μάρτυρα · » ὡς περὶ τῆς μελλούσης διαμαρτυρόμενον κρίσεως, καὶ τῆς γεέννης ἀπειλοῦντα τὴν φλόγα.

ε'. *Ἰδοὺ ἔθνη ἃ οὐκ ἤδεισάν σε* [71]. Τίνι ταῦτα προσαρμόζουσιν Ἰουδαῖοι; τίνα τὰ ἔθνη ἐπεκαλέσαντο; ἐπὶ τίνα δὲ κατέφυγον οἱ λαοί; Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν οὐ δύνανται δεῖξαι · ἡμεῖς δὲ ὁρῶμεν τὰ πράγματα, καὶ τὸν ἀγνοούμενον ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ἀπαύστως ὑπ' αὐτῶν προσκυνούμενον.

ς'. *Ἤγγικα δ' ἂν ἐγγίσῃ ὑμῖν.* Ὅτ' ἄν, φησί, ζητήσαντες εὕρητε, καὶ ἐπικαλεσάμενοι τύχητε συγγνώμης, φεύγετε τὴν προτέραν τῆς ἀσεβείας καὶ παρανομίας ὁδὸν, καὶ δότε τῷ Θεῷ τὰ πρόσωπα, καὶ μὴ τὰ νῶτα. Μεταδώσει γὰρ ὑμῖν ἐλέου, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων δωρεῖται τὴν ἄφεσιν.

η'. *Οὐ γάρ εἰσιν αἱ βουλαί μου, ὥσπερ αἱ βουλαὶ ὑμῶν.* Πολὺ, φησὶν, ἀλλήλων ἀφεστήκαμεν, καὶ τοσοῦτον, ὅσον ὁ οὐρανὸς γῆς. Ὑμεῖς μὲν γὰρ μισεῖτε · ἐγὼ δὲ φιλῶ · ὑμεῖς πολεμεῖτε, ἐγὼ δὲ εὐεργετῶ.

ι'. *Ὡς γὰρ ἂν καταβῇ ὁ ὑετός.* Καθάπερ, φησὶν, ὑετὸς καὶ χιὼν ἀρδείας χάριν χορηγεῖται τῇ γῇ, ὥστε τοὺς γηπόνους ἀπολαβεῖν τοὺς πόνους, τὰ δράγματα καρπωσαμένους, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ποριζομένους τροφήν· οὕτως ὁ ἀποφαντικός μου λόγος ἐνεργέστατός ἐστι, καὶ πρακτικώτατος, πάντα πληρῶν ὅσα βούλομαι.

ιβ'. *Ἐν γὰρ εὐφροσύνῃ ἐξελεύσεσθε.* Τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος ἀπαλλαττόμενοι, καὶ τῆς ἐκείνου δυναστείας ἐλευθερούμενοι, πάσης εὐφροσύνης ἐμπλησθήσονται. Εἶτα τῆς θυμηδίας δεικνὺς τὴν ὑπερβολὴν, καὶ τὰ ὄρη, καὶ τοὺς βουνοὺς, καὶ τὰ ξύλα ἔδειξεν εὐφραινόμενα. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ μακάριος ἔφη Δαβὶδ, τὴν ἐξ Αἰγύπτου ἔξοδον τοῦ λαοῦ διηγούμενος· « Τὰ ὄρη ἐσκίρτησαν ὡς κριοὶ, καὶ οἱ βουνοὶ ὡς ἀρνία προβάτων. » Τούτῳ δὲ τῷ εἴδει κέχρηται ἡ θεία Γραφὴ, τῷ ἔθει τῶν ἀνθρώπων ἀκολουθοῦσα. Εἰώθαμεν γὰρ λέγειν, πᾶσα ἡ πόλις εὐφραίνεται, πᾶσα ἡ πόλις ἑορτάζει, οὐ τοὺς τοίχους νοοῦντες πόλεις, ἀλλὰ τοὺς οἰκοῦντας. Εἰ δὲ καὶ τροπικῶς τις νοεῖν βούλεται, ὄρη μὲν καὶ βουνοὺς, τὰς ἐπουρανίους δυνάμεις, αἳ δὴ καὶ τεταγμέναι εἰσίν· ξύλα δὲ ἀγροῦ τοῖς κλάδοις δεικνύντα τὴν ἡδονὴν, τοὺς ἁγίους, περὶ ὧν εἴρηται· « Δίκαιος ὡς φοίνιξ

[s] Psal. CXIII, 4. [t] Psal. XCI, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[68] Ex vers. 3 hæc leg. *Hær. fab.* l. V, c. 14, καὶ διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκην αἰώνιον τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. Ita quoque in Eran., dial. I, p. 24, t. IV, Sirm., ubi tamen leg. διαθήσω. [69] Ed. Infra *Cr. Aff. Cur.*, serm. 10, et in Eran. l. c. leg. δέδωκα. [70] αὐτόν. Utroque loco cit. sequuntur reliqua vers. 4, ἀρχοντα καὶ προστάσσοντα ἐν ἔθνεσιν. (Ἐν abest *Cr. Aff. Cur.* l. c.) [71] ἤδεισαν. Ita Alex. Sed οἴδασι leg. juxta cod. Vatic. utroque loco cit., ubi post σέ seq. reliqua hujus vers. : ἐπικαλέσονταί σε, καὶ λαοὶ, οἳ οὐκ ἐπίστανταί σε, ἐπὶ σὲ καταφεύξονται, ἕνεκεν Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου καὶ τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ, ὅτι ἐδόξασέ σε.

Digitized by Google

ἀνθήσει, ὡσεὶ κέδρος ἡ ἐν τῷ Λιβάνῳ πληθυνθήσεται· » καὶ, « Ἐγὼ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ μου [72]· » εὑρήσει [73] καὶ οὕτως τὴν τῆς προφητείας ἀλήθειαν. A

ιγ'. *Καὶ ἀντὶ στοιβῆς ἀναβήσεται κυπάρισσος* [74]. Ἔδειξε καὶ διὰ τούτων τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν τὴν μεταβολήν. Οἱ γὰρ πάλαι, ἀχρήστοις βοτάναις καὶ χαμαιζήλοις ἐοικότες, οὗτοι μετὰ τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Σωτῆρος, καὶ τῆς κυπαρίσσου τὸ ὕψος, καὶ μυρσίνης τὸ εὐῶδες σεμνύνονται, καὶ κηρύττουσι. Διὰ τῶν πραγμάτων τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν τὴν δύναμιν, οἷόν τι σημεῖον, καὶ τέρας μέγα, καὶ παράδοξον, καὶ διαρκὲς, ἐπιδεικνύντες τὴν οἰκείαν μεταβολήν.

ΚΕΦΑΛ. ΝϚ'.

β'. *Μακάριος ἀνὴρ ὁ ποιῶν ταῦτα, καὶ φυλάσσων* [75] *τὰ Σάββατα μὴ βεβηλοῦν.* Τῇ τῶν ἀγαθῶν ἐργασίᾳ συνέζευξε τὸν μισθόν· μισθὸς δὲ μέγιστος ὁ μακαρισμός. Τῆς δὲ τῶν Σαββάτων φυλακῆς ἐπιμελεῖσθαι προσέταξεν, ἔτι κρατοῦντος τοῦ νόμου. Ἔδειξε δὲ καὶ πῶς δεῖ τιμῆσαι τὸ Σάββατον. Ἀθώους [76] γὰρ, φησὶ, προσήκει τὰς χεῖρας ἀδικίας φυλάττειν. Οὕτω γὰρ οὐ βεβηλοῦται τὸ Σάββατον. Βέβηλον δέ ἐστι τὸ μὴ ἅγιον, τουτέστι τὸ κοινόν. Ἐπειδὴ τοίνυν εἰς τὴν τῶν θείων ἐργασίαν ἀφιερώθη τὸ Σάββατον, ἐὰν, φησὶ, παραβῇς τὸν κείμενον νόμον, κοινὴν αὐτὴν ἡμέραν ἀποφαίνεις, τουτέστι βέβηλον. B

γ'. *Μὴ λεγέτω ὁ ἀλλογενὴς* [77]. Τὸν Ἰουδαϊκὸν ἐν τούτοις καταστέλλει τῦφον. Ἐπειδὴ γὰρ ὠλιγόρουν μὲν ἀρετῆς, μεγάλα δὲ ἐφρόνουν ἐπὶ τῇ ῥίζῃ τοῦ Ἀβραὰμ, διδάσκει ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὡς ἀρετὴν, ἀλλ' οὐ γένος, ζητεῖ. C

ε' [78]. *Δώσω αὐτοῖς* [79] *τόπον* [80] *ὀνομαστὸν* [81], *κρείσσω υἱῶν καὶ θυγατέρων.* Κἂν τούτῳ παραπλησίως καὶ τοὺς εὐνούχους ἐπ' ἀρετὴν παροτρύνει· καὶ τῶν ἐπὶ πολυπαιδίᾳ μεγαλαυχομένων τὴν ὀφρὺν καταλύει. « Ὄνομα αἰώνιον δώσω αὐτοῖς. » Ἀψευδὴς ἡ ὑπόσχεσις· καὶ μαρτυροῦσιν οἱ περὶ τὸν θεσπέσιον Δανιὴλ, καὶ Ἀνανίαν, καὶ Ἀζαρίαν, καὶ Μισαήλ. Ἀφαιρεθέντες γὰρ ὑπὸ τῶν πολεμίων τὸ γενέσθαι πατέρες, πολυθρύλλητοι μᾶλλον ἢ οἱ πολλῶν παίδων πατέρες ἐγένοντο· καὶ ἄσβεστον αὐτῶν διαμένει τὸ κλέος. Οὕτω τὸν Ἀβιμέλεχ, καὶ ἀλλογενῆ, καὶ εὐνοῦχον ὄντα, Αἰθίωψ γὰρ ἦν, ἀοίδιμον διὰ τὴν εὐσέβειαν ἀπέφηνεν ὁ Θεός. D

ς'. *Καὶ τοῖς ἐκλεκτοῖς* [82] *ἀλλογενέσιν.* Ἔδειξεν ὅτι οὐκ Ἰουδαίων μόνων ἐστὶν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ ἐθνῶν ὁ τῶν ὅλων Θεός· πάντων γὰρ ὑπάρχων δημιουργὸς, πάντων προμηθεῖται παραπλησίως.

ζ'. *Ὅτι* [83] *συνάξω ἐπ' αὐτὸν συναγωγήν.*

[72] Psal. LI, 10.

Et : « Ego sicut oliva fructifera in domo Dei mei [72] ; » sic etiam prophetiæ veritatem reperiet.

Vers. 13. *Et pro stœba ascendet cyparissus.* Ostendit etiam his verbis extranearum gentium mutationem. Qui enim similes olim erant herbis inutilibus et humi 365 jacentibus, hi post cognitionem Salvatoris, et cupressi proceritatem, et myrti suaveolentiam præ se ferunt. Ac rebus ipsis Dei et Salvatoris nostri potentiam prædicant velut signum quoddam, et prodigium ingens, ac mirabile et constans, exhibentes suam ipsorum mutationem.

CAPUT LVI.

Vers. 2. *Beatus vir qui facit hæc, et qui custodit Sabbata, ut non profanet ea.* Cum bonis operibus mercedem conjunxit : merces vero maxima est beatitudo. Sabbatorum autem custodiam curæ esse jussit, lege adhuc obtinente. Ostendit porro qua ratione observari Sabbatum debeat. Manus enim, inquit, ab injustitia innoxias custodire oportet. Sic enim non profanatur Sabbatum. Profanum vero id dicitur, quod non est sanctum, nimirum quod commune est. Quoniam igitur ad operanda divina consecratum est Sabbatum, si transgressus fueris, inquit, constitutam legem, communem diem illum facis, hoc est profanum.

Vers. 3. *Ne dicat alienigena.* Judaicam hoc loco deprimit arrogantiam. Nam quia virtutem contemnebant, et de stirpe Abrahami insolenter efferebantur, docet universorum Deus se virtutem quærere, non genus.

Vers. 5. *Dabo eis locum nominatum, meliorem filiis et filiabus.* Et hic similiter eunuchos ad virtutem excitat, et eorum qui 366 de liberorum copia gloriantur frangit supercilium. « Nomen sempiternum dabo eis. » Minime falsa promissio. Testes enim sunt divinus Daniel, et Ananias, Azarias et Misael. Nam cum ab hostibus ademptum illis esset ne patres fierent, fama multo celebriores facti sunt, quam qui multorum filiorum patres erant, et immortalis illorum gloria manet. Eodemque modo Abimelechum, et alienigenam et eunuchum (Æthiops enim erat), pietatis causa Deus illustrem reddidit.

Vers. 6. *Et electis alienigenis.* Ostendit universorum Deus, se non Judæorum tantummodo Deum esse, verum etiam gentium. Omnium enim cum sit creator, omnium similiter curam gerit.

Vers. 8. *Quia congregabo ad eum congregationem.*

VARIÆ LECTIONES.

[72] μου abest l. c., t. I, p. 948. [73] εὑρ. Ed. prior habet εὑρήσεις. [74] κυπ. *Hebr.* abies. [75] καὶ φυλ. Apud LXX præm. καὶ ἄνθρωπος ὁ ἀντεχόμενος αὐτῶν. [76] ἀθώους κ. τ. λ. Hæc ad finem vers. 22, pert. [77] ἀλλογ. Ex fine vers. 3, hæc leg. t. I, p. 882 et 1499, μὴ λεγέτω ὁ εὐνοῦχος, ὅτι Ἐγώ εἰμι ξύλον ξηρόν. [78] Ex vers. 4 hæc exstant t. I, ll. cc. ὅτι τάδε λέγει Κύριος τοῖς εὐνούχοις τοῖς φυλαττομένοις τὰ σάββατά μου, καὶ ἐκλεγομένοις ἃ ἐγὼ θέλω. [79] αὐτ. Utroque loco cit. sequ. ἐν τῷ οἴκῳ μου καὶ ἐν τῷ τείχει μου. [80] τόπ. ὀνομ. *Hebr.* locum et nomen. [81] ὀνομ. Ita quoque t. I, p. 1499, sed ibid. p. 822, est θαυμαστόν. [82] ἐκλ. Ita Ald. monente Bosio. [83] Ὅτι — συναγ. *Hebr.* Adhuc congregabo (plures) ad eum, ad congregatos ejus.

Digitized by Google

Manifeste ostendit, se ultimam Romanorum obsidionem prædicere. Post dispersorum enim congregationem et reditum, ferarum exercitum minatus est. [9] Agrestes porro feras vocat propter priorem impietatem. Innuit vero etiam crudele illorum ingenium et immite. Ex diversis gentibus coaluerat Romanus exercitus. Europam enim universam eo tempore cum obtinerent et Asiæ partem maximam subegissent, undique coactos habebant milites.

VERS. 10. *Videte, excæcatos esse omnes.* Tanta autem illorum est cæcitas, ut solem justitiæ in clarissima luce non videant « Canes muti non poterunt latrare. » Contra dæmonas enim non latrabant, sed circumblandientes inimicis, eos velut benefactores excipiebant : adversus nutricium autem et Salvatorem latrabant.

367 VERS. 11. *Et canes impudentes.* Repugnare quodammodo videtur. Nam si non latrant, sed continuo dormiunt, quomodo sunt impudentes? Sed, sicut dixi, adversus inimicos quidem non latrant : contra Creatorem vero impudentiam patefecerunt, improbitatis modum nullum facientes. « Omnes vias suas secuti sunt. » Arguit autem illos sermo, quod, relicta via divina, in diversos tramites aberrarint. Unusquisque enim ut volebat ambulabat, studens avaritiæ.

A Σαφῶς ἐδίδαξεν, ὡς τὴν ἐσχάτην πολιορκίαν προαγορεύει τῶν Ῥωμαίων. Μετὰ γὰρ τὴν τῶν διεσπαρμένων συναγωγὴν καὶ τὴν ἐπάνοδον, τὴν τῶν θηρίων ἠπείλησε στρατιάν. Ἄγρια δὲ θηρία καλεῖ διὰ τὴν προτέραν ἀσέβειαν. Αἰνίττεται δὲ καὶ τὸ ὠμὸν αὐτῶν, καὶ ἀνήμερον. Ἐκ διαφόρων ἐθνῶν ἡ Ῥωμαϊκὴ συνείλεκτο στρατεία. Τῆς γὰρ Εὐρώπης ἁπάσης τηνικαῦτα κρατοῦντες, καὶ τῆς Ἀσίας ὑποχείρια τὰ πλεῖστα πεποιηκότες, πανταχόθεν εἶχον συνειλεγμένους λογάδας.

ι'. *Ἴδετε, ὅτι*[84] *ἐκτετύφλωνται πάντες.* Τοσαύτη δὲ αὐτῶν ἡ τυφλότης, ὡς ἐν σταθερᾷ μεσημβρίᾳ μὴ ἐπιγνῶναι τῆς δικαιοσύνης τὸν ἥλιον. « Κύνες ἐνεοὶ οὐ δυνήσονται ὑλακτεῖν. » Κατὰ μὲν γὰρ τῶν δαιμόνων οὐχ ὑλάκτουν· ἀλλὰ περισαίνοντες τοὺς B πολεμίους, ὡς εὐεργέτας ἐδέχοντο· κατὰ δὲ τοῦ τροφέως καὶ Σωτῆρος ὑλάκτουν.

ια'. *Καὶ οἱ κύνες ἀναιδεῖς*[85]. Ἐναντίον εἶναί πως δοκεῖ· εἰ γὰρ οὐχ ὑλακτοῦσιν, ἀλλὰ διηνεκῶς καθεύδουσιν, πῶς ἀναίδειαν ἔχουσιν; Ἀλλ', ὥσπερ ἔφην, κατὰ μὲν τῶν πολεμίων οὐχ ὑλακτοῦσι· κατὰ δὲ τοῦ δημιουργοῦ τὴν ἀναίδειαν ἔδειξαν, κόρον οὐ λαμβάνοντες τῆς πονηρίας. « Πάντες ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν ἐξηκολούθησαν. Κατηγορεῖ δὲ αὐτῶν ὁ Λόγος, ὅτι τὴν θείαν καταλιπόντες ὁδὸν, εἰς πολυσχεδεῖς ἐπλανήθησαν ἀτραπούς. Ἕκαστος[86] γὰρ ὥδευεν ὡς ἐβούλετο, τὴν πλεονεκτικὴν αἱρούμενος γνώμην.

CAP. LVII.

VERS. 1. *Videte quomodo justus periit.* Dominicam hoc loco crucem præmonstravit. Justum C enim appellat Christum Dominum, ut qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus [y]. Ostendit vero pariter cæcitatem cordis eorum qui crucifixerunt. Nemo quippe illorum, inquit, facinus considerare voluit. « Et viri justi tolluntur. » Post Christum enim Dominum, adversus sanctos apostolos pari rabie sævierunt : ac divinum quidem lapidarunt Stephanum, divinissimum autem Jacobum de medio sustulerunt, siquidem de pinnaculo templi præcipitatum fustibus illum cædentes peremerunt. « Sublatus est justus, [2] erit in pace sepultura ejus. » De Christo Domino hæc dicit : eademque opera et cædis iniquitatem, et partam ex morte victoriam demonstrat. Ipsius enim mors divinam nobis reconciliationem largita est : ipse vero sepulcro relicto **368** in cœlos assumptus est.

VERS. 3. *Vos autem accedite huc, filii iniqui.* Dejecit eos ex cognatione Abrahami : accusat autem illorum adulterium, non id solum quod in matrimoniis cernitur, sed etiam quod in dogmatibus.

[y] Isa. LIII, 9.

ΚΕΦΑΛ. ΝΖ'.

α'. *Ἴδετε*[87] *ὡς ὁ δίκαιος ἀπώλετο.* Τὸν Δεσποτικὸν ἐνταῦθα σταυρὸν προεσήμηνε· δίκαιον γὰρ τὸν Δεσπότην ὀνομάζει Χριστὸν, ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Σημαίνει[88] δὲ κατὰ ταυτὸν, καὶ τῆς τῶν ἐσταυρωκότων καρδίας τὴν πώρωσιν· οὐδεὶς γὰρ αὐτῶν, φησὶ, συνιδεῖν ἠβουλήθη τὸ τόλμημα. « Καὶ ἄνδρες δίκαιοι αἴρονται. » Μετὰ γὰρ τὸν Δεσπότην Χριστὸν, κατὰ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων παραπλησίως ἐλύττησαν· καὶ τὸν μὲν θεσπέσιον κατέλευσαν Στέφανον, ἀπέτεμον δὲ τὸν θειότατον Ἰάκωβον· ὡς ἂν μὲν ἀπὸ τοῦ πτερυγίου τοῦ ναοῦ κατενεχθέντα, ξύλοις δὲ παίοντες τῷ θανάτῳ παρέδωκαν. « Ἦρται ὁ δίκαιος, ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ. » Περὶ τοῦ Δεσπότου ταῦτα λέγει Χριστοῦ : καὶ δηλοῖ κατὰ ταυτὸν τό τε ἄδικον τῆς σφαγῆς, καὶ τὴν μετὰ θάνατον νίκην. Ὁ γὰρ θάνατος αὐτοῦ τὰς πρὸς Θεὸν ἡμῖν καταλλαγὰς ἐδωρήσατο· αὐτὸς δὲ τὸν τάφον καταλιπὼν εἰς οὐρανοὺς ἀνελήφθη.

γ'. *Ὑμεῖς δὲ προσαγάγετε ὧδε, υἱοὶ ἄνομοι*[89]. Ἐξέβαλεν αὐτοὺς ἐκ τῆς συγγενείας τοῦ Ἀβραάμ· κατηγορεῖ[90] δὲ αὐτῶν μοιχείαν, οὐ μόνον τὴν τῶν γάμων, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν δογμάτων.

VARIÆ LECTIONES.

[84] Ἴδετε, ὅτι. *Hebr.* Speculatores ejus. Ita etiam rel. interp. [85] ἀναιδ. *Hebr.* fortes anima, s. avidi. [86] ἕκαστος, κ. τ. λ. Hæc ad finem vers. 11 pertin. juxta vers. Aqu. et Symm. Apud LXX, h. l., nihil de avaritia. [87] Ἴδετε. Abest ab Hebr. [88] σημ. — τόλμ. Hæc pert. ad verba ista vers. 1 : καὶ οὐδεὶς ἐκδέχεται τῇ καρδίᾳ. [89] υἱοὶ ἄνομοι. *Hebr.* filii præstigiatricis. [90] κατ. δὲ αὐτ. μοιχ. Ad finem vers. 3 ista spectant.

Digitized by Google

δ'. *Ἐν τίνι ἐτρυφήσατε*[91]; Σαφῶς διὰ τῶν εἰρημένων τὰς ὑπ' αὐτῶν γεγενημένας κατὰ τοῦ Δεσπότου βλασφημίας ἐλέγχει. Πλάνον γὰρ αὐτὸν ἐκάλουν, καὶ δαιμονῶντα, καὶ Σαμαρείτην, καὶ ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια. « Οὐχ ὑμεῖς ἐστὲ τέκνα ἀπωλείας; » Ἐπειδὴ γὰρ ὡς ἀντίθεον δῆθεν τὸν Δεσπότην τῷ ξύλῳ προσήλωσαν, ζῆλον ὡς νομίζοντες ὑπὲρ τοῦ τεθεικότος τὸν νόμον ἐπιδεικνύμενοι, εἰς καιρὸν αὐτοὺς τῆς δεισιδαιμονίας ἀνέμνησεν. Οὐ διηνεκῶς, φησί, τοῖς εἰδώλοις διατελεῖτε λατρεύοντες, καὶ τὰ ἄλση περινοστοῦντες, ἐν ταῖς φάραγξι τὰ τέκνα τοῖς δαίμοσι καταθύετε; Πῶς φατε γοῦν, ὅτι νῦν τῷ ὑπὲρ τοῦ νόμου ἐπυρσεύθητε ζήλῳ, κατὰ τοῦ νομοθέτου κεκινηκότες ἑαυτούς; οἱ ἐπὶ τῶν εἰδώλων κύνες ἐνεοί, ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος κύνες ἀναιδεῖς τῇ ψυχῇ.

ε'. *Ὀπίσω τῶν σταθμῶν τῆς θύρας σου ἔθηκας μνημόσυνά σου.* Τὴν πολλὴν αὐτῶν ἀσέβειαν καὶ διὰ τούτων διδάσκει· οὐ γὰρ μόνον τοῖς ὄρεσιν ἐπλανῶντο, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις τοῖς εἰδώλοις ἐδούλευον· μνημόσυνον δὲ καλεῖ τὸ τῆς κατηγορίας ἀνάγραπτον.

ϛ'. *Ἐπλήθυνας*[92] *τὴν πορνείαν σου μετ' αὐτῶν.* Ὡς ἐπὶ γυναικὸς ἀκολάστου καὶ ταῦτα εἴρηκε, τὴν πολλὴν αὐτῶν διδάσκων ἀσέβειαν. « Τοὺς[93] μακρὰν ἀπὸ σοῦ. » Μακρὰν ὠνόμασε τὰ εἴδωλα. « Τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; » Πόρρω δὲ αὐτοὺς καὶ ὁ νόμος ἐποίει. « Καὶ ἀπέστειλας πρέσβεις ὑπὲρ[94] τὰ ὅριά σου. » Ποτὲ μὲν γὰρ Αἰγυπτίοις, ποτὲ δὲ Ἀσσυρίοις προσέφυγον. « Καὶ ἐταπεινώθης ἕως ᾅδου. » Τοῦτον ἔσχες ἐκ τῆς τῶν εἰδώλων θεραπείας, καρπόν τε πολυοδίας ἣν ἐκοπίασας.

ζ'. *Καὶ οὐκ εἶπας, Παύσομαι*[95]. Ἐμὲ κατέλιπες, τοὺς δαίμονας θεραπεύουσα· ἀνθρωπίναις ἐπικουρίαις ἐθάρρησας, καὶ κόρον οὐκ εἴληφας τῶν κακῶν. « Οὐ κατεδέησθης μου[96]. » Ἠνίκα τοῖς εἰδώλοις ἐβούλευες, οὐκ ἐδεδίεις τὸν νομοθέτην· ὅτε δὲ παρεγενόμην ἐγὼ, ἐφοβήθης φόβον οὗ οὐκ ἦν φόβος, καὶ τὰς περὶ ἐμοῦ προῤῥήσεις λαβεῖν οὐκ ἠθέλησας.

ιά'. *Καὶ*[97] *ἐγὼ σε ἰδὼν παρορῶ.* Πολιορκουμένῃ γὰρ οὐδεμίαν σοι παρέξω βοήθειαν.

ιγ'. *Ἐξελέσθωσάν σε ἐν τῇ θλίψει σου*[98]. Οὐ γὰρ μόνον σοι βοηθείας οὐ μεταδώσουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ φροῦδοι ἔσονται, τουτέστι τὰ εἴδωλα. « Οἱ δὲ ἀντεχόμενοί μου κτήσονται γῆν. » Καὶ μαρτυρεῖ τοῖς λόγοις τὰ πράγματα· οἱ γὰρ εἰς αὐτὸν πεπιστευκότες, καὶ τὴν Ἱεροσολύμων κατέχουσι πόλιν, καὶ ἐν ἁπάσαις ταῖς πόλεσιν ἀξιοῦνται τιμῆς.

A Vers. 4. *Quo oblectati estis?* Manifeste his verbis redarguit calumnias illorum, quibus Dominum impetierunt. Seductorem enim illum appellabant, et dæmonium habentem, et Samaritanum, et in Beelzebul principe dæmoniorum dæmonia ejicere dicebant. « Nonne vos estis filii perditionis? » Quoniam Dominum tanquam Deo videlicet adversantem crucifixerant, zelum ut ipsi existimabant pro eo qui legem tulerat ostendentes, opportune illorum superstitiones commemorat. [5—7] Annon semper, inquit, idola colere pergitis? et lucos obeuntes, dæmonibus filios vestros in vallibus immolatis? Quomodo ergo dicitis vos legis zelo nunc incensos, cum adversus legislatorem insurgitis? canes erga idola muti, erga Salvatorem canes animo im-
B pudentes.

Vers. 8. *Post ostii tui postes posuisti memorialia tua.* Summam illorum impietatem his etiam verbis declarat. Non solum enim errabant in montibus, sed domi etiam idolis serviebant. Memoriale autem vocat, conscriptam accusationem.

Vers. 9. *Multiplicasti fornicationem tuam cum eis.* Quasi de femina intemperante hæc item dixit, summam illorum impietatem docens. « Eos qui procul a te. » Procul posita, idola vocavit. « Quæ
369 enim societas luci cum tenebris[v]? » Procul autem illos lex quoque faciebat. « Et misisti
C legatos ultra terminos tuos. » Interdum enim ad Ægyptios, interdum ad Assyrios confugerunt. « Et humiliata es usque ad inferos. » Hunc cepisti fructum ex multis itineribus in quibus desudasti.

Vers. 10. *Et non dixisti, Desinam.* Me dereliquisti, ut dæmonibus servires, in humanis auxiliis fiduciam collocasti, et malorum satietas non fuit tibi. « Non rogasti me. » Quando idolis servichas, legislatorem non reformidasti; quando autem ipse veni, timore timuisti ubi non erat timor, et prædictiones de me factas admittere noluisti.

Vers. 11. *Et ego te videns despicio.* Obsessæ tibi nullam opem feram.

D Vers. 13. *Eruant te in tribulatione tua.* Non modo enim tibi auxilium non afferent, sed ipsimet evanescent, idola nimirum. « Qui autem adhærent mihi, possidebunt terram. » Verbis fidem res astruunt. Qui enim crediderunt in eum, et Hierosolymorum urbem possident, et in urbibus universis honore afficiuntur.

[v] II Cor. vi, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[91] ἐτρ. Rec. lect. est ἐνετρυφήσατε. [92] Ἐπλ. — αὐτ. *Hebr.* Et pro munere obtulisti regi oleum. [93] τ. μ. ἀπὸ σοῦ. Apud LXX, præc. καὶ πολλοὺς ἐποίησας. *Hebr.* Et multiplicasti pigmenta tua. [94] ὑπ. τὰ ὅρ. σου. *Hebr.* usque ad longinquum. [95] παύσ. *Hebr.* res desperata est. [96] κατεδ. μου. *Hebr.* ægrotasti. [97] καὶ — παρορῶ. *Hebr.* Anne ego taceo, idque a sæculo, s. a longo inde tempore? [98] ἐν τ. θλ. σου. *Hebr.* congregationes tuæ, s. copiæ tuæ collectæ.

Digitized by Google

VERS. 14. *Mundas facite vias.* Veritatis etenim præcones rectam viam credentibus planam faciunt, tum ea quæ Deo placent indicantes, tum a contrariis avocantes.

VERS. 15. *Dominus excelsus, in excelsis habitans.* Omnibus istis 370 nominibus Dei benignitas ostenditur, quod excelsus plane sit, licet illi, quantum in ipsis erat, humilem fecerint, cum idolis et dæmonibus comparantes : quod etiam sanctus, cum isti nomen ejus profanarent perversis cogitationibus, et actionibus[a] non honestis : ipse tamen sanctus est, et sanctis gaudet, illosque sanctificat, illorum confortans virtutem, illorum excitans mentes : si modo dignos præbere se visi fuerint.

VERS. 16. *Non in æternum pœnas de vobis sumam.* Plurimi ex iis qui Dominum crucifixerant, per prædicationem apostolorum crediderunt, et salutem consecuti sunt. Eam ob causam et cruci affixus dicit : « Pater, ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt [x]. » — « Spiritus enim a me egredietur. » Commemorat quo pacto Adami animam reaverit. « Inspiravit enim, inquit, in faciem ejus spiraculum vitæ, et factus est homo anima vivens [y]. »

VERS. 18. *Vias ejus vidi.* Pœnitentiæ Dominus Deus vires ostendit. Cum enim vidissem, inquit, illorum pœnitentiam et consiliorum mutationem, et vultus tristitiam, et consolationem ipsis impertii, et iis qui illos lugebant. Lugebant autem illos præcones veritatis. « Et dedi eis consolationem veram. » Etsi enim videntur in speciem impii lætari, quando in voluptatibus suis versantur, tamen cum in exitium tandem incidant, vero gaudio non gaudent. Vera enim demum illa fuerit lætitia, quæ ex laboribus 371 et angustiis vitam æternam acquirit. Sed et vera lætitia replentur qui justitiam colunt, dum res illis ex voto succedit, et omni perturbatione vacans animus, tranquillus manet in seipso.

CAP. LVIII.

VERS. 1. *Clama in fortitudine.* Præcipit omnium Dominus prophetæ, ut redarguat iniquitates populi, atque hoc non clam et occulte faciat, sed palam et magna vocis contentione id agi jubet.

VERS. 2. *Me de die in diem quærunt.* Qui sceleratam vitam ducunt, providentia mea ut fruantur postulant : nec reputant se, cum indignos cura mea se exhibeant, hanc minime adepturos esse.

[x] Luc. XXIII, 34. [y] Gen. II, 7.

ιδ'. *Καθαρίσατε*[99] *ὁδόν.* Οἱ γὰρ τῆς ἀληθείας κήρυκες λεῖαν ἐργάζονται τοῖς πιστεύουσι τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν, καὶ τὰ ἀρέσκοντα τῷ Θεῷ ἐπιδεικνύντες, καὶ τῶν ἐναντίων ἀποτρέποντες.

ιε'. *Κύριος ὕψιστος, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν*[1]. Διὰ τούτων ὅλων τῶν ὀνομάτων ἡ τοῦ Θεοῦ εὐμένεια δηλοῦται· ὅτι τε ὕψιστός ἐστι, εἰ καὶ ὅσον ἦκε τὸ εἰς αὐτοὺς, ταπεινὸν αὐτὸν πεποιήκασι συγκρίνοντες εἰδώλοις τε καὶ δαίμοσιν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἅγιος, βεβηλούντων τούτων τὸ αὐτοῦ ὄνομα κακαῖς ἐνθυμήσεσι, καὶ πράξεσιν οὐ καλαῖς· ἀλλ' ὅμως αὐτὸς ἅγιος ὢν, καὶ ἁγίοις χαίρων, κἀκείνους ἁγιάζων, ἐπιῤῥώννυς αὐτῶν τὴν δύναμιν, διεγείρων αὐτῶν τὰ φρονήματα, μόνον εἰ φανείησαν ἑαυτοὺς παρέχοντες ἀξίους.

ις'. *Οὐκ εἰς τὸν αἰῶνα ἐκδικήσω ὑμᾶς*[2]. Πλεῖστοι τῶν τὸν Κύριον ἐσταυρωκότων διὰ τοῦ κηρύγματος τῶν ἀποστόλων ἐπίστευσαν, καὶ τῆς σωτηρίας ἀπήλαυσαν. Τούτου χάριν καὶ σταυρούμενος ἔφη· « Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν. » — « Πνεῦμα γὰρ παρ' ἐμοῦ ἐξελεύσεται[3]. Ἐμνημόνευσε δὲ οὗ τοῦ Ἀδὰμ ἐδημιούργησε τὴν ψυχήν. « Ἐνεφύσησε γὰρ, φησὶν, εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. »

ιη'. *Τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ ἑώρακα.* Τῆς μετανοίας ὁ Δεσπότης Θεὸς ἔδειξε τὴν ἰσχύν· θεασάμενος γὰρ, φησὶ, τὴν μεταμέλειαν, καὶ τῶν λογισμῶν τὴν μεταβολὴν, καὶ τοῦ προσώπου τὸ σκυθρωπὸν, καὶ αὐτοὺς ψυχαγωγίας ἠξίωσα, καὶ τοὺς πενθοῦντας αὐτούς. Ἐπένθουν δὲ αὐτοὺς τῆς ἀληθείας οἱ κήρυκες. « Καὶ[4] ἔδωκα αὐτῷ παράκλησιν ἀληθινήν. » Κἂν γὰρ οἱ ἀσεβεῖς τῷ δοκεῖν δοκοῦσι χαίρειν ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἡδοναῖς τρεφόμενοι· ἀλλὰ γοῦν εἰς ἀπωλείας τέλος καταστρέφοντες, οὐ τὴν ἀληθινὴν χαρὰν χαίρουσι. Μόνη γὰρ κυρίως ἂν εἴη χαρὰ ἡ ἐκ καμάτων τε καὶ θλίψεων ζωὴν αἰώνιον πραγματευομένη. Ἀλλὰ καὶ χαρᾶς τῆς ἀληθινῆς πληροῦνται οἱ δικαιοπραγοῦντες, εἰς ἔργον αὐτοῖς προχωροῦντος τοῦ σκοποῦ, καὶ ἀταράχου μενούσης τῆς ψυχῆς, καὶ γαληνιζούσης ἐν αὐτῇ.

ΚΕΦΑΛ. ΝΗ'.

α'. *Ἀναβόησον ἐν ἰσχύι*[5]. Τὰς τοῦ λαοῦ παρανομίας ἐλέγξαι τῷ προφήτῃ παρεγγυᾷ τῶν ὅλων ὁ Κύριος· καὶ μὴ κρύβδην τοῦτο καὶ λάθρα ποιῆσαι, ἀλλὰ ἀναφανδὸν δρᾶσαι παρακελεύεται μεγάλῃ χρώμενον τῇ φωνῇ.

β'. *Ἐμὲ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ζητοῦσι.* Οἱ πονηρίᾳ συζῶντες τῆς παρ' ἐμοῦ τυχεῖν ἀξιοῦσι προνοίας· καὶ οὐ λογίζονται ὡς, ἀναξίους σφᾶς αὐτοὺς τῆς ἐμῆς καταστήσαντες κηδεμονίας, ταύτης οὐκ ἀπολαύσονται.

VARIÆ LECTIONES.

[99] Καθ. ὁδ. Rec. lect. καθαρίσατε ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ ὁδόν. [1] κατ. Ex medio vers. 15, hæc infra, in dial. 4, p. 364, Garn. leg. ἅγιος (rec. lect. ὕψιστος) ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος. Ad totum vero vers. pert. expositio, quæ sequitur. [2] ἐκδ. ὑμ. *Hebr.* litigabo. [3] ἐξελ. Infra, in dial. 3, p. 330, Garn. ἐκπορεύεται. [4] Καὶ — ἀληθ. *Hebr.* Et reddam consolationes illi, et lugentibus cum. [5] ἐν ἰσχύι. *Hebr.* gutture.

Digitized by Google

γ'. *Ἐνηστεύσαμεν*[6], *καὶ οὐκ εἶδες. Ἄχαρν νομίζουσιν ἀρετὴν τῶν βρωμάτων τὴν ἀποχήν· καὶ ἐπιμέμφονταί μοι, μὴ παρευτίκα πάσης αὐτοὺς ἀξιοῦντι προνοίας. « Ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις τῶν νηστειῶν ὑμῶν[7]. » Τὴν γὰρ τῆς νηστείας σχολὴν οὐκ ἀφορμὴν ποιεῖσθε μεταμελείας· ἀλλὰ ταύτην εἰς τὴν τῶν ὀφειλόντων εἴσπραξιν ἀναλίσκετε.

δ'. *Εἰς*[8] *κρίσεις καὶ μάχας νηστεύετε. Ἔοικε καὶ κατὰ τὸν τῆς προφητείας καιρὸν τοιοῦτό τι γενέσθαι. Τοῦτο γὰρ αἰνίττεται, « Καὶ σήμερον ἀκουσθῆναι ἐν κραυγῇ τὴν φωνὴν ὑμῶν. Ἵνατί μοι νηστεύετε[9]; » Οὐ τὸ ἔξωθεν, φησὶ, φαινόμενον σχῆμα ζητῶ. « Θυσία γὰρ τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον. »

ε'. *Ἀλλὰ λύε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας. Διάρρηξον τοὺς τῆς ἀδικίας δεσμούς· ὅσα τῶν συμβολαίων οὐκ ἔχει τὸ δίκαιον, ὡς ἐπιζήμια λῦσον. « Ἀπόστελλε τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει[10]. » Τουτέστι τοὺς πενίᾳ συζῶντας ἐλευθέρωσον φροντίδος· δὸς τὴν ἄφεσιν, καὶ λῦσον τὴν μέριμναν.

ς'. *Διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου.* Τῶν ἀδίκων κερδῶν ἀπαγορεύσας τοὺς πόρους, τῶν δικαίως συνειλεγμένων τὴν οἰκονομίαν φυλάσσειν διδάσκει.

ζ'. *Τότε ῥαγήσεται πρωΐμον τὸ φῶς σου.* Ποθεινὸν μὲν τὸ φῶς, ποθεινότερος δὲ ὁ ὄρθρος μετὰ τὴν νύκτα φαινόμενος· τοῦτο πρωΐμον προσηγόρευσε φῶς. Καθάπερ γὰρ ὁ ὄρθρος τὴν ζοφώδη τῆς νυκτὸς διαῤῥήγνυσιν ἀμπεχόνην· οὕτω, φησὶ, τὴν νύκτα τῶν συμφορῶν οὗτος ὁ ἔννομος διαλύσει βίος, καὶ τῆς ἐμῆς σοι προνοίας χορηγήσει τὸ φῶς. « Καὶ ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ περιστελεῖ σε[11]. » Ἔδειξεν ὡς τὰ θεῖα τοῖς ἡμετέροις ἔργοις ἀκολουθεῖ· τῆς γὰρ ἡμετέρας ἡγουμένης δικαιοσύνης, ἕπεται τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἡ δόξα, περιβλέπτους ἡμᾶς ἀποφαίνουσα.

θ'. *Τότε βοήσῃ*[12], *καὶ ὁ Θεὸς εἰσακούσεταί σου.* Μέγας ὁ τῆς δικαιοσύνης μισθός· τὴν γὰρ πρὸς τὸν Θεὸν ἡμῖν *παῤῥησίαν χαρίζεται*· τὸ δὲ, « Ἔτι λαλοῦντός σου, ἐρεῖ[13], Ἰδοὺ πάρειμι, » οὐ φωνήν τινα σημαίνει, ἀλλὰ τὴν διὰ τῶν πραγμάτων ἐνέργειαν. Δι' αὐτῶν γὰρ, φησὶ, μαθήσῃ τῶν πραγμάτων, ὅτι *πάρεστί* σοι ὁ Θεὸς ὁ παρακληθεὶς διὰ σοῦ. « Ἐὰν ἀφέλῃς ἀπὸ σοῦ σύνδεσμον καὶ χειροτονίαν[14]. » Σύνδεσμον τὰς ἀδίκους καλεῖ πλοκάς· χειροτονίαν δὲ, τὴν ἄδικον τῶν χειρῶν κίνησιν, ἢ ἐπὶ πληγαῖς γινομένην, ἢ ἐπὶ γράμμασι. Τὸν[15] δὲ γογγυσμὸν[16] καὶ ὁ μακάριος ἀπαγορεύει Παῦλος· « Πάντα γὰρ ποιεῖτε, φησὶ, χωρὶς μὲν γογγυσμοῦ, καὶ διαλογισμῶν. »

ι'. *Τότε ἀνατελεῖ ἐν τῷ σκότει τὸ φῶς σου.* Μεταβαλῶ γάρ σου τὰς συμφορὰς, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ζόφῳ καθαρὸν δείξω τὸ φῶς.

[z] Psal. L, 17. [a] Philipp. II, 14.

A Vers. 3. *Jejunavimus, et non vidisti.* Summam virtutem existimant abstinentiam a cibo, et accusant me, quod non statim omnem eis gratiam impertiam. « In diebus enim jejuniorum vestrorum. » Jejuniorum enim vocationem non pœnitentiæ occasionem facitis, sed ad debitorum exactionem adhibetis.

Vers. 4. *Ad judicia et jurgia jejunatis.* Tale quidpiam videtur prophetiæ tempore contigisse. Hoc enim innuunt illa, « Ut hodie audiatur in clamore vox vestra. Cur mihi jejunatis? » [5] Non extrinsecus, inquit, apparentem speciem quæro. « Sacrificium enim Deo (gratum) spiritus contritus [z]. »

B Vers. 6. *Sed solve* **372** *omnem colligaturam iniquitatis.* Confringe vincula iniquitatis : quotquot contractuum jure non nituntur, ut perniciosa dissolve. « Dimitte fractos in remissionem. » Hoc est, egestate laborantes a curis eximе : da remissionem, et tolle sollicitudinem.

Vers. 7. *Frange esurienti panem tuum.* Injustorum quæstuum interdicta facultate, juste partorum dispensationem observandam docet.

Vers. 8. *Tunc erumpet matutinum lumen tuum.* Optabile quidem est lumen, optabilius vero diluculum post noctem apparens. Hoc matutinum lumen appellavit. Quemadmodum enim diluculum caliginosum noctis amictum disrumpit : ita, inquit, C noctem calamitatum legitima hæc vita dissolvet, et providentiæ meæ tibi lumen præstabit. « Et gloria Dei circumdabit te. » Divina comitari opera nostra ostendit : siquidem præeunte justitia nostra, Dei universorum gloria consequitur, quæ illustres nos reddit.

δ'. *Οὐ φείσεται ὁ ὀφθαλμός μου ἐπὶ σὲ, οὐδὲ μὴ ἐλεήσω.* Ὅταν γὰρ ἀμετρίᾳ περιπέσωμεν παρανομίας, καὶ εἰς ἀνήκεστον ἐλάσωμεν νόσον, ἀποκλείομεν τοῦ Θεοῦ τὸν ἔλεον. « Διότι τὴν ὁδόν σου ἐπὶ σὲ δώσω, καὶ τὰ βδελύγματά σου ἐπὶ σὲ [48] ἔσται, καὶ γνώσῃ ὅτι ἐγὼ Κύριος. » Μεγίστη τοῖς κολαζομένοις παραψυχὴ τοῦ κολάζοντος Θεοῦ ἡ ἐπίγνωσις.

VERS. 4. *Non parcet oculus meus super te, et non miserebor.* Cum enim ita deliquerimus ut iniquitatis nostræ nullus sit modus, et ad insanabilem B morbum progressi fuerimus, Dei misericordiam excludimus. « Quia viam tuam super te dabo, et abominationes tuæ super te erunt, et cognosces me esse Dominum. » Maxima consolatio iis qui puniuntur est punientis Dei cognitio.

ε'-ζ'. *Τάδε λέγει Ἀδωναὶ Κύριος· Κακὰ μία, κακὰ ἰδοὺ ἔρχεται. Τὸ πέρας ἦκει, ἦκει τὸ πέρας· ἐξηγέρθη πρὸς σὲ, ἰδοὺ ἦκει τὸ πέρας. Ἦκει ἡ πλοκὴ [49] ἐπὶ σὲ τὸν κατοικοῦντα τὴν γῆν. Ἄῤῥητος ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία ἀπειλεῖ τὰς τιμωρίας, ἵνα μὴ ἐπαγάγῃ τὰς τιμωρίας· ὅταν δὲ μὴ φοβηθῶμεν τὰς ἀπειλὰς, τῇ πείρᾳ δεχόμεθα ταύτας· ὅπερ καὶ οὗτοι πεπόνθασιν, ἀκούσαντες μὲν, ὅτι ἦκει τὸ πέρας, οὐ φοβηθέντες δὲ τὸ πέρας· καλεῖ δὲ κακίαν μίαν τὴν ἐπενεχθεῖσαν πανωλεθρίαν, πλοκὴν [50] δὲ τὰ τῆς ἁμαρτίας δεσμά· « Ταῖς γὰρ σειραῖς, φησὶ, τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτημάτων ἕκαστος σφίγγεται. » Καὶ ὁ Ἡσαΐας λέγει· « Οὐαὶ οἱ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, ὡς σχοινίῳ μακρῷ, καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας αὐτῶν.*

VERS. 5-7. *Hæc dicit Adonai Dominus : Afflictio una, afflictio ecce venit. Finis venit, venit finis; excitata est adversus te, ecce venit finis. Venit complicatio super te habitantem in terra.* Ineffabilis Dei clementia pœnas minatur, ne pœnas inferat : cum vero non veriti fuerimus minas, tunc experiemur eas. Quod etiam istis accidit, qui, cum audissent finem venire, tamen non veriti sunt finem. Vocat autem *afflictionem unam*, **726** illatam omnibus C perniciem, et *complicationem*, vincula peccati. Catenis enim, inquit, suorum quisque peccatorum obstringitur[q]. » Et Isaias ait : « Væ iis qui trahunt peccata sua quasi funiculo longo, et quasi jugi loro vitulæ iniquitates suas[r]. »

Ἐρέστηκε, φησὶν, ὁ καιρὸς, ἤγγικεν ἡ ἡμέρα, οὐ [51] μετὰ θορύβων [52] οὐδὲ μετὰ ὠδίνων. (η'.) *Νῦν ἐγγύθεν ἐκχεῶ τὴν ὀργήν μου ἐπὶ σέ.* Οὐκ ἔσται, φησὶν, ἀναβολὴ τῆς τιμωρίας, ἀλλὰ πάρεστι καὶ ἐφέστηκεν ὁ ταύτης καιρός. Εἶτα πάλιν διηγεῖται, ὅπως τῶν οἰκείων ἀδικημάτων τίσουσι τὰς δίκας. Καὶ μετὰ βραχέα ἐπιλέγει· « Ἡ ῥάβδος ἤνθησε, καὶ ἡ ὕβρις ἐξανέστη [53], καὶ [54] συντρίψει στήριγμα ἀνόμου. » *Ῥάβδον* δὲ τὴν τιμωρίαν ἐκάλεσεν ὑπὸ τῆς παρανομίας ἀρδευθεῖσάν τε καὶ ἀνθήσασαν· *ὕβριν* δὲ τὴν κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀσέβειαν προσηγόρευσεν, ᾗ ἐπὶ πλεῖστον χρώμενοι διετέλεσαν τῆς θείας καταφρονοῦντες μακροθυμίας· Ἀλλ' αὕτη, φησὶν, ἐπὶ τοῦ παρόντος « ἐξανέστη, καὶ συντρίψει στήριγμα ἀνόμου. » Διὸ ἐπάγει·

Venit, inquit, *tempus, appropinquavit dies, non cum perturbatione neque cum doloribus.* (VERS. 8.) *Nunc cominus effundam iram meam super te.* Non erit, inquit, pœnarum dilatio, sed adest et advenit ipsarum tempus. [9, 10] Deinde rursus narrat fore ut peccatorum suorum pœnas daturi sint. Et post pauca addit : « Virga floruit, et contumelia surrexit, [11] et conteret firmamentum iniqui. » *Virgam* vero vocavit pœnam ab iniquitate irrigatam D et efflorescentem; *contumeliam* autem impietatem erga Deum appellavit, in qua plurimum temporis degentes, divinam longanimitatem contemnere perseverarunt. Sed ipsa, inquit, in præsenti « surrexit, et conteret firmamentum iniqui. » Idcirco subjicit :

ιβ'-ιγ'. *Ὁ κτώμενος μὴ χαιρέτω, καὶ ὁ πωλῶν μὴ θρηνείτω· διότι ὀργὴ εἰς πᾶν τὸ πλῆθος αὐ-*

VERS. 12, 13. *Qui emit, ne lætetur, et vendens ne lugeat, quia ira in omnem multitudinem ejus. Et*

[o] Hebr. x, 31. [p] Rom. II, 6. [q] Prov. v, 22. [r] Isa. v, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[48] ἐπὶ σέ. *Hebr.* in medio tui. [49] ἡ πλοκή. *Hebr.* properans. [50] Β πλοκή. [51] οὐ — ὠδίν. *Hebr.* (dies) tumultus, non autem jubili montium, s. super montibus. [52] Β Θορύβου. [53] ἡ ὕβρ. ἐξαν. *Hebr.* germinat superbus. Rec. lectio est ἐξανέστηκεν. [54] Καὶ — ἀνόμου. *Hebr.* Violentia assurrexit, ut sit scipio (s. fulcrum) impietatis.

Digitized by Google

emens ad vendentem non amplius revertetur, scilicet cupiens immutare contractum. Omnes enim in eadem mala incident, æque lugentes ac suspirantes. Verumtamen : « Et adhuc, inquit, in vita vivere ipsorum, quia visio ad omnem multitudinem ejus non revertetur. » **727** Tot enim, inquit, malis eos opprimentibus, tamen ipsi non desperant vivere, neque visio prophetica omnibus ipsis fide videtur digna. Oportebat autem, inquit, eos cognoscere, quod « vir in oculis vitæ suæ non roborabitur, » hoc est, non omnino spes humanas ipsæ res consequuntur, sed sæpe cum vivere aliquis speraverit, contrarium invenit finem.

Vers. 14. *Canite tuba, et judicate omnia, et non est proficiscens ad bellum : quia ira mea in omnem multitudinem ejus.* Quando putatis, inquit, falsa esse quæ a me prædicuntur, tubis vestris utimini, existimate vos omnibus præstantiores esse : at certe nihil id vobis profuturum est : neque enim habebitis, qui possint prælio dimicare, siquidem omnibus communiter omnis generis infero supplicia.

Vers. 15. *Bellum et gladius foris, et fames, et mors intus : qui in campo est, gladio vitam finiet : eos autem qui sunt in urbe fames et mors consumet.* Quomodo itaque bello, inquit, contendere poteritis, tot tantisque malis undique circumsepti ?

Vers. 16. *Et salvabuntur*, inquit, *salvati ex ipsis, et erunt in montibus sicut columbæ meditantes.* Conquerentes enim et lugentes columbis quasi sublimia meditantibus assimilabuntur : quippe suspirantibus columbarum **728** similis est vox. « Omnes, inquit, interficiam, unumquemque in iniquitatibus suis. » Non injuste inferam supplicia, sed debitas ab unoquoque repetam pœnas.

Vers. 17. *Omnes manus dissolventur, et omnia femora polluentur humore.* Utrumque timiditatis est signum.

Vers. 18. *Et induentur saccis, et operiet eos stupor, et super omnem faciem dedecus, et super omne caput calvitium.* Quando enim viderint, inquit, malorum nubem, et nullum ex ulla parte afferri remedium, tunc animam despondentes arma bellica abjicient, et lugubrem assument habitum. Idcirco etiam sacci meminit et capitis rasi. Hæc enim consueverant eo tempore lugentes observare.

A τῆς. Καὶ ὁ κτώμενος πρὸς πωλοῦντα [55] οὐκέτι μὴ [56] ἐπιστρέψει. Ἀντὶ τοῦ, ἀνατρέψαι βουλόμενος τὸ συμβόλαιον · ἴσως γὰρ ἅπαντες περιπεσοῦνται κακοῖς, ὁμοίως ὀλοφυρόμενοι καὶ στένοντες · ἀλλ' ὅμως φησίν · « Ἔτι [57] ἐν ζωῇ τὸ ζῆν αὐτῶν, ὅτι ὅρασις εἰς πᾶν τὸ πλῆθος αὐτῆς [58] οὐκ ἀνακάμψει. » Τοσούτων γὰρ αὐτοῖς ἐπικειμένων κακῶν οὐκ ἀπαγορεύουσι, φησὶ, τὴν ζωὴν, οὐδὲ ἡ προφητικὴ ὅρασις πιστὴ πᾶσιν αὐτοῖς εἶναι δοκεῖ · ἔδει δὲ, φησὶν, αὐτοὺς γνῶναι, ὅτι « Ἄνθρωπος [59] ἐν ὀφθαλμοῖς [60] ζωῆς αὐτοῦ οὐ κρατήσει. » Τουτέστιν, οὐ πάντως ταῖς ἀνθρωπίναις ἐλπίσιν ἀκολουθεῖ τὰ πράγματα, ἀλλ' ἐλπίσας τις πολλάκις ζήσεσθαι, ἐναντίον εὗρατο τὸ τέλος.

B ιδ'. Σαλπίσατε [61] σάλπιγγι [62], καὶ κρίνατε τὰ σύμπαντα, καὶ οὐκ ἔστι πορευόμενος εἰς πόλεμον, ὅτι ἡ ὀργή μου εἰς [63] πᾶν τὸ πλῆθος αὐτῆς. Ἐπειδὴ νομίζετε, φησὶ, ψευδῆ εἶναι τὰ παρ' ἐμοῦ προλεγόμενα, χρήσασθε ταῖς σάλπιγξι ταῖς ὑμετέραις, νομίσατε πάντων εἶναι κρείττους · ἀλλ' οὐδὲν ἐντεῦθεν ὠφεληθήσεσθε · οὐχ ἕξετε γὰρ τοὺς πολεμῆσαι δυναμένους · κοινῇ γὰρ πᾶσι τὴν παντοδαπὴν ἐπιφέρω τιμωρίαν.

ιε'. Ὁ πόλεμος, καὶ ἡ ῥομφαία [64] ἔξωθεν, καὶ ὁ λιμὸς, καὶ ὁ θάνατος ἔσωθεν. Ὁ ἐν τῷ πεδίῳ ἐν ῥομφαίᾳ τελευτήσει, τοὺς δὲ ἐν τῇ πόλει λιμὸς καὶ θάνατος συντελέσει. Πῶς τοίνυν, φησὶ, δυνήσεσθε πολεμεῖν, ὑπὸ τοσούτων καὶ τηλικούτων κακῶν περιστοιχιζόμενοι ;

C ις'. Καὶ ἀνασωθήσονται [65], φησὶν, οἱ ἀνασωζόμενοι ἐξ αὐτῶν, καὶ ἔσονται ἐπὶ τῶν ὀρέων, ὡς [66] περιστεραὶ μελετητικαί [67]. Ὀδυρόμενοι γὰρ καὶ θρηνοῦντες περιστεραῖς μελετώσαις ἀπεικασθήσονται · στένουσι [68] γὰρ ἔοικε τῶν περιστερῶν ἡ φωνή. « Πάντας [69], φησὶν, ἀποκτενῶ, ἕκαστον ἐν ταῖς ἀδικίαις αὐτοῦ. » Οὐκ ἀδίκως ἐπάξω [70] τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ τὰς ἀξίας ἕκαστον ἀπαιτήσω δίκας.

ιζ'. Πᾶσαι χεῖρες ἐκλυθήσονται, καὶ πάντες μηροὶ μολυνθήσονται [71] ὑγρασίᾳ. Ἑκάτερον τῆς δειλίας σημεῖον.

D ιη'. Καὶ περιζώσονται σάκκους, καὶ καλύψει αὐτοὺς θάμβος, καὶ ἐπὶ πᾶν πρόσωπον αἰσχύνη [72], καὶ ἐπὶ πᾶσαν κεφαλὴν [73] φαλάκρωμα. Ὅταν γὰρ, φησὶν, ἴδωσι τῶν ἐπιφερομένων κακῶν τὸ νέφος, καὶ οὐδεμίαν οὐδαμόθεν ἀναφαινομένην βοήθειαν, τότε ἀπαγορεύοντες ῥίψουσι μὲν τὰ πολεμικὰ ὅπλα, τὸ δὲ πένθιμον ἀναλήψονται σχῆμα· διὸ καὶ σάκκου ἐμνημόνευσε, καὶ κεφαλῆς ἐξυρημένης · ταῦτα γὰρ εἰώθασιν οἱ τηνικάδε πενθοῦντες ἐπιτηδεύειν.

VARIÆ LECTIONES.

[55] πωλ. B præm. τόν. *Hebr.* ad rem venditam. [56] μή. B præm. οὐ. [57] ἔτι — αὐτῶν. *Hebr.* etsi uterque adhuc in vita sit. [58] Editio prior habebat αὐτοῖς. [59] ἄνθρ. — κρατ. *Hebr.* vir ob iniquitatem suam in vita sua non roborabit sese. [60] ὀφθαλμ. Ita quoque A et B, sed rec. lectio est ὀφθαλμῷ. [61] Σαλπ. — σύμπ. *Hebr.* Clangant clangore, et paret sese unusquisque, sc. ad bellum. [62] σάλπ. Apud LXX, præm. ἐν, quod tamen des. etiam in A. [63] εἰς. A ἐπί. [64] καὶ ἡ ῥομφ. Rec. lectio est ἐν ῥομφαίᾳ. [65] B ἀναλωθήσονται. *Hebr.* Et evadent, qui se proripuerint ex illis. [66] ὡς π. μελ. *Hebr.* sicut columbæ vallium. [67] A μελετικαί, forte pro μελλετικαί, ut in Ald. leg. aut potius pro μελλητικαί, quæ huic loco aptissima esse videtur lectio. [68] B στενούσῃ. [69] πάντας — αὐτοῦ. *Hebr.* omnes gementes, quisquis ob iniquitatem suam. [70] B ἐπάγω. [71] μολ. ὑγρ. *Hebr.* abibunt, s. dissolventur, instar aquæ. [72] αἰσχ. Apud LXX sequ. ἐπ' αὐτούς. [73] κεφ. Edit. prior hab. φυλακήν, ex errore, ut videtur.

Digitized by Google

ιθ'. Καὶ τὸ ἀργύριον αὐτῶν ἐν ταῖς πλατείαις ἀ-
ῥιφήσεται, καὶ τὸ χρυσίον αὐτῶν ὑπεροφθήσε-
ται [75]. Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν τῆς τῶν χρημάτων
ὑπεροψίας διδάσκει. « Τὸ γὰρ ἀργύριον αὐτῶν, καὶ
τὸ χρυσίον, οὐ δύναται [78] ἐξελέσθαι αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ
ὀργῆς Κυρίου. » Ὁρῶντες γὰρ ἀνόνητον τοῦ ἀργυρίου
καὶ τοῦ χρυσίου τὴν κτῆσιν, περιόψονται αὐτὰ ἐρ-
ριμμένα, οὐκέτι τὴν προτέραν ποιούμενοι φυλακήν.
« Αἱ ψυχαὶ αὐτῶν οὐ μὴ ἐμπλησθῶσι, καὶ αἱ κοιλίαι
αὐτῶν οὐ [76] πληρωθῶσι · διότι βάσανος [77] τῶν ἀδικιῶν
αὐτῶν ἐγένετο. Ποίαν γὰρ αὐτοῖς δύνησιν παρέξει
χρυσὸς ἢ ἄργυρος, λιμοῦ πολεμοῦντος, καὶ τῆς
σπάνεως τῶν ἀναγκαίων ἐπικειμένης, δι' ἣν κεναὶ
μὲν τροφῆς αἱ γαστέρες, αἱ δὲ ψυχαὶ τῶν σιτίων
ἐφίενται, ἡ δὲ βάσανος καὶ ἡ ἐξέτασις τῶν ἀδικιῶν
αὐτῶν γίνεται; Εἶτα διδάσκει πάλιν τὰς αἰτίας τῆς
τιμωρίας.

κ'. Ἐκλεκτὰ κόσμου εἰς ὑπερηφανίαν ἔθεντο
αὐτά, καὶ εἰκόνας τῶν βδελυγμάτων αὐτῶν καὶ
προσοχθισμάτων [78] ἐποίησαν ἐξ αὐτῶν. Τὸν γὰρ
χρυσὸν, καὶ τὸν ἄργυρον, καὶ τοὺς τιμίους λίθους,
ὕλην ἔσχον ἀλαζονείας ὁμοῦ καὶ ἀσεβείας, πολυτελῆ
μὲν κόσμον ἑαυτοῖς ἐκεῖθεν κατασκευάζοντες, εἰς
εἰδώλων δὲ ἐργασίαν τὰ πλεῖστα δαπανῶντες.

Ἕνεκεν τούτου, φησὶ, δέδωκα αὐτὰ αὐτοῖς εἰς
ἀκαθαρσίαν. (κα', κβ'.) Καὶ παραδώσω αὐτὰ εἰς
χεῖρας ἀλλοτρίων τοῦ διαρπάσαι αὐτὰ, καὶ τοῖς
λοιποῖς [79] τῆς γῆς εἰς σκῦλα, καὶ βεβηλώσουσιν
αὐτά. Καὶ ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀπ'
αὐτῶν. Λοιμοὺς δὲ τῆς γῆς τοὺς Βαβυλωνίους ἐκά-
λεσεν, ὠμοτάτους ὄντας καὶ παρανομωτάτους, καὶ
δυσσεβείᾳ πάσῃ συντεθραμμένους · Τούτοις, φησὶ,
παραδώσω ἃ κατεσκευάσατε χρυσᾶ εἴδωλα καὶ ἀρ-
γυρᾶ, καὶ ὃν ἐποιήσατε ὑμῖν αὐτοῖς [80] πολυτελῆ
κόσμον. Καὶ βεβηλώσουσιν αὐτά · τουτέστι, Τοῖς
τιμίοις ὑμῶν εἰδώλοις εἰς ἑτέραν χρήσονται κατα-
σκευήν.

Καὶ μιανοῦσι τὴν [81] ἐπισκοπήν μου, καὶ εἰσ-
ελεύσονται εἰς αὐτὰ ἀφυλάκτως [82], καὶ βεβηλώ-
σουσιν αὐτά. (κγ'.) Καὶ [83] ποιήσουσι φυρμόν.
Ἐπισκοπὴν αὐτοῦ τὸν ἀφιερωμένον αὐτῷ προσαγο-
ρεύει νεών, ὅθεν ἐπισκοπεῖν ἐδόκει τὸν Ἰσραὴλ, καὶ
προνοίας αὐτὸν ἀξιοῦν. Παραδώσω δὲ, φησὶν, οὐ
μόνον τὰ εἴδωλα αὐτῶν τοῖς Βαβυλωνίοις, ἀλλὰ καὶ
τὸν ἀφιερωμένον μοι [84] νεών, ὅθεν ἐπισκοπὴν
ἐποιούμην ὑμῶν. « Καὶ εἰσελεύσονται εἰς αὐτὸν
ἀφυλάκτως · » ἀντὶ τοῦ, οὐχ ἡγνισμένοι, οὐδὲ κεκα-
θαρμένοι κατὰ τὸν νόμον, οὐδὲ περιτομὴν δεχόμενοι
πρότερον, ἀλλὰ μετὰ τῆς ὑφαίμου σκευῆς, τὴν
πολεμικὴν περικείμενοι πανοπλίαν, ἔνδον ἀναιροῦν-
τες, καὶ αὐτῶν τῶν ἀδύτων κατατολμῶντες · τοῦτο
γὰρ παρεδήλωσεν, εἰπών, « Καὶ βεβηλώσουσιν αὐτὰ,
καὶ ποιήσουσι φυρμόν. » Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν ·

A Vers. 19. *Et argentum ipsorum in plateis proji-
cietur, et aurum ipsorum contemnetur.* Deinde etiam
causam docet, cur pecuniæ contemnendæ sint.
« Argentum enim ipsorum et aurum non potest li-
berare eos die iræ Domini. » Cernentes enim inu-
tilem auri et argenti possessionem, ipsa projecta
despicient, non amplius custodientes ut prius.
« Animæ ipsorum non explebuntur, et ventres ipso-
rum non saturabuntur, quia tormentum iniquitatum
ipsorum factum est. » Quam enim utilitatem afferet
ipsis aurum aut argentum, bellante fame, et rerum
victui necessariarum urgente **729** inopia, propter
quam cibo vacui sunt ventres, et animæ cibos
expetunt, tormentum autem adest, et inquisitio
iniquitatum ipsorum fit? Tum rursus causam pœ-
B narum docet.

Vers. 20. *Electa ornatus in superbiam posuerunt
ea, et imagines abominationum suarum et offensio-
num fecerunt ex eis.* Aurum enim et argentum, et
lapides pretiosos habuerunt superbiæ simul et im-
pietatis materiam, sumptuosum sibi inde ornatum
comparantes, et plurima ad conficienda idola im-
pendentes.

Propter hoc, inquit, *dedi ipsis ea in immundi-
tiam.* (Vers. 21, 22.) *Et tradam ea in manus alie-
norum, ut diripiant ea, iisque qui sunt pestes terræ
in spolia, et profanabunt ea. Et avertam faciem
meam ab eis. Pestes* autem *terræ* Babylonios voca-
C vit, crudelissimos homines et sceleratissimos, et
omni impietate obstrictos. His, inquit, tradam quæ-
cunque aurea et argentea confecistis idola, et
ornatum illum, quem vobis sumptuosum comparas-
tis. Et polluent ea, hoc est, pretiosis vestris idu-
lis ad alia conficienda utentur.

*Et inquinabunt visitationem meam, et ingredien-
tur in ea sine custodia, et polluent ea.* (Vers. 23.) *Et
facient inquinationem.* Visitationem suam dedica-
tum sibi templum nominat, unde visitare Israelem
et sua eum providentia dignari videbatur. Tradam
autem, inquit, non solum ipsorum Babyloniis, sed
etiam consecratum **730** mihi templum, ex quo
D vos visitabam. « Et ingredientur in ipsum absque
custodia, » hoc est, non lustrati, neque expiati
secundum legem, neque prius circumcisi: sed, una
cum apparatu sanguine perfuso, bellicam induti
armaturam, intus in ipsis adytis etiam audacter
occidentes. Hoc enim declaravit, cum dixerit:
« Et polluent ea, et facient inquinationem. » Tum
etiam causam addit: « Quia plena terra populis,
et civitas iniquitatum plena. » Similis est enim

VARIÆ LECTIONES.

[75] ὑπεροφθ. *Hebr.* fœditas erit. [78] A δυνήσεται. Alii, δυνηθήσεται. [76] οὐ. A et B addunt μή. [77] βασ. *Hebr.* offendiculum. [78] A. προσοχθίσματα. Ita quoque Ald. et Montf. in Hexapl. ad h. l. [79] τοῖς λοιπ. *Hebr.* impiis. [80] B ἑαυτοῖς. [81] τὴν ἐπ. μου. *Hebr.* adytum meum. [82] ἀφυλ. *Hebr.* effractores. [83] Καὶ π. φυρμ. *Hebr.* fac catenam. [84] μοι. Ex B suppl.

Digitized by Google

multitudo scelerum istorum hominum multitudini orbem terrarum incolenti.

A

Vers. 24. *Et adducam improbos gentium, et hæreditate possidebunt domos eorum, et avertam fremitum roboris eorum, et polluentur sancta ipsorum.* Et non dixit *sancta mea*, sed *sancta eorum*, hoc est, quæ ab ipsis mihi consecrata sunt : quibus ego non indigebam, sed propter curam, quam de illis habeo, ea accepi : at rursus eadem illa propter ipsorum scelera polluta et conculcata despiciam.

Vers. 25. *Propitiatio veniet, et quæres pacem, et non erit.* Precabuntur, inquit, cum mala in ipsos invaluerint, ut benevolentiam consequantur, et ab B ipsis vindicentur, sed nihil impetrabunt.

Vers. 26. *Væ super væ erit, et nuntius super nuntium.* Mala ad alia mala ipsis accedent, et tristem famam tristior alia excipiet fama. « Et quæretur visio ex propheta, et lex peribit a sacerdote, et consilium **731** a senioribus. » Hæc hodie quoque apud ipsos obtinent : neque enim sacerdotium secundum leges apud ipsos administratur, et prophetiæ donum exstinctum est.

Vers. 27. *Rex lugebit, et princeps induetur interitu, et manus populi dissolventur.* Hoc apertius nos Jeremias docet, narrans quæ Sedeciæ acciderint, et illius fugam. « Secundum vias ipsorum C faciam eis, et judiciis eorum pœnas sumam de illis, et cognoscent me esse Dominum. » Has, inquit, ab ipsis pœnas exigam, pro iis quæ in me commiserunt supplicia reposcens. Idcirco decet nos omnes, ex unoquoque eorum quæ dicta sunt utilitate percepta, non excitare contra nos improbitate scelerum ultionem, sed pœnitentiæ lacrymis peccatorum vulneribus mederi, ne exuberante sentina navigium nos in profundum demergat secundum justa Dei judicia : quem decet gloria in sæcula sæculorum. Amen.

« Διότι πλήρης ἡ γῆ λαῶν[85], καὶ ἡ πόλις πλήρης ἀνομιῶν. » Ἀπεικάζεται γὰρ, φησὶ, τῆς τούτων παρανομίας τὸ πλῆθος τῷ πλήθει τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἀνθρώπων.

κδ'. *Καὶ ἄξω πονηροὺς ἐθνῶν, καὶ κατακληρονομήσουσι*[86] *τοὺς οἴκους αὐτῶν, καὶ*[87] *ἀποστρέψω τὸ φρύαγμα τῆς ἰσχύος αὐτῶν, καὶ μιανθήσονται*[88] *τὰ ἅγια αὐτῶν.* Καὶ οὐκ εἶπε, Τὰ ἁγιά μου, ἀλλὰ *Τὰ ἅγια αὐτῶν* · τουτέστι, Τὰ ὑπ' αὐτῶν ἀφιερωθέντα μοι, ὧν ἐγὼ μὲν οὐκ ἐδεόμην· διὰ δὲ τὴν αὐτῶν ἐπιμέλειαν κατεδεξάμην. Ἀλλὰ πάλιν ταῦτα διὰ τὴν αὐτῶν παρανομίαν μιαινόμενα καὶ πατούμενα περιόψομαι.

κε'. *Ἐξιλασμὸς*[89] *ἥξει, καὶ ζητήσεις*[90] *εἰρήνην, καὶ οὐκ ἔσται.* Δεηθήσονται δὲ, φησὶν, ἐν τῇ ἀκμῇ τῶν κακῶν τυχεῖν εὐμενείας καὶ ἀπαλλαγῆς, καὶ οὐ τεύξονται.

κς'. *Οὐαὶ*[91] *ἐπὶ οὐαὶ ἔσται, καὶ ἀγγελία ἐπὶ ἀγγελίαν.* Κακὰ δὲ ἐκ κακῶν αὐτοῖς διαδέξεται, καὶ φήμη πονηρὰ, πονηρὰν διαδέξεται φήμην. « Καὶ ζητηθήσεται ὅρασις ἐκ προφήτου, καὶ νόμος ἀπολεῖται ἐξ ἱερέως, καὶ βουλὴ ἐκ πρεσβυτέρων[92] » Ταῦτα καὶ νῦν ἐστιν ἔτι καὶ σήμερον παρ' αὐτοῖς κρατοῦντα· οὔτε γὰρ ἱερωσύνη κατὰ νόμους παρ' αὐτοῖς πολιτεύεται, καὶ τῆς προφητείας ἡ χάρις ἀπέσβη.

κζ'. *Ὁ βασιλεὺς πενθήσει, καὶ ὁ ἄρχων ἐνδύσεται ἀφανισμὸν, καὶ αἱ χεῖρες τοῦ λαοῦ τῆς γῆς παραλυθήσονται.* Τοῦτο σαφέστερον ἡμᾶς ὁ Ἱερεμίας διδάσκει, τὰ κατὰ τὸν Σεδεκίαν ἐξηγούμενος, καὶ τὴν ἐκείνου φυγήν. « Κατὰ τὰς ὁδοὺς αὐτῶν ποιήσω αὐτοῖς, καὶ κρίμασιν[93] αὐτῶν ἐκδικήσω ἐπ' αὐτοὺς, καὶ γνώσονται ὅτι ἐγὼ Κύριος. » Ταύτας, φησὶν, αὐτοὺς εἰσπράξομαι τὰς δίκας, ὑπὲρ ὧν ἐπλημμέλησαν ἀπαιτῶν τὰς εὐθύνας. Διὸ προσήκει πάντας ἡμᾶς, ἐξ ἑκάστου τῶν εἰρημένων ὄνησιν δρεπομένους, μὴ κινεῖν πονηρίᾳ[94] τὴν καθ' ἡμῶν τιμωρίαν, ἀλλὰ τοῖς τῆς μετανοίας δακρύοις θεραπεύειν τῆς ἁμαρτίας τὰ τραύματα, ἵνα μὴ ὑπέραντλον τὸ σκάφος γενόμενον ὑποβρυχίους[95] ἡμᾶς ἀπεργάσηται, κατὰ[96] δίκαια τοῦ Θεοῦ κρίματα· ᾧ πρέπει δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων[97]. Ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

[85] λαῶν. *Hebr.* judicio sanguinum. Compl. κρίσεως αἱμάτων. [86] A κληρονομήσουσι, juxta rec. lect. [87] Ex B suppl. [88] B μιανθήσεται, juxta rect. lect. [89] Ἐξιλ. *Hebr.* Sollicitudo. Al. Exitium totale. [90] Rec. lect. est ζητήσει. *Hebr.* quærent. [91] Οὐαὶ — ἔσται. *Hebr.* clades super cladem veniet. [92] B πρεσβυτέρου. [93] κρ. Apud LXX præm. ἐν τοῖς. Sed ἐν des. in A. [94] πον. B præm. τῇ. [95] B ὑποβρύχιον. [96] B καὶ τά. [97] τ. αἰών. Des. in B.

Digitized by Google

ΤΟΜΟΣ Γ.

LIBER TERTIUS.

ΚΕΦΑΛ. Η'.

α' *Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἕκτῳ ἔτει, ἐν τῷ πέμπτῳ* [98] *μηνὶ, πέμπτῃ τοῦ μηνὸς, ἐγὼ ἐκαθήμην ἐν τῷ οἴκῳ, καὶ οἱ πρεσβύτεροι Ἰούδα ἐκάθηντο ἐνώπιόν μου.* Δῆλός ἐστιν ὁ προφήτης σὺν τῷ Ἰεχονίᾳ τῇ αἰχμαλωσίᾳ περιπεσών· διὸ πανταχοῦ αὐτὸν ἐπισημαίνεται τὸν χρόνον. Διετέλει δὲ οἷόν τις παιδονόμος τοὺς ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ ῥυθμίζων, καὶ πρὸς τὸ θεῖον βούλημα ποδηγῶν· καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν εἰπών, « Οἱ πρεσβύτεροι Ἰούδα ἐκάθηντο ἐνώπιόν μου. » Εἶτα ἐπάγει· « Καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐμὲ χεὶρ Ἀδωναῖ Κυρίου. » Τὴν τοῦ θείου Πνεύματος ἐνέργειαν *χεῖρα Κυρίου* προσαγορεύει.

β'. *Καὶ ἴδον, καὶ ἰδοὺ ὁμοίωμα ἀνδρὸς ἀπὸ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ καὶ ἕως κάτω πῦρ, καὶ ἀπὸ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ ὑπεράνω, ὡς* [99] *ὅρασις φέγγους, ὡς εἶδος ἠλέκτρου.* Ὃν ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ ἐθεάσατο, τοῦτον ὁρᾷ δίχα τῶν Χερουβίμ· ποτὲ μὲν γὰρ αὐτῷ φοβερῶς, ποτὲ δὲ ἡμέρως ἐπιφαίνεται, πάντα πρὸς τὴν χρείαν οἰκονομῶν· αὐτοῦ γάρ ἐστι φωνὴ, « Ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην. » Οὐ κατ' οὐσίαν ὤφθην· διὸ καὶ ὁ προφήτης ὁμοίωμα λέγει ἑωρακέναι.

γ'. *Καὶ ἐξέτεινε, φησὶν, ὁμοίωμα χειρὸς ἀνθρώπου* [1], *καὶ ἀνέλαβέ με τῆς κορυφῆς τῆς κεφαλῆς* [2] *μου, καὶ ἀνέλαβέ με Πνεῦμα ἀναμέσον τῆς γῆς, καὶ ἀναμέσον τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἤγαγέ με εἰς* [3] *Ἱερουσαλὴμ ἐν ὁράσει Θεοῦ, ἐπὶ τὰ πρόθυρα τῆς πύλης τῆς ἐσωτέρας* [4], *τῆς βλεπούσης πρὸς βορρᾶν, οὗ ἦν ἡ στήλη τῆς εἰκόνος τοῦ ζήλου τοῦ κτωμένου* [5]. Ἐπιστῆσαι δεῖ, ὅτι ἐν ὁράσει Θεοῦ ταῦτα ὁ προφήτης ἔφη ἑωρακέναι. Οὐ τοίνυν σωματικὴ ἦν μετάθεσις, οὐδὲ τῶν τῆς σαρκὸς ὀφθαλμῶν [6] ἡ θεωρία, ἀλλ' ἐν τῷ οἴκῳ καθήμενος μεταξὺ τῶν πρεσβυτέρων Ἰούδα, ταύτην ἅπασαν τὴν ὀπτασίαν ἑώρα· καὶ τοῦτο μετὰ τὴν ταύτης διήγησιν δῆλον ποιεῖ· « Ἀνέβην γὰρ, φησὶν, ἀπὸ τῆς ὁράσεώς μου, » τουτέστιν, Εἰς ἐμαυτὸν [7] ἐπανῆλθον. Ἐπειδὴ γὰρ τὰς χαλεπὰς τιμωρίας προλέγει, ἀναγκαίως καὶ τὰς τούτων αἰτίας διδάσκει, καὶ βλέπει ἐν τῷ θείῳ νεῷ τὴν στήλην τῆς εἰκόνος τοῦ ζήλου· εἰδώλιον δὲ ἦν ἐκεῖ παρανόμως ἱδρυμένον· *ζῆλον*

CAPUT VIII

A

Vers. 1. *Et factum est anno sexto, quinto mense, quinto (die) mensis, ego sedebam in domo, et seniores Judæ sedebant coram me.* Perspicuum est prophetam cum Jechonia in captivitatem abductum fuisse : quare ubique tempus ipsum notat. Perseverabat autem, veluti quidam magister et præceptor puerorum, captivos instituere et ad divinam voluntatem eos adducere : quod declaravit, **732** cum dixerit, « seniores Judæ sedebant coram me. » Deinde subjicit : « Et fuit super me manus Adonai Domini. » Divini Spiritus efficaciam *manum Domini* appellat.

B

Vers. 2. *Et vidi, et ecce similitudo viri a lumbis ejus deorsum usque ignis, et a lumbis ejus superne quasi visio splendoris, quasi species electri.* Quem super cherubim contemplatus fuerat, hunc videt absque cherubim. Interdum enim ipsi formidabilis, interdum mitis apparet, omnia ut opus est dispensans. Ipsius enim dictum illud est : « Ego visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum assimilatus sum ; non secundum essentiam conspectus sum [8]. » Quare propheta quoque dicit se similitudinem vidisse.

C

Vers. 3. *Et extendit*, inquit, *similitudinem manus hominis, et assumpsit me in vertice capitis mei, et assumpsit me Spiritus inter terram et inter cœlum, et adduxit me Hierosolymam in visione Dei, ad vestibula portæ interioris, respicientis ad aquilonem, ubi erat columna imaginis zeli possidentis.* Animadvertendum est prophetam dixisse se hæc vidisse in visione Dei. Non igitur translatum fuit corpus, neque oculis carnis contemplatus est ; sed domi sedens inter seniores Judæ, hanc totam vidit visionem, quod post ejus enarrationem perspicuum facit. « Ascendi enim a visione mea, » inquit [1], hoc est, ad me ipsum redii. Cum enim acerbas prædicat pœnas, convenienter ipsarum quoque causas docet, et cernit in sacro **733** Dei templo columnam imaginis zeli. Erat autem idolum ibi præter legem positum, quod zelum vocat, per translationem a mulieribus sumptam quæ adulterium committunt et viros suos ad zelotypiam

[8] Osee XII, 10. [1] Ezech. XI, 24.

VARIÆ LECTIONES.

[98] πέμπτῳ. Compl. ἕκτῳ, juxta Hebr. [99] ὡς — ἠλέκτρου. Ita Compl. juxta Hebr. [1] ἀνθρ. Des. apud LXX et in Hebr. [2] τ. κεφ. Des. apud LXX. [3] εἰς. Ed. prior hab. ἐν. [4] τ. ἐσωτ. Ita quoque A et B. Alii hæc omittunt. [5] τοῦ κτωμ. *Hebr* quæ zelotypiam excitabat. [6] Ex B suppl. [7] ἐμ. Ita B. Sed ed. prior hab. ἑαυτόν.

Digitized by Google

excitant. Hoe vero etiam per magnum Mosen dixit Deus : « Ipsi me ad zelum provocaverunt eo qui non erat Deus [u]. » Atque id interpretatus, subjecit : Irritaverunt me idolis suis.

Vers. 4, 5. *Et ecce ibi erat gloria Domini Dei Israelis, secundum visionem quam vidi in campo. Et dixit ad me : Fili hominis, respice oculis tuis ad aquilonem : et respexi oculis meis ad aquilonem super portam ad orientem altaris, ubi imago zeli hujus in introitu ipsius.* Jam ante diximus, prophetam doceri justas causas cur Judæi puniantur : quamobrem ipsi justus judex indicat omnia quæ illi audebant facinora.

Vers. 6. *Et dixit ad me : Fili hominis, vidisti quid isti faciant iniquitates magnas, quas domus Israelis faciunt hic, ut abstineant a sanctis meis?* Vides, inquit, quomodo ipsi propriis sceleribus in se attrahant supplicia? Nam impie agentes, et cultum meum contemnentes, procul erunt a sanctis locis meis, secundum Davidem prophetam : « Quia qui elongant se a te peribunt [v]. »

Vers. 7-9. *Et introduxit me ad vestibula aulæ, et vidi, et ecce foramen in pariete. Et dixit ad me : Fili hominis, perfode, quæso,* **734** *parietem : et perfodi, et ecce porta una erat in pariete. Et dixit ad me : Ingredere et vide iniquitates malas, quas isti faciunt hic.* Cum ostendisset ipsi Dominus eam impietatem, qua aperte illi audebant impia facinora committere, ostendit similiter quæ occulte ab ipsis patrabantur.

Vers. 10, 11. *Ingressus enim sum*, inquit, *et vidi, et ecce omnis similitudo reptilis, et jumenti, vanæ abominationes, et omnia idola domus Israelis depicta in pariete in circuitu per totum. Et septuaginta viri de senioribus domus Israelis, et Jezonias filius Saphan stabat in medio ipsorum, et unusquisque thuribulum habebat in manu sua, et vapor incensi ascendebat.* Præter impietatem ingens stultitiæ exsuperantia. Quid enim stultius iis qui venenatorum reptilium et rationis expertium jumentorum adorant imagines? Illa enim ut noxia atque insidiosa occidere consuevimus : hæc ut nobis serviant ac ministrent Dominus constituit. « Qui enim producit in montibus, inquit, fenum et herbam servituti hominum [x]. » Consideremus

δὲ αὐτὸ καλεῖ, ἐκ μεταφορᾶς τῶν μοιχευομένων γυναικῶν, καὶ [8] εἰς ζηλοτυπίαν τοὺς ἄνδρας ἀγουσῶν. Τοῦτο δὲ καὶ διὰ τοῦ μεγάλου Μωσέως [9] αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔφη· « Αὐτοί παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ Θεῷ· » καὶ ἑρμηνεύων αὐτὸ ἐπήγαγε, Παρώργισάν [10] με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν.

δ', ε'. *Καὶ ἰδοὺ ἐκεῖ ἦν δόξα Κυρίου Θεοῦ Ἰσραὴλ, κατὰ τὴν ὅρασιν, ἣν ἶδον ἐν τῷ πεδίῳ. Καὶ εἶπε πρός με· Υἱὲ ἀνθρώπου, ἀνάβλεψον τοῖς ὀφθαλμοῖς σου πρὸς βορρᾶν· καὶ ἀνέβλεψα τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πρὸς βορρᾶν, ἐπὶ* [11] *τὴν πύλην* [12] *τὴν πρὸς ἀνατολὰς τοῦ θυσιαστηρίου, οὗ ἡ εἰκὼν τοῦ ζήλου τούτου ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι αὐτήν.* Καὶ ἤδη προειρήκαμεν, ὅτι τὸ δίκαιον τῆς τῶν Ἰουδαίων τιμωρίας ὁ προφήτης διδάσκεται· οὗ χάριν αὐτῷ πάντα ὑποδείκνυσιν ὁ δίκαιος κριτὴς τὰ ὑπ' ἐκείνων τολμώμενα.

ς'. *Καὶ εἶπε πρός με· Υἱὲ ἀνθρώπου, ἑώρακας τί οὗτοι ποιοῦσιν, ἀνομίας μεγάλας, ἃς ὁ οἶκος Ἰσραὴλ ποιοῦσιν ὧδε, τοῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἁγίων μου; Ὁρᾷς*, φησὶν, ὡς αὐτοὶ ταῖς οἰκείαις πονηρίαις ἐπισπῶνται τὰς τιμωρίας; Ἀσεβοῦντες γὰρ, καὶ τῆς ἐμῆς θεραπείας καταφρονοῦντες, πόρρω τῶν ἁγίων μου γενήσονται τόπων, κατὰ τὴν τοῦ Δαβὶδ προφητείαν, ὅτι οἱ μακρύναντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ ἀπολοῦνται.

ζ'-θ'. *Καὶ ἐπήγαγέ* [13] *με ἐπὶ τὰ πρόθυρα τῆς αὐλῆς, καὶ ἶδον, καὶ ἰδοὺ ἐπὶ* [14] *ἐν τῷ τοίχῳ. Καὶ εἶπε πρός με· Υἱὲ ἀνθρώπου, ὄρυξον δὴ ἐν τῷ τοίχῳ· καὶ ὤρυξα, καὶ ἰδοὺ θύρα μία ἐν τῷ τοίχῳ. Καὶ εἶπε πρός με· Εἴσελθε καὶ ἴδε τὰς ἀνομίας τὰς πονηρὰς, ἃς οὗτοι ποιοῦσιν ὧδε.* Δείξας αὐτῷ ὁ Δεσπότης τὴν προφανῶς ὑπ' αὐτῶν τολμωμένην ἀσέβειαν, ὑποδείκνυσι καὶ τὰ κρύβδην γιγνόμενα.

ι', ια'. *Εἰσῆλθον γὰρ*, φησὶ, *καὶ ἶδον, καὶ ἰδοὺ πᾶσα ὁμοίωσις ἑρπετοῦ, καὶ κτήνους, μάταια βδελύγματα, καὶ πάντα τὰ εἴδωλα τοῦ οἴκου Ἰσραὴλ διαγεγραμμένα ἐν* [15] *τῷ τοίχῳ κύκλῳ διόλου. Καὶ ἑβδομήκοντα ἄνδρες ἐκ τῶν πρεσβυτέρων οἴκου Ἰσραὴλ, καὶ Ἰεζονίας* [16] *υἱὸς Σαφὰν εἱστήκει ἐν τῷ* [17] *μέσῳ αὐτῶν* [18], *καὶ ἕκαστος τὸ θυμιατήριον εἶχεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ ἡ ἀτμὶς τοῦ θυμιάματος ἀνέβαινε.* Πολλὴ πρὸς τῇ ἀσεβείᾳ ἡ τῆς ἀνοίας ὑπερβολή· τί γὰρ ἀνοητότερον τῶν τὰς εἰκόνας προσκυνούντων τῶν ἰοβόλων ἑρπετῶν καὶ τῶν ἀλόγων κτηνῶν; Τὰ μὲν γὰρ ἀναιρεῖν εἰώθαμεν, ὡς λυμαντικὰ καὶ ἐπίβουλα· τὰ δὲ εἰς ἡμετέραν δουλείαν καὶ θεραπείαν ὁ Δεσπότης ἀπένειμεν. « Τῷ γὰρ, φησὶν [19], ἐξανατέλλοντι ἐν δρεσι χόρτον-

[u] Deut. xxxii, 21. [v] Psal. lxxii, 27. [x] Psal. cxlvi, 8 ; coll. Psal. ciii, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[8] καί. B præm. καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας καταλιμπανουσῶν, ἑτέροις δὲ μιγνυμένων. [9] B Μωϋσέως. [10] παρώργ. Loco citato est παρώξυναν. [11] ἐπί. B præm. verba textus quæ h. l. des. καὶ ἰδοὺ ἀπὸ βορρᾶ. [12] πύλην — εἰσπ. αὐτ. Ita Ald. et Compl. [13] B εἰσήγαγε, juxta rec. lect. [14] ὀπή. A add. μία, ut cod. Alex. qui in tota hac narratione multo plenior est Vaticano. [15] ἐν—διόλου. Aliter ol LXX. [16] Ἰεζ. Ita quoque A et B juxta Alex. Alii, Ἰεχονίας. [17] τῷ. Des. in B. [18] αὐτ. Apud LXX, seq. πρὸ προσώπου αὐτῶν. [19] Ex B suppl.

Digitized by Google

καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων. » Σκοπήσωμεν τοίνυν, πόσης ἐστὶν ἀλογίας μεστὸν, τὸ τῶν οἰκετῶν καὶ δούλων προσκυνεῖν τὰς εἰκόνας. Ὅθεν εἰκότως ὁ Δεσπότης ἀγανακτῶν, πρὸς τὸν προφήτην φησίν·

A igitur quantum a ratione abhorreat, si quis famulorum servorumque adoret imagines. Quare Dominus jure succensens, ait prophetæ :

ιβ'. *Ἑώρακας, υἱὲ ἀνθρώπου, ἃ οἱ πρεσβύτεροι οἴκου Ἰσραὴλ ποιοῦσιν*[20], *ἕκαστος*[21] *ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ τῷ κρυπτῷ, διότι εἶπον· Οὐχ ὁρᾷ Κύριος, ἐγκαταλέλοιπε τὴν γῆν.* Αἰτία γὰρ τῆς ἀσεβείας ἡ τοῦ Θεοῦ λήθη, καὶ πείσαντες σφᾶς αὐτοὺς, ὡς οὐδὲν τῶν ὑπ' αὐτῶν γιγνομένων ὁ Θεὸς ἐφορᾷ, ἐπ' ἐκείνην τὴν παρανομίαν ἐχώρησαν. Ὑπὸ δὲ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ τοὐναντίον καὶ φρονεῖν διδασκόμεθα καὶ λέγειν· « Προωρώμην γὰρ, φησὶ, τὸν Κύριον ἐνώπιόν[22], μου διαπαντὸς, ὅτι ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν, ἵνα μὴ σαλευθῶ. »

Vers. 12. *Vidisti, fili hominis, quæ seniores domus Israelis faciunt, unusquisque in cubiculo suo occulto, quia dixerunt : Non videt Dominus, dereliquit terram.* Quippe causa impietatis est Dei oblivio. Qui enim sibi persuaserunt nihil eorum quæ ipsi committerent, a Deo **735** inspici, eo iniquitatis processerunt. Sed a beato Davide contrarium et sentire et loqui docemur. « Providebam enim Dominum, inquit, in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear γ. »

B

ιγ', ιδ'. *Καὶ εἶπε πρός με· Ἔτι ὄψει*[23] *ἀνομίας μείζονας, ἃς οὗτοι ποιοῦσι. Καὶ εἰσήγαγέ με ἐπὶ τὰ πρόθυρα τῆς πύλης οἴκου Κυρίου, τῆς βλεπούσης πρὸς βορρᾶν· καὶ ἰδοὺ γυναῖκες*[24] *καθεζόμεναι καὶ θρηνοῦσαι τὸν Θαμμούζ.* Τούτων δὲ οὐ μόνον ἀσέβειαν, ἀλλὰ καὶ ἀκολασίαν κατηγορεῖ. Ὁ γὰρ Θαμμοὺζ ὁ Ἄδωνίς ἐστι κατὰ τὴν Ἑλλάδα φωνήν. Ἀφροδισίων τοίνυν ὀργίων ὁ θρῆνος, ἀκολάστου δαίμονος, καὶ δι' ἀκολασίαν[25] δεχομένου τὴν θεραπείαν.

Vers. 13, 14. *Et dixit ad me : Adhuc videbis iniquitates majores, quas isti faciunt. Et introduxit me ad vestibula januæ domus Israelis respicientis ad aquilonem : et ecce mulieres sedentes et lugentes Thammuz.* Horum non solum impietatem, sed etiam lasciviam accusat. Thammuz enim secundum Græcam linguam *Adonis* est. Venereorum igitur orgiorum lamentatio est lascivi dæmonis, et propter incontinentiam cultum admittentis.

ιε', ις'. *Καὶ εἶπε πρός με· Υἱὲ ἀνθρώπου, καὶ*[26] *ἔτι ὄψει ἐπιτηδεύματα μείζονα τούτων. Καὶ εἰσήγαγέ με εἰς τὴν αὐλὴν οἴκου Κυρίου τὴν ἐσωτέραν· καὶ ἐπὶ τῶν προθύρων τοῦ ναοῦ Κυρίου ἀναμέσον τῶν αἰλὰμ, καὶ ἀναμέσον τοῦ θυσιαστηρίου, ὡς εἴκοσι*[27] *πέντε ἄνδρες· τὰ ὀπίσθια αὐτῶν πρὸς τὸν ναὸν Κυρίου, καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν κατέναντι*[28] *πρὸς ἀνατολὴν, καὶ αὐτοὶ*[29] *προσεκύνουν κατὰ ἀνατολὰς τῷ ἡλίῳ.* Μεγίστη καὶ αὕτη δυσσεβείας ἐγχείρησις· τὸ γὰρ τῷ Δεσπότῃ τὰ νῶτα διδόντας προσκυνεῖν τὸν ὁμόδουλον ἥλιον[30], ποίαν μανίας ὑπερβολὴν καταλείπει; *Αἰλὰμ* δὲ τὸ προπύλαιον ἐκάλεσε τοῦ θείου νεώ· πρὸ αὐτοῦ γὰρ ἵδρυτο τὸ χαλκοῦν θυσιαστήριον· ἔφη δὲ, ὅτι μεταξὺ τοῦ αἰλὰμ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου ἑστῶτες, τὴν ἀσέβειαν ἐκείνην ἐτόλμων· καλῶς δὲ καθ' ἕκαστον τῶν δεικνυμένων, ὥσπερ ἀπολογούμενος θεράποντι, φησὶ πρὸς αὐτόν·

Vers. 15, 16. *Et dixit ad me : Fili hominis, adhuc majora his videbis quoque instituta. Et introduxit me in aulam domus Domini interiorem, et in vestibulis templi Domini, inter vestibula et inter altare, circiter viginti quinque viri; terga ipsorum ad templum Domini, et facies eorum e regione ad orientem, et ipsi adorabunt solem ad orientem.* Maximus etiam hic impietatis conatus. Adorare enim conservum solem, Domino terga dantes, cuinam majori insaniæ locum relinquit? Aïlàm autem divini templi vestibulum vocavit, ante quod æreum altare positum * erat : et inter vestibulum et altare stantes dixit ausos eos fuisse **736** illa impia committere. Et recte in singulis quæ ostendebat, quasi defensionem pro Judæorum pœna erga ministrum suum instituens Dominus, ait ad eum :

C

ιζ'. *Ἑώρακας, υἱὲ ἀνθρώπου· μὴ μικρὸν*[31] *τῷ οἴκῳ Ἰούδα τοῦ ποιεῖν τὰς ἀνομίας, ἃς πεποιήκασιν ὧδε; διότι ἔπλησαν τὴν γῆν ἀνομίας, καὶ*[32] *ἀπεστράφησαν τοῦ παροργίσαι με· καὶ ἰδοὺ αὐτοὶ ἐκτείνουσι τὸ κλῆμα, ὡς*[33] *μυκτηρίζοντές με.* Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ἐξελεξάμην αὐτοὺς,

Vers. 17. *Vidisti, fili hominis : nunquid parum est domui Judæ facere iniquitates, quas fecerunt hic, quia compleverunt terram iniquitate, et aversi sunt, ut irritarent me ? Et ecce ipsi extendunt palmitem sicut subsannantes me.* Ego enim elegi eos, inquit, hoc consilio, ut opera ipsorum alii quoque ab im-

D

γ Psal. xv, 8.

VARIÆ LECTIONES.

[20] ποιοῦσ. A add. ὧδε. [21] ἕκ. κ. τ. λ. Aliter οἱ LXX. [22] ἐν. Deerat in ed. priori. [23] Al. ὄψῃ. Ita quoque vers. 15. [24] γυν. Apud LXX, præm. ἐκεῖ. [25] B ἀκολασίας. [26] καί. Apud LXX, præm. ἑώρακας. Alia adhuc addit cod. Alex. [27] εἴκ. πέντε. Ita A et B juxta Hebr. et cod. Alex. Sed in Vat. deest πέντε. [28] Rec. lect. est ἀπέναντι. [29] αὐτοί. In B ad marginem ascr. est αὐτήν. [30] Ex B suppl. [31] Rec. lect. est μικρά. [32] καὶ — μυκτ. με. Ita quoque A et B juxta Alex. [33] ὡς μυκτ. με. Hebr. ad nares suas.

Digitized by Google

pietate desciscerent : ipsi vero non modo cæteris utilitatem non communicarunt, sed etiam magis impia ausi sunt patrare facinora, ut omnis reliqua terra iniquitate compleretur. Propagarunt enim ramos impietatis, meo consilio contraria committentes. Idcirco ait :

VERS. 18. *Et ego agam cum ipsis in furore : non parcet oculus meus, et non miserebor, et clamabunt, me audiente, voce magna, et non exaudiam eos.* Quemadmodum enim ipsi non pietatis, sed impietatis ramos propagarunt, et finitimorum auxerunt damna : ita ego minime parcens medicam ipsis sectionem adhibebo, neque eos invocantes sustinens, neque clamantes exaudiens. Neque enim misericordia est ipsis parcere. Siquidem medicum decet, illius qui secetur, neque lacrymas nec verba attendere, sed artis legem observare.

CAPUT IX.

VERS. 1. *Et clamavit, me audiente, voce magna, dicens : Appropinquavit ultio urbis, et unusquisque* **737** *tenuit vasa exterminationis in manu sua.* Deinde docet qualia fuerint vasa.

VERS. 2. *Et ecce sex viri veniebant a porta excelsa respiciente ad aquilonem, et unicuique securis in manu ejus.* Cum enim ab aquilone et idolum positum esset, et mulieres Thammuz lugerent, convenienter inde aditum reperit supplicium. Et meminisse oportet eorum quæ supra dicta sunt, quod scilicet dixerit quartam urbis partem morte consumptum iri. Vide igitur eas potestates quibus puniendi munus commissum erat, ad constitutum supplicium paratas. Et profecto Assyriorum multa millia unus angelus jaculis confecit, et Ægyptiorum primogenitos angelus unus jussus est interficere. Hic vero propter impietatis exsuperantiam, sex angelis Judæorum puniendorum munus est impositum. « Et vir, inquit, unus in medio ipsorum indutus veste talari, et zona sapphiri super lumbis ejus. » Septimi habitus erat sacerdotalis : non enim ex iis erat qui punirent, sed ex iis qui redimerent salute dignos. Nam quia septimum diem coli præcepit, convenienter septimum maxime honoratum ostendit. « Et ingressi sunt, et steterunt prope altare æneum. » Hoc autem in aula positum erat ante templi vestibula.

VERS. 3. *Et gloria Dei Israelis ascendit a Cherubim, quæ erat super ipsis in subdiali domus.* Cum enim contra civitatem sententiam laturus esset, extra sancta **738** loca id facit, quæ non supplicia, sed salutem suppeditant.

καὶ τοὺς ἄλλους διὰ τούτων ἀποστῆσαι τῆς ὁσεβείας βουλόμενος· αὐτοὶ δὲ οὐ μόνον ὠφελείας οὐ μετέδωκαν[34], ἀλλὰ καὶ δυσσεβέστερα τετολμήκασιν, ὥστε πᾶσαν λοιπὸν τὴν γῆν ἀνομίας πλήρη γενέσθαι· ἐξέτειναν γὰρ τῆς ἀσεβείας τὰ κλήματα, ἐναντία τῷ ἐμῷ δρῶντες σκοπῷ. Διό φησι·

ιη'. *Καὶ ἐγὼ ποιήσω αὐτοῖς μετὰ θυμοῦ· οὐ φείσεται ὁ ὀφθαλμός μου, καὶ οὐ μὴ ἐλεήσω· κεκράξονται*[35] *εἰς τὰ ὦτά μου φωνῇ μεγάλῃ, καὶ οὐ μὴ εἰσακούσω αὐτῶν.* Καθάπερ γὰρ αὐτοὶ οὐ τὰ τῆς εὐσεβείας, ἀλλὰ τῆς[36] ἀσεβείας ἐξέτειναν κλήματα, καὶ τὴν τῶν γειτονευόντων ἐπέτειναν βλάβην· οὕτως ἀφειδῶς ἐγὼ τὴν ἰατρικὴν αὐτοῖς ἐπάξω τομήν, οὐκ ἀνεχόμενος αὐτῶν παρακαλούντων, οὐδὲ ἀκούων βοώντων· οὐκ ἔστι γὰρ ἔλεος ἡ περὶ τοὺς τοιούτους φειδώ· προσήκει γὰρ τὸν ἰατρὸν μὴ τοῖς τοῦ τεμνομένου δακρύοις καὶ λόγοις προσέχειν, ἀλλὰ τῷ νόμῳ τῆς τέχνης.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

α'. *Καὶ ἀνακέκραγεν*[37] *εἰς τὰ ὦτά μου φωνῇ μεγάλῃ, λέγων· Ἤγγικεν ἡ ἐκδίκησις τῆς πόλεως, καὶ ἕκαστος εἶχε τὰ σκεύη τῆς ἐξολοθρεύσεως ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ.* Εἶτα διδάσκει καὶ οἷα τὰ σκεύη.

β'. *Καὶ ἰδοὺ ἓξ ἄνδρες ἤρχοντο ἀπὸ τῆς*[38] *πύλης τῆς ὑψηλῆς, τῆς βλεπούσης πρὸς βορρᾶν, καὶ ἑκάστῳ πέλυξ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ.* Ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ βορρᾶ καὶ τὸ εἴδωλον ἵδρυτο, καὶ αἱ γυναῖκες τὸν Θαμμοὺζ ἐθρήνουν, ἀναγκαίως ἐκεῖθεν καὶ ἡ τιμωρία λαμβάνει τὴν εἴσοδον· ἀναμνησθῆναι δὲ προσήκει τῶν ἄνω εἰρημένων, ὅτι τὸ τέταρτον τῆς πόλεως ἔφη θανάτῳ παραδοθήσεσθαι· ὅρα τοίνυν τὰς τιμωρητικὰς δυνάμεις εἰς τὴν τεταγμένην[39] κόλασιν εὐτρεπεῖς· καίτοι τῶν Ἀσσυρίων τὰς πολλὰς μυριάδας εἷς ἄγγελος κατηκόντισε, καὶ τῶν Αἰγυπτίων τὰ πρωτότοκα εἷς ἀνελεῖν προσετάχθη· ἐνταῦθα δὲ ἐξ τῶν Ἰουδαίων ἐνεχειρίσθησαν τὴν τιμωρίαν, διὰ τὴν τῆς ἀσεβείας ὑπερβολήν. « Καὶ ἀνὴρ, φησὶν, εἷς ἐν μέσῳ αὐτῶν ἐνδεδυκὼς ποδήρη[40], καὶ ζώνη[41] σαπφείρου ἐπὶ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ. » Τοῦ ἑβδόμου τὸ σχῆμα ἱερατικόν· οὐ γὰρ ἦν τῶν κολαζόντων, ἀλλὰ τῶν λυτρουμένων τοὺς σωτηρίας ἀξίους· ἐπειδὴ γὰρ ἑβδόμην[42] ἡμέραν τιμᾶσθαι διηγόρευσεν, ἀναγκαίως τὸν ἕβδομον ἐντιμότατον δείκνυσι. « Καὶ εἰσῆλθον[43], καὶ ἐστάθησαν ἐχόμενοι τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ χαλκοῦ. » Τοῦτο δὲ ἐν τῇ αὐλῇ ἵδρυτο πρὸ τῶν τοῦ νεὼ προπυλαίων.

γ'. *Καὶ ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ Ἰσραὴλ ἀνέβη ἀπὸ τῶν Χερουβὶμ, ἡ οὖσα ἐπ' αὐτῶν, εἰς τὸν αἰθριον τοῦ οἴκου.* Ἐπειδὴ γὰρ μέλλει τὴν κατὰ τῆς πόλεως ψῆφον ἐκφέρειν, ἔξω τῶν ἁγίων τόπων τοῦτο ποιεῖ· σωτηρίας γὰρ, ἀλλ' οὐ τιμωρίας ἐκεῖνοι παρεκτικοί.

VARIÆ LECTIONES.

[34] B μετέδοσαν. [35] κεκρ. — αὐτ. Aliter οἱ LXX. [36] τῆς. B præm. τά. [37] Rec. lect. est ἀνέκραγεν. [38] τῆς. Apud LXX, præm. τῆς ὁδοῦ. [39] B προστεταγμένην. [40] ποδ. *Hebr.* vestibus linteis. [41] ζ. σαπφ. *Hebr.* vasculum scribæ. Aqu. et Theodot. κάστυ γραμματέως, quod Orig. interpretatur per καλαμάριον [42] ἑβδ. B præm. τήν. [43] Rec. lect., εἰσῆλθοσαν καὶ ἔστησαν.

Digitized by Google

Καὶ ἐκάλεσε τὸν ἄνδρα τὸν ἐνδεδυμένον [46] *τὸν ποδήρη, ὃς εἶχεν ἐπὶ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ τὴν ζώνην.* (δ'.) *Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς αὐτόν· Διέλθε μέσην τὴν πόλιν, μέσην τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ δὸς τὸ σημεῖον ἐπὶ τὰ μέτωπα τῶν ἀνδρῶν τῶν καταστεναζόντων, καὶ τῶν κατοδυνωμένων ἐπὶ πάσαις ταῖς ἀνομίαις γινομέναις* [48] *ἐν μέσῳ αὐτῶν.* Ἀγαθὸν μὲν γὰρ τὸ παραινεῖν καὶ συμβουλεύειν τοῖς ἁμαρτάνουσιν· ὅταν δὲ ἀντιλέγωσι, καὶ μὴ πείθωνται, ἀναγκαῖος ὁ θρῆνος καὶ χρήσιμος. Διὸ καὶ ὁ μακάριος ἔλεγε Παῦλος· « Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; » Καὶ πάλιν· « Μήπως [49] ἐλθόντα με πρὸς ὑμᾶς [47] ταπεινώσῃ ὁ Θεός μου, καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων καὶ μὴ μετανοησάντων. » Εὐσεβεῖς τοίνυν ὑπῆρχον καὶ οὗτοι ὀλοφυρόμενοι, καὶ στένοντες τὴν τοῦ λαοῦ παρανομίαν· διὸ ἐπίσημοι γίνονται, ἵνα μὴ κοινωνήσωσι τῆς τιμωρίας. Οὕτω, φησὶν, ἐκείνῳ ταῦτα ἐντειλάμενος, παρακελεύεται τοῖς λοιποῖς.

Et vocavit virum talari veste indutum, qui habebat super lumbis suis zonam. (Vers. 4.) *Et dixit Dominus ad eum: Transi per mediam civitatem, per mediam Hierosolymam, et da signum super frontes virorum gementium et dolentium super omnibus iniquitatibus quæ fiunt in medio eorum.* Profecto enim peccantibus conducit præcipere et consulere : sed cum repugnant, neque obediunt conveniens est et utilis lamentatio. Idcirco beatus quoque Paulus dicebat : « Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror [z]? » Et rursus : « Ne, cum venero ad vos, humiliet me Deus meus, et lugeam multos ex iis qui ante peccaverunt, et non egerunt pœnitentiam [a]. » Pii igitur erant etiam hi qui lugebant, et deplorabant populi scelera. Idcirco signo conspicui fiunt, ne pœnarum participes fiant. Sic, inquit, qui illi hæc mandavit, cæteris præcipit.

ε', ς'. *Πορεύεσθε εἰς τὴν πόλιν ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ κόπτετε, καὶ μὴ φείδεσθε τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑμῶν, καὶ μὴ ἐλεήσητε. Πρεσβύτερον, καὶ νεανίσκον, καὶ παρθένον, καὶ νήπια, καὶ γυναῖκας ἀποκτείνατε εἰς ἐξάλειψιν· ἐπὶ δὲ πάντας ἐφ' οὓς ἐστι τὸ σημεῖον μὴ ἐγγίσητε, καὶ ἀπὸ τῶν ἁγίων μου ἄρξασθε.* Πάλιν λέγω· « Φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος, » κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν· προστίθημι δὲ καὶ τὴν τοῦ θεσπεσίου Δαβίδ· « Μακάριοι οἱ φυλάσσοντες κρίσιν, καὶ ποιοῦντες δικαιοσύνην ἐν παντὶ καιρῷ· ἐν ἡμέρᾳ γὰρ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτοὺς [50] ὁ Κύριος. » Ἀμφότερα γὰρ ταῦτα ἐν τοῖς ἀρτίως εἰρημένοις εὑρίσκομεν, τοὺς μὲν ἀφειδῶς παγγενῆ κοπτομένους, καὶ κατὰ πάσης ἡλικίας χωροῦσαν τὴν τιμωρίαν· τοὺς δὲ δικαίως σωζομένους, καὶ τῆς ἐκείνων κοινωνίας μένοντας; ἐλευθέρους. Κελεύει δὲ ἀπὸ τῶν ἁγίων αὐτοῦ τὰς τιμωρητικὰς ἄρξασθαι δυνάμεις, οὐκ ἀληθῶς ἁγίους αὐτοὺς ὀνομάζων, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο εἶναι ὑπελαμβάνοντο, ὡς εἰς τὴν θείαν θεραπείαν ἀφωρισμένοι. Οὐ γὰρ, ὥς τινες ὑπέλαβον περὶ τῶν ἁγίων τόπων τοῦτο ἐῤῥέθη, ἀλλὰ περὶ τῶν ἀφωρισμένων εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ θεραπείαν ἀνθρώπων· καὶ τοῦτο δῆλον τὰ ἑξῆς τῆς προφητείας ποιεῖ. Εὐθὺς γὰρ ἐπάγει· « Καὶ ἤρξατο [49] ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν τῶν πρεσβυτέρων, οἳ ἦσαν ἔσω ἐν τῷ οἴκῳ. » Οὓς [50] παρεγγυᾷ ἔνδον ἀναιρεθῆναι· δίκαιον γὰρ τοὺς ἐκεῖ παρανομοῦντας ἐκεῖ δοῦναι τὰς δίκας.

Vers. 5, 6. *Ite in civitatem post eum, et percutite, neque parcite oculis vestris, neque misereamini. Senem, et juvenem, et virginem, et infantes, et uxores interficite ad internecionem : ad omnes autem super quos est signum ne accedatis, et a sanctis meis incipite.* Rursus dico : « Horrendum est incidere in manus Dei viventis, » secundum id quod a beato Paulo dicitur [b]. Addo illud etiam, quod dixit divinus David : « Beati qui custodiunt judicium, et faciunt justitiam **739** in omni tempore [c]; die enim malo liberabit eos Dominus [d]. » Utraque enim hæc in iis quæ modo dicta sunt comperimus : hos quidem cum toto genere cædi absque ulla venia, et ad omnem ætatem pervadere supplicium; illos vero juste servari, et ab eorum communione liberos permanere. Jubet vero ut a sanctis ejus ultrices potestates initium faciant, non revera sanctos eos nuncupans, sed quia hoc esse existimabantur, quasi ad divinum cultum selecti. Neque enim, ut quidam opinati sunt, de sanctis locis hoc dictum est, sed de hominibus ad Dei cultum segregatis : quod perspicuum faciunt prophetiæ sequentia. Statim enim subjicit : « Et incepit a viris senioribus, qui erant intus in domo. » Quos præcipit intus interfici. Justum enim erat eos qui ibi legem violarant, ibi quoque pœnas dare.

ζ'. *Εἶπε γὰρ, φησὶ, πρὸς αὐτούς· Μιάνατε τὸν οἶκον, καὶ πλήσατε τὰς* [51] *ἐδοὺς νεκρῶν· ἐκπορεύεσθε* [52] *καὶ κόπτετε.* Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὶ εἰδώ-

Vers. 7. *Dixit enim ad ipsos*, inquit : *Polluite domum, et complete vias cadaveribus, egredimini et percutite.* Propterea enim quod ipsi idolis domum

[z] II Cor. xi, 29. [a] II Cor. xii, 21. [b] Hebr. x, 31. [c] Psal. cv, 3 [d] Psal. xl, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[46] Rec. lect. est ἐνδεδυκότα. [47] γιν. B præm. ταῖς. [48] μήπως. Loco cit. est Μὴ πάλιν. [47] πρὸς ὑμᾶς. Loco cit. ponitur post ὁ Θεός μου. [49] Loco cit. est αὐτόν. [49] B ἤρξαντο, juxta rec. lect. [50] Οὓς. Ita B editio prior, Καὶ. [51] τ ὁδ. *Hebr.* atria. [52] Rec. lect. ἐκπορευόμενοι.

Digitized by Google

polluerant, justus judex iniquorum cæde hoc fieri jubet.

Et egressi percutiebant civitatem. (VERS. 8.) *Et factum est cum percuterent, relictus fui ego solus, et cado super faciem meam, et exclamavi, et dixi : Heu mihi, Adonai Domine, deles tu reliquos Israelis effundendo iram tuam super Hierosolymam?* Humanus propheta, et ad misericordiam 740 propensus. Talis fuit beatus Paulus, qui pro Judæis optabat anathema a Christo esse [a]. Verum Dominus amicissimum servum consolatur, et supplicii docet æquitatem.

VERS. 9. *Injustitia enim domus Israelis*, inquit, *et Judæ magnificata est valde, valde.* Duplicatione illius *valde*, exsuperantiam incrementi declaravit. « Quia repleta est terra populis multis, et civitas completa est injustitia et immunditia, quia dixerunt: Dereliquit Dominus terram, non respicit Dominus. » Propterea, inquit, hæc audent, quia persuaserunt sibi me non considerare nec videre ea quæ geruntur.

CAPUT X.

VERS. 1. *Et vidi, et ecce in firmamento, quod erat super caput Cherubim, quasi lapis sapphirus, similitudo throni in eo.* Hoc loco aperte tandem animalia quæ viderat, Cherubim appellat. Significat autem, ut dixi, nomen hoc idem ac plenus scientiæ.

VERS. 2. *Et dixit ad virum qui indutus erat stola : Ingredere in medium rotarum quæ sunt sub Cherubim.* Observandum est nulli e sex viris præceptum esse, ut ad Cherubim appropinquarent, præterquam ei qui stola erat indutus : quia illi videlicet digni non erant qui ad divinas virtutes, seu Cherubim, accederent. « Et imple manum tuam prunis ignis quæ sunt inter Cherubim, et effunde super civitatem. » Horroris autem plena sunt quæ spectantur, prunæ ignis dispersæ : ultrices nempe virtutes civitatem circumeuntes.

VERS. 4. *Et abscessit gloria Domini a Cherubim ad* 741 *limen domus.* Quia enim sumi carbones et per urbem spargi præcepit, recedere quodammodo videtur, ei qui jussus erat imperata faciendi locum concedens. Veritus enim fuerat omnino appropinquare gloriæ divinæ quæ in Cherubim vehebatur. [5] Maximus porro edebatur sonus cum moverentur alæ Cherubim, ita ut existimari posset, vel tonitru esse, vel divina vox. Illud enim, « vox Dei omnipotentis, » Symmachus et Theodotion « magni Dei tonitru » interpretati sunt : hoc est, sonitum illum comparare potuisses magni

[a] Rom. IX, 3

λοις [53] τὸν οἶκον ἐμίαναν, ὁ δίκαιος κριτὴς τῇ τῶν παρανόμων σφαγῇ τοῦτο γενέσθαι παρακελεύεται.

Καὶ [54] *ἐξελθόντες ἔτυπτον τὴν πόλιν.* (ἡ'.) *Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κόπτειν, ὑπελείφθην* [55] *ἐγὼ μόνος* [56], *καὶ πίπτω ἐπὶ πρόσωπόν μου, καὶ ἀνεβόησα, καὶ εἶπον· Οἴμοι, Ἀδωναὶ Κύριε, ἐξαλείφεις σὺ τοὺς καταλοίπους τοῦ Ἰσραὴλ ἐν τῷ ἐκχέαι* [57] *τὸν θυμόν σου ἐπὶ Ἱερουσαλήμ;* Φιλάνθρωπος ὁ προφήτης, καὶ πρὸς ἔλεον καμπτόμενος· τοιοῦτος ἦν ὁ μακάριος Παῦλος, ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ Χριστοῦ ὑπὲρ Ἰουδαίων εὐχόμενος. Ἀλλ' ὁ Δεσπότης καὶ τὸν εὐνούστατον οἰκέτην θεραπεύει, καὶ τῆς τιμωρίας διδάσκει τὸ δίκαιον.

θ'. *Ἀδικία γὰρ, φησὶ, τοῦ οἴκου Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδα μεμεγάλυνται σφόδρα, σφόδρα.* Καὶ τῷ διπλασιασμῷ τὴν τῆς ἐπιτάσεως παρεδήλωσεν ὑπερβολήν. « Ὅτι ἐπλήσθη ἡ γῆ λαῶν πολλῶν, καὶ ἡ πόλις ἐπλήσθη ἀδικίας καὶ ἀκαθαρσίας, ὅτι εἶπον, Ἐγκατέλιπε Κύριος τὴν γῆν, οὐκ [58] ἐφορᾷ Κύριος. » Ταῦτα, φησὶ, τολμῶσι, πείσαντες ἑαυτοὺς μὴ ἐποπτεύειν με, μηδὲ ὁρᾷν τὰ γινόμενα.

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

α'. *Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἐπάνω τοῦ στερεώματος τοῦ ὑπὲρ κεφαλῆς τῶν Χερουβὶμ, ὡς λίθος σαπφείρου· ὁμοίωμα θρόνου ἐπ' αὐτῷ.* Ἐνταῦθα σαφῶς λοιπὸν ἃ ἐθεάσατο ζῶα, Χερουβὶμ ὀνομάζει· σημαίνει δὲ, ὡς ἔφην, τὸ ὄνομα πλήρης γνώσεως.

β'. *Καὶ εἶπε πρὸς τὸν ἄνδρα τὸν ἐνδεδυκότα τὴν στολήν· Εἴσελθε εἰς τὸ μέσον τῶν τροχῶν τῶν ὑποκάτω τῶν Χερουβίμ.* Ἐπισημήνασθαι χρὴ, ὅτι οὐδενὶ τῶν ἓξ τοῖς Χερουβὶμ πελάσαι προκέτρεξεν, ἀλλὰ τῷ τὴν στολὴν ἐνδεδυμένῳ· ὡς αὐτῶν δηλονότι μὴ ἀξίων ὄντων πλησιάζειν θείαις δυνάμεσι, τοῖς Χερουβίμ. « Καὶ πλῆσον τὰς χεῖράς σου ἀνθράκων πυρὸς, ἐκ μέσου τῶν Χερουβὶμ, καὶ διασκόρπισον ἐπὶ τὴν πόλιν. » Φρίκης δὲ μεστὰ τὰ θεωρούμενα· πυρὸς ἄνθρακες σκεδαννύμενοι· τιμωρητικαὶ δυνάμεις, δηλαδὴ τὴν πόλιν περινοστοῦσαι.

δ'. *Καὶ ἀπῆρεν* [59] *ἡ δόξα Κυρίου ἀπὸ τῶν Χερουβὶμ εἰς τὸ αἴθριον τοῦ οἴκου.* Ἐπειδὴ γὰρ προσέταξε ληφθῆναι τοὺς ἄνθρακας, καὶ σκεδασθῆναι κατὰ τῆς πόλεως, ὑποχωρεῖν πως δοκεῖ, χώραν διδοὺς τῷ προσταχθέντι ποιῆσαι τὸ κελευσθέν· ἐδεδίει γὰρ πάντως πελάσαι τῆς θείας δόξης ἐπιχορευμένης τῶν Χερουβίμ· μέγιστος δὲ ἦχος ἀπετελεῖτο τῶν πτερύγων κινουμένων τῶν Χερουβὶμ, ὡς ὑπολαμβάνειν βροντὴν εἶναι, ἢ θείαν φωνήν· τὸ γὰρ, « Ὡς φωνὴ Θεοῦ Σαδαΐ [60] » — « Ἱκανοῦ Θεοῦ βροντήν » ὁ Σύμμαχος καὶ ὁ Θεοδοτίων ἡρμήνευσαν· τουτέστιν, Εἰκάσαις ἂν τὸν ἦχον τῇ τοῦ ἱκανοῦ καὶ δυνατοῦ Θεοῦ

VARIÆ LECTIONES.

[53] εἰδ. B præm. τοῖς. [54] καὶ — πόλιν. Des. apud LXX. [55] ὑπελ. ἐγώ. Des. apud LXX, et ad Theodot. pertinet. [56] μόνος. Des. in Hebr. [57] ἐκχ. Apud LXX, seq. σέ. [58] οὐκ, κ. τ. λ. Hæc una cum initio cap. X des. in B. [59] ἀπῆρ. *Hebr.* extulit sese. [60] Rec. lect. est Σαδδαΐ.

Digitized by Google

φωνῇ· ἀντὶ τοῦ, τῇ κατὰ θείαν ἐνέργειαν ἀποτελουμένῃ βροντῇ. A et potentis Dei voci, id est, tonitru quod divina vi perficitur.

Καὶ ἦλθε, φησὶν, *καὶ ἔστη ἐχόμενος τῶν τροχῶν.* (ζ'.) *Καὶ ἐξέτεινε*, φησὶν, *ὁ Χερουβὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐκ τῶν* [61] *ἀναμέσον τῶν Χερουβὶμ, εἰς μέσον τοῦ πυρὸς τοῦ ὄντος ἐν μέσῳ τῶν Χερουβίμ· καὶ ἔλαβε, καὶ ἔδωκεν εἰς χεῖρας τοῦ ἐνδεδυκότος τὴν στολὴν τὴν ἁγίαν, καὶ ἔλαβε* [62]*, καὶ ἐξῆλθε.* Τὴν τῶν ἀοράτων ταγμάτων διαφορὰν καὶ ἐντεῦθεν ἔστι μαθεῖν· οἱ μὲν γὰρ ἐξ οὐδὲ πελάσαι τοῖς Χερουβὶμ προσετάχθησαν· ὁ δὲ πελάζει μὲν, οὐ κατατολμᾷ δὲ τοῦ μέσου τῶν Χερουβὶμ, ἀλλ' αὐτὰ [63] τὰ Χερουβὶμ ὀρέγει τοὺς ἄνθρακας.

Καὶ ἰδοὺ, φησὶ, *τὰ Χερουβὶμ ὅμοια* [64] *χειρῶν ἀνθρώπων ὑποκάτωθεν τῶν πτερύγων αὐτῶν.* B Ἐνεργείας δὲ αἱ χεῖρες σημαντικαί· εἶτα ἐξηγεῖται πάλιν τὰ κατὰ τοὺς τροχοὺς, πάντα μὲν εἰρηκὼς ἃ καὶ ἤδη προειρήκαμεν· τὸ δὲ εἶδος τῆς χρόας μόνον ἠλλαγμένον ἑωρακέναι φησίν· ἐκεῖ μὲν γὰρ, κατὰ τὴν Σύμμαχον, ὡς εἶδος ὑακίνθου ἔφη τεθεᾶσθαι· ἐνταῦθα δὲ, κατὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα, ὡς εἶδος ἄνθρακος· ὥστε κἀντεῦθεν ἡμᾶς μαθεῖν, ὡς οὐκ αὐτὰς εἶδε τῶν ὁρατῶν τὰς φύσεις, ἀλλ' ὁμοιώματά τινα καὶ εἰκάσματα· διὸ καὶ ἠλλαγμένα θεωρεῖ. Ταύτην δὲ τὴν ἀλλαγὴν καὶ ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ ἐθεάσατο· ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ πρῶτον πρόσωπον ἀνθρώπῳ ἐοικέναι ἔφη, τὸ δὲ δεύτερον λέοντι, τὸ δὲ τρίτον μόσχῳ, τὸ δὲ τέταρτον ἀετῷ· ἐνταῦθα δὲ ἀντεστραμμένην τὴν τάξιν, καὶ τὸ τοῦ Χερουβὶμ πρόσωπον, ὅπερ ἐστὶ μόσχου, πρῶτον ἔφη τεθεᾶσθαι, δεύτερον δὲ τὸ τοῦ ἀνθρώπου, εἶτα τοῦ λέοντος, καὶ τὸ τοῦ ἀετοῦ. Οὐ τοίνυν τοιαύτη τῶν ἀοράτων δυνάμεων ἡ φύσις, ἀλλὰ πρὸς τὴν χρείαν ὁ Δεσπότης τὰς τοιαύτας οἰκονομεῖ [65] θεωρίας. Καὶ ἡγοῦμαι, ἐπειδὴ ἐν τῷ ναῷ ταύτην ἑώρα τὴν ὀπταισίαν, διὰ τοῦτο προτεταγμένον εἶδε τοῦ μόσχου τὸ πρόσωπον, ἐπειδὴ εἰς τύπον ἱερωσύνης τοῦτο παρεληπται. Διδάσκει δὲ, ὅτι καὶ οἱ νῶτοι αὐτῶν καὶ αἱ χεῖρες αὐτῶν, καὶ αἱ πτέρυγες, καὶ οἱ τροχοὶ, πλήρεις ἦσαν ὀφθαλμῶν, τῆς γνώσεως αὐτῶν τὸ πλῆθος διδασκόμενος· ὅπερ καὶ σημαίνει τὸ ὄνομα *γελγέλ*,

ιγ'. *Τοῖς δὲ τροχοῖς τούτοις*, φησὶν, *ἐπεκλήθη γελγὲλ ἀκούοντός μου.* Τουτέστιν, ἀνακυκλεῖσθαι καὶ ἀνακινεῖσθαι προσετάχθησαν.

ιε'. *Καὶ ἐπήρθη*, φησὶ, *τὰ Χερουβίμ.* Εἶτα διδάσκων ἡμᾶς, ὡς ταῦτα καὶ ἤδη πρότερον ἐθεάσατο, φησίν· « Τοῦτο τὸ ζῶον ὃ εἶδον ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ Χοβάρ. » Ἀλλὰ τότε τῆς μὲν θεωρίας ἀπήλαυσε, τὴν δὲ προσηγορίαν ἠγνόησε· νῦν δὲ καὶ τοῦτο μεμάθηκεν [66].

ις', ιζ'. *Καὶ ἐν τῷ πορεύεσθαι τὰ Χερουβὶμ ἐπορεύοντο οἱ τροχοὶ, καὶ οὗτοι ἐχόμενοι αὐτῶν· καὶ ἐν τῷ ἐξαίρειν τὰ Χερουβὶμ τὰς πτέρυγας αὐτῶν τοῦ μετεωρίζεσθαι ἀπὸ τῆς γῆς, οὐκ ἐπέστρεφον οἱ τροχοὶ αὐτῶν, καὶ γε αὐτοὶ ἀπὸ τῶν*

Et venit, inquit, *et stetit prope rotas.* (Vers. 7.) *Et extendit*, inquit, *Cherub manum suam de medio ipsorum Cherubim, in medium ignis qui erat in medio Cherubim: et accepit et dedit in manus ejus qui indutus erat stola sancta; et accepit, et egressus est.* Ordinum qui cerni nequeunt discrimen hinc quoque licet agnoscere. Sex enim imperatum fuit, ut ne prope quidem accederent ad ipsa Cherubim: hic vero appropinquat quidem, non tamen audet inter illa pedem figere, sed ipsa Cherubim porrigunt carbones.

Vers. 8. *Et vidi*, inquit, *Cherubim, similitudinem manuum hominum sub alis eorum. Manus* significant opera. Post hæc rursus narrat [9-12] quæ ad rotas pertinent, omnibus iis repetitis, quæ jam ante diximus: speciem tantum coloris immutatam se vidisse ait. Ibi enim, secundum Symmachum, quasi speciem hyacinthi dixit se conspexisse: hic vero, **742** secundum Septuaginta, quasi speciem carbonis. Ita ut ex hoc quoque loco discere possimus, non vidisse eum ipsas naturas eorum quæ cerni nequeunt, sed similitudines quasdam et imagines. Ideo etiam immutatas cernit; atque hanc immutationem in ipsis quoque Cherubim conspexerat. Ibi enim primam faciem homini similem fuisse dixit, secundam leoni, tertiam vituło, quartam aquilæ. Hic autem ordo est inversus, et faciem Cherubim quæ est vituli, dicit primam se vidisse, secundam hominis, deinde leonis, tum aquilæ. Non igitur talis est potestatum, quæ cerni nequeunt, natura: sed perinde atque opus est, de hujusmodi visionibus Dominus disponit. Et arbitror, quia in templo hanc vidit visionem, idcirco eum vidisse præpositam vituli faciem, quandoquidem hæc ad typum sacerdotii sumpta est. Docetque, dorsa ipsorum, et manus, et alas, et rotas plenas oculis fuisse, edoctus vim cognitionis ipsorum, quod significat nomen *gelgel*.

Vers. 13. *Rotis autem istis*, inquit, *acclamatum est gelgel, audiente me.* Hoc est, imperatum fuit ipsis, ut volverentur atque commoverentur.

Vers. 15. *Et elevata sunt*, inquit, *Cherubim.* Deinde docet nos se hæc etiam prius conspexisse, et ait: « Ipsum est animal quod videram juxta flumen Chobar. » Verum tunc quidem visionem percepit, sed nomen ignoravit, quod nunc didicit.

Vers. 16, 17. *Et cum incederent Cherubim, incedebant etiam rotæ, et ipsæ erant prope illa: et cum extollerent Cherubim alas suas, ut extollerentur a terra, non revertebantur rotæ* **743** *eorum, et ipsæ juxta illa. Et cum starent ipsæ, stabant: et cum al-*

VARIÆ LECTIONES.

[61] ἐκ τ. ἀναμ. τ. Χερ. Des. apud LXX. [62] κ. ἔλ. Des. in B. [63] B ἀλλὰ ταῦτα. [64] Rec. iect. est ἐμοίωσε. [65] οἰκ. In B ponitur post θεωρίας. [66] B μεμαθήκαμεν.

Digitized by Google

tollerentur ipsa, attollebantur cum ipsis, quia spiritus vitæ in ipsis. Sequebantur, inquit, in omnibus rotæ ipsa Cherubim, cumque illa moverentur, simul movebantur, et volantia sequebantur, et cum starent, stabant, non ab aliqua vi tractæ, sed sponte sua unumquodque horum facientes, quia ipsis quoque spiritualis vita communicata fuerat.

A ἐχομένων [67] ἀπ' αὐτῶν. Καὶ ἐν τῷ ἑστάναι αὐτὰ εἱστήκεισαν καὶ ἐν τῷ μετεωρίζεσθαι αὐτὰ ἐμετεωρίζοντο μετ' αὐτῶν, διότι πνεῦμα ζωῆς ἐν [68] αὐτοῖς. Εἵποντο, φησὶ, κατὰ πάντα τοῖς Χερουβὶμ οἱ τροχοὶ, καὶ κινουμένοις συνεκινοῦντο, καὶ πετομένοις ἠκολούθουν, καὶ ἑστώτων εἱστήκεισαν, οὐχ ὑπό τινος βίας συρόμενοι, ἀλλ' αὐτόματοι τούτων ἕκαστον ἐνεργοῦντες· πνευματικῶς [69] γὰρ καὶ αὐτοὶ ζωῆς ἐν μετουσίᾳ ἐτύγχανον.

Vers. 18, 19. *Et egressa est gloria Domini de limine domus, et ascendit super Cherubim. Et assumpsere Cherubim alas suas, et elata sunt a terra coram me, cum attollerentur ipsa, et steterunt ad vestibula portæ domus Domini e regione, et gloria Dei Israelis erat super ipsis desuper.* Quando enim sumi præcepit carbones, visa est quodammodo recedere, ut accedere auderet is cui fuerat imperatum : quo facto, rursus redire videtur et invehi; sed Cherubim, inquit, sublimia erant, et facile per aerem ferebantur, alarum motu pro pedibus utentia : et sequebantur rotæ, ne parum quidem sejunctæ. Vehebatur autem illis Dei gloria : non ipse Deus, qui incircumscriptus est, et ubique præsens, et omnia complens, sed ejus gloria, quæ secundum illius dispensationes sese ostendit.

B ιη', ιθ'. *Καὶ ἐξῆλθε δόξα Κυρίου ἀπὸ τοῦ αἰθρίου τοῦ οἴκου, καὶ ἐπέβη ἐπὶ τὰ Χερουβίμ. Καὶ ἀνέλαβε* [70] *τὰ Χερουβὶμ τὰς πτέρυγας αὐτῶν, καὶ ἐμετεωρίσθησαν ἀπὸ τῆς γῆς ἐνώπιον ἐμοῦ ἐν τῷ ἐξαίρειν αὐτὰ, καὶ ἔστησαν ἐπὶ τὰ πρόθυρα τῆς πύλης οἴκου Κυρίου τῆς ἀπέναντι, καὶ δόξα Θεοῦ Ἰσραὴλ ἦν ἐπ' αὐτῶν ὑπεράνωθεν.* Ἡνίκα μὲν γὰρ τοὺς ἄνθρακας ληφθῆναι προσέταξεν, ἔδοξέ πως ἀφίστασθαι, ἵνα καταθαῤῥήσῃ προσελθεῖν ὁ προστεταγμένος· ἐκείνου δὲ γινομένου, πάλιν ἐπανιέναι δοκεῖ, καὶ ἐποχεῖσθαι· τὰ δὲ Χερουβὶμ φησι μετέωρα, καὶ ῥᾴον διὰ τοῦ ἀέρος ἐφέρετο, τῇ κινήσει τῶν πτερύγων ἀντὶ ποδῶν χρώμενα· εἵποντο δὲ οἱ τροχοὶ οὐδὲ βραχὺ χωριζόμενοι· ἐπωχεῖτο δὲ ἡ τοῦ Θεοῦ δόξα, οὐκ αὐτὸς ὁ Θεός· ἀπερίγραπτος [71] γὰρ, καὶ πανταχοῦ παρὼν, καὶ τὰ πάντα πληρῶν· ἀλλ' ἡ τούτου δόξα ἡ πρὸς τὰς οἰκονομίας ἐπιφαινομένη.

Vers. 20. *Hoc,* inquit, *est animal quod vidi sub Deo Israelis, juxta fluvium Chobar, et cognovi Cherubim esse.* Visionem enim prius etiam percepi, sed nomen nunc demum didici. Atque hinc aperte **744** intelligi potest non ipsam ab eo C conspectam fuisse invisibilium naturarum essentiam, sed imagines quasdam atque similitudines. [21, 22] Nam in altera visione quatuor alas dixit habere unum ex Cherubim, hic vero octo. At natura hanc mutationem non admiserat, verum pro re nata expressa est visio. Quia enim ampliorem cognitionem ex divino colloquio percepit propheta, et alæ cognitionis celeritatem indicant, incrementum additæ ipsi cognitionis significans, duplicatas ei Cherubim ostendit alas, quarum appellatio Græca voce copiam cognitionis significat.

κ'. *Τοῦτο, φησὶ, τὸ ζῷόν ἐστιν ὃ εἶδον ὑποκάτω Θεοῦ Ἰσραὴλ, ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ Χοβάρ· καὶ ἔγνων ὅτι Χερουβίμ ἐστι.* Τῆς μὲν γὰρ θεωρίας καὶ ἤδη πρότερον ἀπῆλαυσα· τὴν δὲ προσηγορίαν ἐπὶ τοῦ παρόντος μεμάθηκα. Καὶ ἐντεῦθεν δὲ σαφῶς ἔστι μαθεῖν, ὡς οὐκ αὐτὴν εἶδε τῶν ἀοράτων φύσεων τὴν οὐσίαν, ἀλλ' εἰκάσματά τινα καὶ ἐνδάλματα· ἐν μὲν γὰρ τῇ προτέρᾳ ὀπτασίᾳ τέσσαρας πτέρυγας ἔφη ἔχειν τὸ ἓν Χερουβὶμ, ἐνταῦθα δὲ ὀκτώ· οὐκ ἂν δὲ ἡ φύσις μεταβολὴν ἐδέξατο, ἀλλὰ πρὸς τὴν χρείαν ἡ θεωρία ἐξετυπώθη· ἐπειδὴ γὰρ πλείονα γνῶσιν ὁ προφήτης ἐκ τῆς θείας διαλέξεως ἔλαβεν, αἱ δὲ πτέρυγες γνώσεως παραδηλοῦσιν ὀξύτητα, τὴν γενομένην αὐτῷ τῆς γνώσεως προσθήκην σημαίνων, διπλᾶς αὐτῷ δείκνυσι τῶν Χερουβὶμ τὰς πτέρυγας· καὶ αὐτὴ γὰρ ἡ τούτων προσηγορία τῇ Ἑλλάδι φωνῇ τὸ πλῆθος σημαίνει τῆς γνώσεως.

CAPUT XI.

Vers. 1-3. *Et assumpsit me,* inquit, *Spiritus, et eduxit me ad portam domus Domini quæ erat e* D *regione, respicientem ad orientem : et ecce in vestibulis januæ, quasi viginti quinque viri. Et vidi in medio ipsorum Jezoniam filium Jezec, et Phaltiam filium Banæi, duces populi. Et dixit Dominus ad me : Fili hominis, isti viri cogitantes vana, et tractantes consilium pravum in civitate hac, dicentes : Nonne recenter ædificatæ sunt domus? hæc est lebes, vos autem carnes.* Accusat et principes, et illis

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

α', γ'. *Καὶ ἀνέλαβέ με,* φησὶ, *Πνεῦμα, καὶ ἐξήγαγέ* [72] *με ἐπὶ τὴν πύλην τοῦ οἴκου Κυρίου τὴν κατέναντι, τὴν βλέπουσαν κατὰ ἀνατολάς· καὶ ἰδοὺ ἐπὶ τῶν προθύρων τῆς πύλης, ὡς εἰκοσιπέντε ἄνδρες, καὶ ἰδοὺ ἐν μέσῳ αὐτῶν Ἰεζονίαν* [73] *τὸν τοῦ Ἰεζὲκ* [74], *καὶ Φαλτίαν τὸν Βαναίου, τοὺς ἡγουμένους τοῦ λαοῦ. Καὶ εἶπε Κύριος πρός με· Υἱὲ ἀνθρώπου, οὗτοι οἱ ἄνδρες οἱ λογιζόμενοι μάταια, καὶ βουλευόμενοι βουλὴν* [75] *πονηρὰν ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, οἱ λέγοντες·* Οὐχὶ [76] *προσφά-*

VARIÆ LECTIONES.

[67] ἐχ. ἀπ. αὐτ. A ἐχόμενα αὐτῶν, ut in Alex. et ed. Ald. [68] ἐν B præm. ἦν. [69] B πνευματικῆς. [70] ἀνέλαβε, κ. τ. λ. Aliter οἱ LXX. [71] ἀπερίγραφος. [72] Rec. lect. est ἤγαγε. [73] Rec. lect. est Ἰεχονίαν. Vid. supra, ad c. VIII, 11. [74] Ἰεζ. Alii Ἰέζερ, vel Ἰάζερ. [75] βουλ. πον. Des. in B. [76] Οὐχὶ.—οἰκίαι *Hebr.* Non in propinquo est (sc. excidium urbis), ædificando (ædificemus) ædes.

Digitized by Google

τως ᾠκοδόμηνται οἰκίαι; Αὕτη ἐστὶν ὁ λέβης, A ὑμεῖς [77] δὲ τὰ κρέα. Κατηγορεῖ καὶ τῶν ἡγουμένων, καὶ τῶν ὑπηκόων, ὡς ἐναντία τῷ Θεῷ βουλευομένων, καὶ τοῖς προφήταις ἀντιλεγόντων, καὶ πείθεσθαι μὴ θελόντων ὅτι τοῖς πολεμίοις παραδοθήσονται, ἀλλὰ τὴν πόλιν οἰκήσουσι, κἀκεῖ δέξονται τοῦ βίου τὸ τέλος. Νεόδμητοι γὰρ, φησὶν, αἱ οἰκίαι, καὶ ἐν ταύταις κατοικήσομεν, καὶ τοῦ βίου τὸ πέρας δεξόμεθα· τούτου χάριν ἀγαναχτῶν ὁ Θεὸς τὴν ἐσομένην τῶν πολεμίων ἔφοδον διὰ τοῦ προφήτου προλέγει.

subjectos, ut contraria Deo consulentes, et prophetis repugnantes, neque credere volentes, fore ut hostibus tradantur, sed sibi persuadentes, fore ut urbem incolentes ibi sortiantur **745** vitæ finem. Nuper enim domus, aiunt, ædificatæ sunt, et in ipsis habitabimus, et vitam finiemus. Hac de causa succensens Deus, futuram hostium * invasionem per prophetam prædicit.

ε'. Ἐπέπεσε [78] γὰρ, φησὶν, ἐπ' ἐμὲ Πνεῦμα Κυρίου, καὶ εἶπε πρός με· Τάδε [79] λέγει Κύριος. Τουτέστι, τῆς τοῦ Θεοῦ Πνεύματος ἐνεργείας ἀναπλησθεὶς τάδε εἰπεῖν ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ προσετάχθην.

VERS. 5. *Cecidit enim super me*, inquit, *Spiritus Domini, et dixit ad me: Hæc dicit Dominus.* Hoc est, divini Spiritus virtute impletus hæc ex persona Dei dicere jussus fui.

Οὕτως εἴπατε, οἶκος Ἰσραὴλ, καὶ τὰ [80] διαβούλια τοῦ πνεύματος ὑμῶν ἐγὼ ἐπίσταμαι. (ς', η'.) Ἐπληθύνατε νεκροὺς [81] ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, καὶ ἐπλήσατε [82] τὰς ὁδοὺς αὐτῆς τραυματιῶν. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος· Τοὺς νεκροὺς ὑμῶν, οὓς ἐπατάξατε ἐν μέσῳ αὐτῆς, οὗτοί εἰσι τὰ κρέα, αὐτὴ δέ ἐστιν ὁ λέβης, καὶ ὑμᾶς ἐξάξω ἐκ μέσου αὐτῆς. Ῥομφαίαν φοβεῖσθε, καὶ ῥομφαίαν ἐπάξω ἐφ' ὑμᾶς, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος. Ὑμεῖς μὲν, φησὶ, λέβητα τὴν πόλιν ἀπεφήνατε, νεκρῶν αὐτὴν μυρίων ἐμπλήσαντες· τούτου χάριν οὐ τεύξεσθε ὧν ἐλπίζετε, οὐδὲ ἄλυπον δέξεσθε τοῦ βίου τὸ πέρας, ἀλλὰ τοῖς πολεμίοις, οὓς δεδοίκατε, παραυτίκα παραδοθήσεσθε, καὶ τῆς ἐκείνων ῥομφαίας γενήσεσθε παρανάλωμα.

B *Sic, domus Israelis, dixistis: Etiam pessima consilia spiritus vestri ego scio.* (VERS. 6-8.) *Multiplicastis mortuos in urbe hac, et implevistis vias ejus vulneratis. Propterea hæc dicit Dominus: Mortui vestri, quos percussistis in medio ejus, isti sunt carnes, et hæc est lebes, et vos educam e medio ejus. Gladium timetis, et gladium adducam super vos, dicit Adonai Dominus.* Vos quidem, inquit, lebetem fecistis urbem, quam infinitis cadaveribus complevistis: idcirco, quæ speratis minime assequemini, neque a molestiis vacuum sortiemini vitæ finem; verum hostibus, quos veriti estis, mox trademini, et illorum gladio peribitis.

θ'. Καὶ ἐξάξω ὑμᾶς ἐκ μέσου αὐτῆς, καὶ παραδώσω ὑμᾶς εἰς χεῖρας ἀλλοτρίων, καὶ ποιήσω ἐν ὑμῖν κρίμα [83]. Δικαίως, φησὶν, ὑμᾶς τιμωρήσομαι· ἐπειδὴ γὰρ ὑμεῖς τοὺς ὁμοφύλους ἀνείλετε, ἀλλοτρίοις καὶ πολεμίοις ἐνδίκως παραδοθήσεσθε.

C VERS. 9. *Et educam vos e medio ejus, et tradam vos in manus alienorum, et exercebo inter vos judicium.* Jure, inquit, vos ulciscar: nam quia vos tribules vestros interfecistis, alienis et hostibus jure trademini.

ι'. Ἐπὶ τῶν ὁρίων [84] τοῦ Ἰσραὴλ κρινῶ ὑμᾶς· καὶ ἐπιγνώσεσθε ὅτι ἐγὼ Κύριος. Ἔξω, φησὶ, τῆς πόλεως τίσετε δίκας ὧν ἠσεβήσατε, καὶ διὰ τῆς πείρας μαθήσεσθέ με Δεσπότην.

VERS. 10. *In terminis Israelis judicabo vos, et cognoscetis me esse Dominum.* Extra urbem, inquit, **746** eorum quæ impie patrastis luetis pœnas, et experientia Dominum me esse discetis.

ια', ιβ'. Αὕτη [85] ὑμῖν οὐκ ἔσται εἰς λέβητα, καὶ ὑμεῖς οὐ μὴ γένησθε ἐν μέσῳ αὐτῆς εἰς κρέα· ἐπὶ τῶν ὁρίων [86] τοῦ Ἰσραὴλ κρινῶ ὑμᾶς. Καὶ ἐπιγνώσεσθε ὅτι [87] ἐγὼ Κύριος. Οὐκ ἀποθανεῖσθε, φησὶν, ἐν τῇ πόλει, οὐδὲ ταφῆς ἀξιωθήσεσθε ἐν αὐτῇ, κατὰ τὰς ὑμετέρας ἐλπίδας, ἀλλὰ πόρρω ταύτης ἀναιρεθήσεσθε· καὶ τὰς αἰτίας διδάσκων, « Ὅτι [88] D ἐν τοῖς δικαιώμασί μου, φησὶν, οὐκ ἐπορεύθητε, καὶ τὰ κρίματά μου οὐκ ἐποιήσατε· ἀλλὰ [89] οὐδὲ κατὰ τὰ κρίματα τῶν ἐθνῶν τῶν περικύκλῳ ὑμῶν οὐκ ἐποιήσατε. » Παρανομίας ὑπερβολὴ, καὶ δυσσεβείας μέγιστος [90] ἔλεγχος, τὸ μὴ μόνον τὸν θεῖον παραβῆναι νόμον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀσεβείᾳ συζώντων ἐθνῶν δυσσεβέστερα δρᾶν.

VERS. 11, 12. *Hæc vobis non erit in lebetem, et vos non eritis in medio ejus carnes. In terminis Israelis judicabo vos. Et cognoscetis me esse Dominum.* Non moriemini, inquit, in urbe, neque in ipsa afficiemini sepultura secundum spes vestras, sed procul ab ipsa interficiemini. Causasque docens, « Quia in justificationibus, inquit, meis non ambulastis, et judicia mea non fecistis: sed neque secundum judicia gentium, quæ sunt in circuitu vestro, fecistis. » Iniquitatis exsuperantia, et impietatis maximum argumentum est, non solum divinam violare legem, sed etiam gentium in impietate degentium impietatem superare.

VARIÆ LECTIONES.

[77] ὑμ. Rec. lect. est ἡμεῖς, juxta *Hebr.* [78] Rec. lect. est ἔπεσε. [79] Τάδε, κ. τ. λ. Apud LXX, præm. λέγε. [80] τὰ — ὑμῶν. *Hebr.* quæ ascendunt in animum vestrum. [81] νεκρ. Apud LXX sequ. ὑμῶν. [82] Rec. lect. est ἐνεπλήσατε. [83] Rec. lect. est κρίματα. [84] ὁρ. Ita Compl. juxta Hebr. Rec. lectio est ὀρέων. [85] Vers. 11 et 12 qui des. in cod. Vat. iisdem verbis in ed. Compl. exstant. [86] ὁρ. A et B ὀρέων, ut in Alex. [87] ὅτι. Ita quoque A, sed B habet διότι. [88] ὅτι — περιχ. ὑμ. οὐκ ἐπ. Hæc solent omitti in edit. τῶν LXX. [89] ἀλλὰ — ἐποιήσ. Aliter Grabius. [90] μέν. In B. ponitur post ἔλεγχος.

Digitized by Google

VERS. 13. *Et factum est, cum prophetarem ego, et Phaltias filius Baniæ mortuus est, et cado in faciem meam, et clamavi voce magna, et dixi: Heu, heu, Adonai Domine, consummationem tu facis reliquos Israelis?* Videt prophetæ opera illorum qui jussi fuerant civitatem nulli parcentes cædere, et veritus ne funditus intereat, omnibus [a] interfectis (oblitus enim fuerat, præ animi mœrore, multos accepisse incolumitatis signa), clementi Domino supplicat, ut misericordia temperet justitiam. Docetur que fore ut isti quidem hostibus tradantur, propter ingentem improbitatem; qui vero jam captivi abducti fuerant, etiam in externa regione 747 consolationem percipiant, et reditum consequantur.

A

VERS. 15. *Fili enim hominis*, inquit, *fratres tui et viri captivitatis tuæ, et omnis domus Israelis consummata est.* Aliquos, inquit, bello captos, qui jam pœnas facinorum, quæ ausi sunt, dederunt, servabo mihi in populum. « Quibus dixerunt habitantes Hierosolymæ: Longe abestis a Domino, nobis data est terra in hæreditatem. » Deridentes illos, qui nunc habitant Hierosolymæ, dicere audebant: Vos Dominus a se procul esse voluit, sed nobis promissionis terram distribuit. Idcirco, inquit, omnia contra fient, et vos neci tradam, illorum autem curam habebo.

B

VERS. 16. *Propterea dixit: Hæc dicit Adonai Dominus: Repellam eos ad gentes, et dispergam ipsos in omnem terram, et ero ipsis in sanctificationem parvam in regionibus, quo ingressi fuerint.* Interim enim ipsos quidem captivos, et exules, et profugos feci: verumtamen in exsilio, exspectatione mutationis calamitatum, et spe bonorum, consolationem eis afferam. Hoc enim declaravit, cum dixit: « Ero ipsis in sanctificationem parvam. » Non multo post autem ipsos rursus restituam, et in patriam terram reducam.

C

VERS. 17, 18. *Cogam enim ipsos*, inquit, *ex gentibus, et accipiam eos de regionibus in quibus dispersi eos, et dabo ipsis terram Israelis, et ingredientur illuc, et* 748 *educent omnes abominationes ejus, et omnes iniquitates ejus de illa.* Hoc autem docet Esdræ historia, et narratio de Machabæis. Nam post reversionem a Babylone, relicto idolorum cultu, auctorem omnium rerum Deum studiose colere perseverabant.

D

VERS. 19. *Et dabo ipsis*, inquit, *cor alterum, et spiritum novum dabo eis.* Iis autem non liberi arbitrii eversionem declaravit, sed futurum ab ipso

ιγ'. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ προφητεύειν με, καὶ Φαλτίας ὁ τοῦ Βαναλου ἀπέθανεν· καὶ [91] πίπτω ἐπὶ πρόσωπόν μου, καὶ ἀνεβόησα φωνῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπα· Οἴμοι, οἴμοι, Ἀδωναὶ Κύριε, εἰς συντέλειαν ποιεῖς σὺ τοὺς καταλοίπους τοῦ Ἰσραήλ; Ὁρᾷ τὴν ἐνέργειαν ὁ προφήτης ἐκείνων, οἳ κόπτειν ἀφειδῶς προσετάχθησαν τὴν πόλιν, καὶ δείσας μὴ τὴν πανωλεθρίαν ὑπομείνῃ, πάντων ἀναιρουμένων· ἐπελάθετο γὰρ ἐκ τῆς ἀθυμίας ὡς πολλοὶ τὰ τῆς σωτηρίας ἐδέξαντο σημεῖα· τὸν φιλάνθρωπον ἱκετεύει Δεσπότην ἐλέῳ κεράσαι τὸ δίκαιον· διδάσκεται δὲ, ὡς οὗτοι μὲν τοῖς πολεμίοις παραδοθήσονται διὰ τὴν πολλὴν πονηρίαν· οἱ δὲ ἤδη αἰχμάλωτοι ἀπαχθέντες, κἂν τῇ ξένῃ παραψυχῆς ἀπολαύσουσι, καὶ ἐπανόδου τεύξονται.

ιε'. Υἱὲ γὰρ, φησὶν, ἀνθρώπου, οἱ ἀδελφοί σου, καὶ οἱ [92] ἄνδρες τῆς αἰχμαλωσίας σου, καὶ πᾶς ὁ οἶκος Ἰσραὴλ συντετέλεσται [93]. Ἑνίους φησὶ βορυαλώτους γεγενημένους, καὶ δίκας ὧν ἐτόλμησαν δεδωκότας, φυλάξω μοι εἰς λαόν. « Οἷς εἶπον αὐτοῖς οἱ κατοικοῦντες Ἰερουσαλὴμ, Μακρὰν ἀπέχετε ἀπὸ Κυρίου, ἡμῖν δέδοται ἡ γῆ εἰς κληρονομίαν. » Ἐπιτωθάζοντες ἐκείνοις οἱ νῦν τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦντες λέγειν ἐτόλμων, ὡς Ὑμᾶς μὲν πόρρω ἑαυτοῦ πεποίηκεν ὁ Δεσπότης, ἡμῖν δὲ τὴν τῆς ἐπαγγελίας ἀπεκλήρωσε γῆν· διὰ τοῦτο, φησὶ, πᾶν τοὐναντίον γενήσεται, καὶ ὑμᾶς μὲν παραδώσω σφαγῇ, ἐκείνων δὲ ποιήσομαι πρόνοιαν.

ις'. Διὰ τοῦτο εἶπε [94]· Τάδε λέγει Ἀδωναὶ Κύριος, ὅτι Ἀπώσομαι αὐτοὺς εἰς τὰ ἔθνη, καὶ διασκορπιῶ αὐτοὺς εἰς πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς ἁγίασμα μικρὸν [95] ἐν ταῖς χώραις, οὗ ἂν εἰσέλθωσιν ἐκεῖ. Τέως μὲν γὰρ αὐτοὺς [96] αἰχμαλώτους, καὶ μετοίκους, καὶ σποράδας πεποίηκα· ἀλλ' ὅμως ἐν τῇ μετοικίᾳ, τῇ προσδοκίᾳ τῆς τῶν συμφορῶν μεταβολῆς, καὶ τῇ ἐλπίδι τῶν ἀγαθῶν, παραψυχὴν αὐτοῖς παρέξομαι· καὶ [97] τοῦτο παρεδήλωσεν εἰπών· « Ἔσομαι αὐτοῖς εἰς ἁγίασμα μικρόν. » Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ πάλιν αὐτοὺς ἀποκαταστήσω, καὶ εἰς τὴν πατρῴαν ἐπανάξω γῆν.

ιζ', ιη'. Συνάξω γὰρ, φησὶν, αὐτοὺς ἐκ τῶν ἐθνῶν, καὶ εἰσδέξομαι [98] αὐτοὺς ἐκ τῶν χωρῶν, οὗ [99] διέσπειρα αὐτοὺς ἐν αὐταῖς [1]· καὶ δώσω αὐτοῖς τὴν γῆν τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ εἰσελεύσονται ἐκεῖ, καὶ ἐξάξουσι [2] πάντα τὰ βδελύγματα αὐτῆς, καὶ πάσας τὰς ἀνομίας αὐτῆς ἐξ αὐτῆς [3]. Τοῦτο δὲ ἡ τοῦ Ἔσδρα ἱστορία διδάσκει, καὶ τῶν Μακκαβαίων ἡ συγγραφή. Μετὰ γὰρ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, τῆς τῶν εἰδώλων ἀποστάντες λατρείας, ἐπιμελῶς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν θεραπεύοντες διετέλουν.

ιθ'. Καὶ δώσω αὐτοῖς, φησὶ, καρδίαν ἑτέραν, καὶ πνεῦμα καινὸν δώσω αὐτοῖς [4]. Διὰ τούτων δὲ οὐ τοῦ αὐτεξουσίου τὴν ἀναίρεσιν παρεδήλωσεν, ἀλλὰ

VARIÆ LECTIONES.

[a] καὶ — τοὺς καταλ. B per compendium ἕως τοὺς καταλ. τοῦ Ἰσρ. [92] οἱ — αἰχμ. σου. *Hebr.* propinqui tui. [93] συντ. *Hebr.* omnis illa. [94] Rec. lectio, εἰπόν, juxta Hebr. [95] μικρ. *Hebr.* brevi tempore. [96] αὐτ. B add. φησίν. [97] κ. τοῦτο. B τοῦτο γάρ. [98] εἰσδ. Rec. lect. est, συνάξω. [99] οὗ. B præm. ἕως ἐξ αὐτῆς. [1] B αὐτοῖς. [2] Rec. lect. est ἐξαροῦσι. [3] ἐξ αὐτ. Des. in B. [4] αὐτ. Apud LXX præm. ἐν.

Digitized by Google

τὴν ἑπομένην ἀντίληψιν παρ' αὐτοῦ, καὶ συμμαχίαν ἐπὶ τῇ τῶν ἀγαθῶν ἐργασίᾳ· *πνεῦμα* δὲ *καινὸν* ἐκάλεσε τὴν ἐπὶ τὰ καλὰ τῆς ψυχῆς ὁρμήν· ἐπειδὴ γὰρ εἰς ἐναντία ἔῤῥεπον, τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴν καινὸν προσηγόρευσε πνεῦμα· ὥσπερ γὰρ εἰρηκὼς *ἕτεραν καρδίαν*, οὐ φύσεως μεταβολὴν ἐσήμανεν, ἀλλὰ τῆς γνώμης τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ῥοπήν· οὕτω καὶ διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ καινοῦ ταυτὸ τοῦτο ἐδήλωσε· μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὰ ἑπαγόμενα· « Καὶ ἐκσπάσω γάρ, φησὶ, τὴν καρδίαν τὴν λιθίνην ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτῶν, καὶ δώσω αὐτοῖς καρδίαν σαρκίνην. » Καὶ οὐδεὶς ἂν τῶν ἐχεφρόνων φύσιν λίθου τὴν *λιθίνην* ὑπολάβοι *καρδίαν*, ἀλλὰ τὴν ἀπειθῆ, καὶ ἀτεράμονα, καὶ εἴκειν Θεῷ μὴ βουλομένην· *σαρκίνην* δὲ πάλιν, τὴν εὐπειθῆ καὶ εὐήκοον.

A auxilium societatemque ad efficienda bona opera. *Spiritum* porro *novum* vocavit animæ ad honesta impetum. Cum enim ad contraria propensi ferrentur, mutationem in melius novum spiritum appellavit. Quemadmodum enim cum dixisset *alterum cor*, non naturæ mutationem significavit, sed mentis in melius propensionem: ita etiam per spiritum novum hoc idem declaravit. Idque sequentia testantur. Inquit enim: « Et extraham cor lapideum de carne ipsorum, et dabo eis cor carneum. » Et nemo eorum, qui prudentes sunt, opinetur *lapideum cor* lapidis esse naturam, sed quod renuit obedire, atque est inexorabile, quodque Deo non vult cedere: *carneum* vero rursus, obediens et quod facile cedat.

κ'. *Ὅπως ἐν τοῖς προστάγμασί μου πορεύωνται, καὶ τὰ δικαιώματά μου φυλάσσωνται, καὶ ποιήσωσιν αὐτὰ, καὶ ἔσονταί μοι εἰς λαόν, καὶ ἐγὼ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεόν.* Τῆς γὰρ πολιτείας αὐτῶν λοιπὸν κατὰ τοὺς ἐμοὺς ἐπιτελουμένης νόμους, ἐγὼ μὲν αὐτῶν κληθήσομαι Θεὸς, αὐτοὶ δὲ λαὸς ἐμὸς χρηματίσουσι. Ταῦτα εἰρηκὼς περὶ τῶν ἤδη δορυαλώτων γενομένων, πάλιν ἐπανάγει τὸν λόγον περὶ τῶν τὴν Ἱερουσαλὴμ τηνικαῦτα οἰκούντων.

B

Vers. 20. *Ut in præceptis meis ambulent, et judicia mea custodiant, faciantque ea, et sint mihi pro populo, et ego sim eis pro Deo.* Quando enim ipsorum vitæ ratio secundum leges meas instituetur, ego quidem 749 ipsorum Deus vocabor, ipsi autem populus meus nuncupabuntur. Hæc de iis locutus qui jam bello capti fuerant, rursus ad eos qui tunc Hierosolymam inhabitabant, transfert orationem.

κα'. *Αὐτῶν δὲ*, φησὶν, *εἰς τὴν καρδίαν τῶν βδελυγμάτων αὐτῶν, καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν ἡ καρδία αὐτῶν ἐπορεύετο, τὰς ὁδοὺς αὐτῶν εἰς κεφαλὰς αὐτῶν δέδωκα, λέγει Ἀδωναὶ Κύριος.* Τούτοις δὲ, φησὶν, ἐπειδὴ τοῖς ἐκείνων οὐκ ἐσωφρονίσθησαν κακοῖς, ἀλλὰ τῇ ἀσεβείᾳ προστετηκότες διατελοῦσι, τὰς ἀξίας τῶν τολμημάτων ἐπάξω[7] δίκας.

C

Vers. 21. *Ipsorum autem*, inquit, *cor in abominationibus eorum et iniquitatibus eorum ambulavit, vias ipsorum in capita eorum dedi, dicit Adonai Dominus.* Iis autem, inquit, quia malis iniorum haud resipuere, sed impietati addicti in ea perseverant degere, dignas scelerum, quæ ausi sunt, infligam pœnas.

κβ', κγ'. *Καὶ ἐξῆραν τὰ Χερουβὶμ τὰς πτέρυγας αὐτῶν, καὶ*[8] *οἱ τροχοὶ ἐχόμενοι αὐτῶν, καὶ ἡ δόξα Θεοῦ Ἰσραὴλ ἐπ' αὐτὰ ὑπεράνω αὐτῶν. Καὶ ἀνέβη ἡ δόξα Κυρίου ἐκ μέσης τῆς πόλεως, καὶ ἔστη ἐπὶ τοῦ ὄρους, ὃ ἦν ἀπέναντι τῆς πόλεως.* Τούτων, φησὶν, οὕτως εἰρημένων, ἀπέστη ἐκ τῆς πόλεως τὰ Χερουβὶμ, φέροντα τοῦ Θεοῦ τὴν δόξαν ἐποχουμένην· ἔστη δὲ ἐπὶ τοῦ ὄρους κατέναντι Ἱερουσαλήμ· ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ὄρος τὸ τῶν Ἐλαιῶν καλούμενον, ὅθεν καὶ ἡ κατὰ σάρκα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνάληψις ἐγένετο· εἰκότως τοίνυν καὶ τηνικαῦτα ἐν ἀνθρωπείῳ φανεὶς σχήματι, καὶ τὰς δύο φύσεις ἐνὶ δείξας προσώπῳ, καὶ τὴν μὲν θείαν διὰ τοῦ πυρὸς αἰνιξάμενος[9], διὰ[10] τοῦ ἠλέκτρου δὲ τὴν ἀνθρωπείαν παραδηλώσας, κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ τὴν ψῆφον ἐξενεγκὼν εἰς τὸ ὄρος τοῦτο χωρεῖ, κἀκεῖθεν ποιεῖται τὴν εἰς οὐρανοὺς[11] ἄνοδον· καὶ γὰρ μετὰ τὸν σταυρὸν, καὶ τὸν θάνατον, τὴν κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ ψῆφον πάλιν ἐξενεγκὼν, ὅτι οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθον ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ, εἰς τὸ ὄρος ἐκεῖνο

D

Vers. 22, 23. *Et extulerunt Cherubim alas suas, et rotæ prope ea, et gloria Dei Israelis super ea desuper ipsis. Et ascendit gloria Domini de medio civitatis, et stetit super montem qui erat e regione civitatis.* Iis ita dictis, inquit, recesserunt de civitate Cherubim gloriam Dei insidentem vehentia, steteruntque super montem e regione Hierosolymæ. Est autem hic mons ille qui vocatur Olivarum, unde etiam secundum carnem facta est in cœlum ascensio Salvatoris nostri. Merito igitur eo quoque tempore, cum in humana figura apparuisset, duasque in una persona naturas ostendisset, et divinam quidem per ignem, humanam vero per electrum declarasset, lata contra Hierosolymam sententia in hunc montem profecisciturr, et inde redit in cœlum. Etenim post crucem et mortem, lata rursus contra Hierosolymam sententia, fore ut non remaneat lapis super lapidem qui non destruatur [e], in montem 750 illum cum discipulis profectus, ab intelligentibus et quæ cerni nequeunt potestatibus latus in

[e] Matth. xxiv, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[a] ἐν τ. σ. αὐτ. Supra, t. I, p. 126. ἐξ αὐτῶν. [6] καὶ — ἔσομαι αὐτοῖς. Des. in B. In ed. priori præcedebat ἕως, unde colligimus eadem quæ in B h. l. desunt abfuisse etiam a codice, quo usus est Sirmondus. [7] ἐπ. δίκ. B τιμωρίας ἐπάξω. [8] καὶ — ὃ ἦν. B ἕως, per compendium. [9] αἰν. Ita B. pro ἠνιξάμενος. ut hab. ed. Sirm. [10] διὰ — ἀνθρ. B τὴν ἀνθρ. δὲ διὰ τοῦ ἠλ. [11] οὐρ. B præm. τοὺς.

Digitized by Google

cœlos assumptus est. Figura igitur futurorum ea quoque erant quæ prophetæ ostensa sunt. Hæc autem ita contemplatus, ait :

VERS. 24. *Spiritus assumpsit me, et adduxit me in terram Chaldæorum in visione, Spiritu Dei.* Neque enim corpore, inquit, revera modo in Judæam, modo in Chaldæorum terram transferebat, sed *in visione*, hoc est, in speculatione, et *Spiritu Dei*, id est, Dei virtute et efficacia mente illustratus, et propheticos nactus oculos, unumquodque horum speculabar. Atque hoc apertius declarans subjecit :

Et ascendi a visione, quam vidi. (VERS. 25.) *Et locutus sum ad captivitatem omnia verba Domini, quæ ostendit mihi.* Ad meipsum, inquit, redii, cum finis factus esset spiritualis contemplationis, et illa quidem non amplius videbam, solos autem eos, qui una aderant seniores : quibus etiam narravi singula quæ videram, quæque audieram. Verum tempus nunc est, evangelicum illud dictum proferre. « Beati qui mundi sunt corde, quoniam ipsi Deum videbunt [f] ; » quod nos abunde docuerunt etiam quæ dicta sunt. Multis enim simul sedentibus, solus tamen propheta visionem illam spiritu percepit. Hanc (cordis) munditiem nos quoque consequi studeamus, ac supplicemus ut ab omnibus sordibus liberi continenter in hac vita Dei memoriam in anima circumferamus, cum fiducia autem ipsum videre digni censeamur die adventus ejus. Ipsi convenit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[f] Matth. v, 8.

μετὰ τῶν μαθητῶν ἀνελθὼν, ὑπὸ νοερῶν καὶ ἀοράτων φερόμενος δυνάμεων εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνελήφθη. Τύπος τοίνυν τῶν ἐσομένων καὶ τὰ τῷ προφήτῃ δειχθέντα· οὕτω δὲ ταῦτα θεασάμενος, φησίν·

κδ'. *Πνεῦμα ἀνέλαβέ με, καὶ ἤγαγέ με εἰς γῆν Χαλδαίων* [13] *ἐν ὁράσει ἐν Πνεύματι Θεοῦ.* Οὐ γὰρ κατὰ ἀλήθειαν, φησὶ, σωματικῶς, νῦν μὲν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, νῦν δὲ εἰς γῆν Χαλδαίων μετεφερόμην, ἀλλ' *ὁράσει* [13], τουτέστιν ἐν ὀπτασίᾳ· καὶ *ἐν Πνεύματι Θεοῦ*, ἀντὶ τοῦ, Διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας τὴν διάνοιαν φωτιζόμενος, καὶ προφητικοὺς δεχόμενος ὀφθαλμοὺς, τούτων ἕκαστον ἐθεώρουν. Καὶ τοῦτο σαφέστερον ποιῶν ἐπήγαγε·

Καὶ ἀνέβην ἀπὸ τῆς ὁράσεως, ἧς εἶδον. (κε'.) *Καὶ ἐλάλησα πρὸς τὴν αἰχμαλωσίαν πάντας τοὺς λόγους τοῦ* [14] *Κυρίου, οὓς ἔδειξέ μοι.* Εἰς ἐμαυτὸν, φησὶν, ἐπανῆλθον, τῆς πνευματικῆς θεωρίας τέλος λαβούσης· καὶ ἐκεῖνα μὲν οὐκέτι ἑώρων, μόνους δὲ τοὺς συμπαρόντας πρεσβυτέρους, οἷς καὶ διηγησάμην ἕκαστον, ὧν τε εἶδον, ὧν τε ἀκήκοα· ἀλλὰ καιρὸς νῦν εἰπεῖν τὴν εὐαγγελικὴν ἐκείνην φωνὴν, « Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. » Ἱκανῶς γὰρ τοῦτο ἡμᾶς καὶ τὰ εἰρημένα ἐδίδαξε· πολλῶν γὰρ κατὰ ταυτὸν καθημένων, μόνος ὁ προφήτης τῆς πνευματικῆς ἐκείνης ἀπήλαυσε θεωρίας. Ταύτης τυχεῖν τῆς καθαρότητος καὶ ἡμεῖς σπουδάσωμέν τε καὶ ἱκετεύσωμεν, ἵνα πάσης λύμης ἀπαλλαγέντες, ἐνδελεχῶς μὲν ἐπὶ τοῦ παρόντος βίου τοῦ Θεοῦ τὴν μνήμην ἐν τῇ ψυχῇ περιφέρωμεν, μετὰ παῤῥησίας δὲ αὐτὸν ἰδεῖν ἀξιωθῶμεν ἐν τῇ τῆς ἐπιφανείας ἡμέρᾳ. Αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

[13] Χαλδ. Apud LXX sequ. εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν. [13] ὁρ. B præm. ἐν. [14] τοῦ. Des. in B

TOMOΣ Δ'.

LIBER QUARTUS.

751 CAPUT XII.

VERS. 1, 2. *Et factum est verbum Domini ad me, dicens : Fili hominis, in medio domus exasperantis tu habitas : qui habent oculos ad videndum, et non vident, et aures ad audiendum, et non audiunt, quia domus exasperans est.* Animæ vim in utrisque oratio declaravit. « Habent enim oculos, inquit, ad videndum, nec vident, et aures habent ad audiendum, nec audiunt. » Docensque, non naturaliter

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

α', β'. *Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρός με, λέγων· Υἱὲ ἀνθρώπου, ἐν μέσῳ οἴκου παραπικραίνοντος* [15] *σὺ κατοικεῖς· οἳ ἔχουσιν ὀφθαλμοὺς τοῦ βλέπειν, καὶ οὐ βλέπουσι, καὶ τὰ* [16] *ὦτα ἔχουσι τοῦ ἀκούειν, καὶ οὐκ ἀκούουσι, διότι οἶκος παραπικραίνων ἐστί.* Τὴν ἐπ' ἄμφω τῆς ψυχῆς ῥοπὴν ὁ λόγος ἐδήλωσεν· « Ἔχουσι γὰρ, φησὶν, ὀφθαλμοὺς τοῦ βλέπειν, καὶ οὐ βλέπουσι, καὶ ὦτα ἔχουσι τοῦ

VARIÆ LECTIONES.

[15] οἴκ. παρ. Rec. lectio est τῶν ἀδικιῶν αὐτῶν. [16] τά. Des. in B, et apud LXX.

Digitized by Google

ἀκούειν, καὶ οὐκ ἀκούουσι. » Καὶ διδάσκων ὡς οὐκ ἐκ φύσεως αὐτοῖς τὰ πάθη ταῦτα γέγονεν, ἐπήγαγε, « Διότι οἶκος παραπικραίνων ἐστί. » Τὸ δὲ παραπικραίνων ὁ Σύμμαχος *προσεριστὴς* ἡρμήνευσε, τουτέστι φιλόνεικος, ἀπειθὴς καὶ ἀνήκοος. Ταῦτα δὲ τῷ προφήτῃ προεῖπεν ὁ Δεσπότης, μέλλων αὐτὸν [17] προστάττειν τὴν διὰ τῶν πραγμάτων ποιήσασθαι προφητείαν, καὶ οἱονεὶ ἀπολογούμενος, ὅτι διὰ τὴν τοῦ λαοῦ σκληρότητα καὶ ἀπείθειαν τοιαῦτα ἐπιτάττειν ἀναγκάζεται.

A iis affectionibus eos obnoxios fuisse factus adjecit « quia domus exasperans est. » Illud παραπικραίνων Symmachus *irritatrix* interpretatus est, id est, contentiosa, rebellis et obedire renuens. Atque hæc prophetæ prædixit Dominus, cum esset præcepturus ipsi, ut per ipsas res prophetiæ munus obeat, et veluti se excusans quod, propter populi obstinatam voluntatem ac pervicaciam, hæc præcipere cogatur.

γ'. *Καὶ σὺ, υἱὲ ἀνθρώπου, ποίησον σεαυτῷ σκεύη αἰχμαλωσίας, καὶ αἰχμαλωτεύθητι* [18] *ἡμέρας ἐνώπιον αὐτῶν, καὶ αἰχμαλωτευθήσῃ ἀπὸ τοῦ τόπου σου εἰς τόπον ἕτερον ἐνώπιον αὐτῶν, ὅπως ἴδωσι, διότι οἶκος* [19] *παραπικραίνων ἐστί.* Καὶ σαφέστερα τὰ εἰρημένα ποιῶν ἐπάγει·

Vers. 3. *Et tu, fili hominis, facias tibi vasa captivitatis, et interdiu esto captivus coram ipsis, et captivus duceris a loco tuo in locum alterum coram eis, ut videant, quia domus exasperans est.* Et explicans ea quæ dixit, adjecit:

B

δ'-ς'. *Καὶ ἐξοίσεις τὰ σκεύη σου, ὡς* [20] *σκεύη αἰχμαλωσίας ἡμέρας, κατ' ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, καὶ σὺ ἐξελεύσῃ ἑσπέρας ἐνώπιον αὐτῶν, ὡς ἐκπορεύεται αἰχμάλωτος. Διόρυξον σεαυτῷ εἰς τὸν τοῖχον, καὶ ἐξελεύσῃ δι' αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτῶν* [21]. *Ἐπ' ὤμων ἀναληφθήσῃ, καὶ κεκρυμμένος* [22] *ἐξελεύσῃ, τὸ πρόσωπόν σου συγκαλύψεις, καὶ οὐ μὴ ἴδῃς τὴν γῆν· διότι τέρας δέδωκά σε τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ.* Μίμησαι, φησὶ, πολιορκούμενόν τινα, εἶτα τῆς πόλεως ἁλισκομένης, καὶ φεύγειν ἀναγκαζόμενον, καὶ διορύττοντα τοῖχον, καὶ ἔξοδον ἐπινοοῦντα, καὶ τὸ πρόσωπον συγκαλύπτοντα, ἵνα μὴ γνώριμος τοῖς ὁρῶσι γένηται· διὰ σοῦ γὰρ βούλομαι ταῦτα ποιοῦντος προσημῆναι τοῖς τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦσι τὴν ἐσομένην αἰχμαλωσίαν. Τούτων δὲ ἕκαστον σαφέστερον ἡμᾶς ὁ θεσπέσιος Ἱερεμίας διδάσκει, διηγούμενος ὅπως ὁ Σεδεκίας, τῆς πόλεως ἁλούσης, μετὰ τῶν οἰκείων καὶ τῶν δορυφόρων ἐδραπέτευσε νύκτωρ, ἔξοδόν τινα μηχανησάμενος διὰ τοῦ κήπου τῶν βασιλείων. Εἶτα διδάσκει ὁ προφήτης, ὡς τῶν εἰρημένων ἕκαστον εἰς πέρας ἤγαγε, ἅτε δὴ θεῖα ἐμοῦ γενομένων,

Vers. 4-6. *Et efferes vasa tua, sicut vasa captivitatis interdiu ante oculos ipsorum, et tu egredieris sub vesperam coram ipsis, sicut egreditur captivus. Perfodito tibi ipsi parietem, et egredieris per ipsum coram* **752** *eis. Super humeris attolleris, et occulte exibis: faciem tuam cooperies, et non videbis terram, quia portentum dedi te domui Israelis.* Imitare, inquit, aliquem obsessum, deinde urbe capta etiam fugere coactum, effodientem parietem, et exitum excogitantem, et faciem tegentem, ne illis qui viderint notus fiat. Per te enim hæc facientem volo habitantibus Hierosolymæ præsignificare futuram captivitatem. Atque horum unumquodque nos apertius beatus Jeremias docet, narrans [5], quomodo Sedecias urbe capta cum domesticis et satellitibus noctu fugerit, exitum quemdam per hortum regiæ machinatus. Deinde docet propheta ut unumquodque eorum, quæ dicta sunt, ad exitum perduxerit, utpote divina mandata perficiens. His autem, inquit, a me ita gestis.

C

D

η'-ια'. *Ἐγένετο λόγος Κυρίου τοπρωΐ* [24] *πρός με, λέγων· Υἱὲ ἀνθρώπου, οὐκ εἶπε πρὸς σὲ ὁ οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ, ὁ οἶκος ὁ παραπικραίνων· Τί σὺ ποιεῖς; Εἰπὲ πρὸς αὐτούς· Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος τῷ ἄρχοντι* [25] *καὶ ἀφηγουμένῳ ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ παντὶ οἴκῳ Ἰσραὴλ, οἳ εἰσιν ἐν μέσῳ αὐτῶν. Εἰπὲ, ὅτι* [26] *Ἐγὼ τέρας ποιῶ* [27], *ὃν τρόπον πεποίηκα, οὕτως ἔσται αὐτοῖς, ἐν μετοικήσει* [28] *καὶ αἰχμαλωσίᾳ πορεύσονται.* Ἐρωτώμενος, φησὶ, παρὰ τῶν ἀπειθῶν τούτων καὶ ἀντιτύπων, τῶν ὑπὸ σοῦ γινομένων τὴν αἰτίαν, σαφῶς αὐτοῖς εἰπὲ, ὅτι Τέρας ὑμῖν ἐγώ εἰμι καὶ σημεῖον, διὰ τῶν πραγμάτων πληρῶν ἐπιτάγματα. Τούτων δὲ, φησὶν, οὕτω παρ'

Vers. 8-11. *Factum est verbum Domini ad me sub diluculum, dicens: Fili hominis, nonne dixit ad te domus Israelis, domus irritans: Quid tu facis? Dic ad eos: Hæc dicit Adonai Dominus principi et duci in Hierosolyma, et omni domui Israelis, qui sunt in medio eorum. Dic: Ego portentum facio, quemadmodum feci, sic erit in ipsis, in transmigratione et in captivitate ibunt.* Interrogatus, inquit, ab istis contumacibus et adversariis, de causa eorum quæ a te facta sint, aperte dic **753** eis: Portentum vobis ego sum, et signum, rebus ipsis prophetiæ munus obiens, et in meipso adumbrans

[5] Jerem. XXXIX, 4, juxta Hebr.; apud LXX, est cap. XLVI.

VARIÆ LECTIONES.

[17] B. αὐτῷ. [18] αἰχμ. Ita Compl. [19] οἶκ. Deerat in ed. priori. [20] ὡς. Des. apud LXX. [21] ἐνώπ. αὐτ. Ab his verbis incipit vers. 6, apud LXX. [22] Rec. lect. tum h. l. tum vers. 12 est κεκρυμμένος. [23] B. διορύγοντα. [24] τοπρωΐ. In B ponitur post λέγων. [25] τῷ ἄρχ., κ. τ. λ. Ita A et B, ut in Compl. et Ald., sed *Hebr.* principis est (s. ad principem spectat) onus hoc, in Hierosolyma. [26] ὅτι — ποιῶ. *Hebr.* Ego portentum vobis sum. [27] Rec. lect. est τέρατα. [28] Rec. lect. est μετοικεσίᾳ.

Digitized by Google

quæ tum regi ipsius Hierosolymæ, tum omnibus principibus eventura sint.

τῶν προφητεύων, καὶ ἐν ἐμαυτῷ σκιογραφῶν, τά τε τῷ βασιλεῖ τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ πᾶσι τοῖς ἄρχουσι συμβησόμενα.

Vers. 12. *Princeps enim ipsorum in medio eorum super humeros extolletur, et occulte exibit per murum, et effodiet, ut exeat per eum : faciem suam cooperiet, ne conspiciatur oculis, et ipse terram non videbit.* Verumtamen fugam sic quoque faciens, et ita machinatus ut lateret, ab hostibus comprehendetur.

ιβ'. *Καὶ ὁ ἄρχων γὰρ αὐτῶν ἐν μέσῳ αὐτῶν ἐπ' ὤμων ἀρθήσεται, καὶ κεκρυμμένως ἐξελεύσεται διὰ τοῦ τοίχου, καὶ διορύξει τοῦ ἐξελθεῖν αὐτὸν δι' αὐτοῦ· τὸ πρόσωπον αὐτοῦ συγκαλύψει, ὅπως μὴ ὁραθῇ ὀφθαλμοῖς*[29], *καὶ αὐτὸς τὴν γῆν οὐκ ὄψεται.* Ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτω ποιούμενος τὴν φυγὴν, καὶ πάντα μηχανώμενος ὥστε λαθεῖν, συλληφθήσεται παρὰ τῶν πολεμίων.

Vers. 13. *Et extenaam*, inquit, *rete meum super ipsum, et comprehendetur in munitione mea, et ducam eum in Babylonem in terram Chaldæorum, et ipsam non videbit, et ibi morietur.* Per omnia hæc quæ dicta sunt, docuit fore ut, instrumentis utens hostibus, pœnas repetat impietatis a rege, et principibus, omnique illis subjecto populo. *Rete* enim *suum* vocavit hostes, et *munitionem suam* obsidionem. Hæc etiam quartus Regnorum liber, et beatus Jeremias aperte docent ε'. Nabuchodonosor enim, misso equestri exercitu in solitudinem quæ est prope Jerichuntem, Sedeciam atque eos qui cum eo fugerant, correptos deduxit Deblatham, ibique Sedeciæ filiis prius interfectis, et facto ipso filiorum cædis spectatore, deinde illius oculos effodit, circumjectisque vinculis ex ære confectis eum in Babylonem abduxit, atque in pistrino coegit habitare. **754** Idcirco ait prophetia : « Babylonem ducetur, et ipsam non videbit. »

γ'. *Καὶ ἐκπετάσω*, φησὶ, *τὸ δίκτυόν μου ἐπ' αὐτὸν, καὶ συλληφθήσεται ἐν τῇ περιοχῇ μου*[30], *καὶ ἄξω αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα εἰς γῆν Χαλδαίων, καὶ αὐτὴν οὐκ ὄψεται, καὶ ἐκεῖ τελευτήσει.* Διὰ πάντων ἐδίδαξε τῶν εἰρημένων, ὡς ὀργάνοις κεχρημένος τοῖς πολεμίοις, δίκας ἀπαιτήσει τῆς ἀσεβείας, καὶ τὸν βασιλέα, καὶ τοὺς ἄρχοντας, καὶ ἅπαν τὸ ὑπήκοον. *Δίκτυον* γὰρ *αὐτοῦ* τοὺς πολεμίους ἐκάλεσε, καὶ *περιοχὴν αὐτοῦ* τὴν πολιορκίαν. Ταῦτα δὲ καὶ ἡ τετάρτη τῶν Βασιλειῶν, καὶ ὁ μακάριος Ἱερεμίας σαφῶς διδάσκει. Ἱππικὸν γὰρ σύνταγμα πέμψας ὁ Ναβουχοδονόσορ εἰς τὴν καθ' Ἱεριχὼ ἔρημον, καὶ τὸν Σεδεκίαν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ δραπετεύσαντας συλλαβὼν, ἤγαγεν εἰς Δεβλαθὰ, κἀκεῖ τοῦ Σεδεκίου τοὺς παῖδας πρότερον ἀνελὼν, καὶ θεατὴν αὐτὸν ποιήσας[31] τῆς τῶν παίδων σφαγῆς, οὕτως αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυξε, καὶ δεσμὰ περιθεὶς ἐκ χαλκοῦ πεποιημένα, εἰς τὴν Βαβυλῶνα ἀπήγαγε, μύλωνα οἰκεῖν ἀναγκάσας. Διὸ καὶ ἡ προφητεία φησὶν, ὅτι « Εἰς Βαβυλῶνα ἀχθήσεται, καὶ αὐτὴν οὐκ ὄψεται. »

Vers. 14, 15. *Et omnes*, inquit, *in circuitu ejus auxiliatores ejus, et omnes opem ferentes ei, dispergam in omnem ventum et gladium effundam post eos. Et cognoscent me esse Dominum, cum dissipavero ego eos in gentibus, et disseminabo eos in regionibus.* Quicunque autem in prælio cædem effugerint, efficiam ut captivi abducantur, et exsules faciam et profugos, ut ipsis rebus discant muta esse idola et prorsus inertia, me vero Dominum atque Herum.

ιδ', ιε'. *Καὶ πάντας*, φησὶ, *τοὺς κύκλῳ αὐτοῦ τοὺς βοηθοὺς αὐτοῦ, καὶ πάντας τοὺς ἀντιλαμβανομένους αὐτοῦ, διασπερῶ εἰς πάντα ἄνεμον, καὶ ῥομφαίαν ἐκχεῶ*[32] *ὀπίσω αὐτῶν. Καὶ γνώσονται ὅτι ἐγώ εἰμι*[33] *Κύριος, ἐν τῷ διασκορπίσαι με αὐτοὺς ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ διασπερῶ αὐτοὺς ἐν ταῖς χώραις.* Ὅσοι δ' ἂν διαφύγωσι τὴν ἐν τῷ πολέμῳ σφαγὴν, αἰχμαλώτους ἀπαχθῆναι παρασκευάσω, καὶ μετοίκους ἀποφανῶ καὶ σποράδας, ἵνα δι' αὐτῶν μάθωσι τῶν πραγμάτων, ὡς κωφὰ μὲν τὰ εἴδωλα, καὶ παντελῶς μὲν[34] ἀδρανῆ, ἐγὼ δὲ Κύριος καὶ Δεσπότης.

Vers. 16. *Et relinquam ex ipsis viros numero, ex gladio, et ex fame, et ex morte, ut enarrent omnes iniquitates suas in gentibus, quo ingressi sunt, et cognoscant me esse Dominum.* Hi autem ipsi, inquit, qui reliquiæ erunt famis, et mortis, et bellicæ cædis, accusatores propriæ impietatis et iniquitatis erunt, docentes eas gentes, in quibus captivi degent, se pœnas eorum dare, quæ in me deliquerunt.

ις'. *Καὶ ὑπολήψομαι ἐξ αὐτῶν ἀνδρας ἀριθμῷ ἐκ ῥομφαίας, καὶ ἐκ λιμοῦ, καὶ ἐκ θανάτου*[35], *ὅπως ἂν ἐκδιηγῶνται πάσας τὰς ἀνομίας αὐτῶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, οὗ εἰσῆλθον ἐκεῖ, καὶ γνώσονται ὅτι ἐγὼ Κύριος.* Αὐτοὶ δὲ οὗτοι, φησὶν, οἱ λείψανον ἔσονται τοῦ λιμοῦ, καὶ τοῦ θανάτου, καὶ τῆς πολεμικῆς σφαγῆς, κατήγοροι τῆς οἰκείας δυσσεβείας καὶ τῆς[36] παρανομίας γενήσονται, διδάσκοντες τὰ ἔθνη ὧν εἰσι μέτοικοι, ὡς δίκας τίνουσιν ὧν εἰς ἐμὲ πεπλημμελήκασι.

ε' IV Reg. xxv, 4 seqq. ; Jerem. xxxix, 4 seqq ; lii, 4 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[29] B. ὀφθαλμῷ, juxta rec. lect. [30] ἐν τ. περ. μου. *Hebr.* in sagena mea. [31] B ποιησάμενος, post παίδων positum. [32] ἐκχ. ita quoque A et B juxta Alex., sed præstat lectio cod. Vatic. ἐκχενῶσω. [33] εἰμί. Des. in A et B. [34] μέν. Des. in B. [35] θαν. *Hebr.* peste. [36] τῆς. Des. in B.

Digitized by Google

ις', ιη'. *Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρός με,* A *λέγων· Υἱὲ ἀνθρώπου, τὸν ἄρτον σου μετ' ὀδύνης φαγῇ* [37], *καὶ τὸ ὕδωρ σου μετὰ βασάνου καὶ θλίψεως πιεῖ.* Καὶ τοῦτο πάλιν σημεῖον τοῦ κατὰ τὴν πολιορκίαν γενησομένου λιμοῦ.

ιθ', κ'. *Καὶ ἐρεῖς πρὸς τὸν λαὸν τῆς γῆς· Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλὴμ καὶ* [38] *ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ Ἰσραήλ· Τοὺς ἄρτους αὐτῶν μετ' ἐνδείας φάγονται, καὶ τὸ ὕδωρ αὐτῶν* [39] *μετ' ἀφανισμοῦ* [40] *πίονται, ὅπως ἀφανισθῇ ἡ γῆ σὺν πληρώματι αὐτῆς, ἐν ἀσεβείᾳ πάντων τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ* [41]. *Καὶ αἱ πόλεις αὐτῶν αἱ κατοικούμεναι ἐξερημωθήσονται, καὶ ἡ γῆ εἰς ἀφανισμὸν ἔσται, καὶ ἐπιγνώσεσθε ὅτι ἐγὼ Κύριος.* Ἐπειδὴ γὰρ ἀπολαύοντες τῶν παρ' ἐμοῦ ἀγαθῶν, καὶ τοῖς ἀπὸ γῆς ἐντρυφῶντες καρποῖς, B ἠγνοεῖτε τὸν δοτῆρα, καὶ ἀγνώμονες περὶ τὸν εὐεργέτην ἐγένεσθε, ἐν τῇ στερήσει τῶν ἀγαθῶν καὶ τῇ τῶν πόλεων ἐρημίᾳ τὴν ἐμὴν μαθήσεσθε δεσποτείαν. Ταῦτα δὲ τοῖς ἐν Ἱεροσόλυμοις προηγόρευσεν ὁ προφήτης ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ τυγχάνων, τοῦ Θεοῦ βουλομένου, καὶ τοὺς ἤδη γενομένους αἰχμαλώτους ψυχαγωγεῖν, ὅτι οὐ μόνοι τοιαῦτα πεπόνθασιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους σχήσουσι κοινωνούς· καὶ τοὺς ἔτι τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦντας, φόβῳ τῆς τῶν κακῶν προφητείας, πεῖσαι θέλων παύσασθαι τῆς πονηρίας. Πρὸς δὲ τούτοις, ἐπειδὴ τοῖς τοῦ θείου Ἱερεμίου οἱ τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦντες ἀντέλεγον λόγοις, καὶ τοῖς τοῦ θεσπεσίου Ἰεζεκιὴλ ὁμοίως οἱ ἐν τῇ Χαλδαίᾳ διάγοντες, ἀναγκαίως τὰ δι' ἀλλήλων βεβαιοῦσι σύμ- C φωνα προφητεύοντες, καὶ διὰ τῆς συμφωνίας θείους ἀποφαίνουσι τοὺς λόγους. Εἰ μὲν γὰρ πλησίον ᾤκουν ἀλλήλων, ἔσχε [42] γοῦν χώραν κατὰ τῆς τῶν λόγων συμφωνίας ἡ ὑποψία· ἐπειδὴ δὲ πολλοῖς σταθμοῖς ἀλλήλων διείργοντο [43], καὶ ταυτὰ προηγόρευον, ἀναγκαίως θεῖα δείκνυται τὰ λεγόμενα. Τούτου χάριν, Ἱερεμίας μὲν τοῖς ἐν τῇ Χαλδαίᾳ ἐπιστέλλει, Ἰεζεκιὴλ δὲ τοῖς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων καὶ τούτοις κἀκείνοις ὠφελείας πάντα πόρον μηχανωμένου.

κα', κβ'. *Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρός με, λέγων· Υἱὲ ἀνθρώπου, τίς* [44] *ἡ παραβολὴ αὕτη ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ Ἰσραὴλ λεγόντων· Μακρὰν* [45] *αἱ ἡμέραι, ἀπόλωλε πᾶσα ὅρασις;* Τί δήποτε, φησὶν, D οἱ τὴν Ἰουδαίαν οἰκοῦντες λέγειν εἰώθασι τοῖς προφήταις, ὅτι Τὰ μετὰ πολὺν ἐτῶν ἀριθμὸν ἐσόμενα προαγορεύετε, ψεῦδος ἀναμιγνύντες τοῖς λόγοις, καὶ οὐδὲν ἀληθὲς προθεσπίζοντες;

κγ'. *Διὰ τοῦτο εἰπὲ πρὸς αὐτούς· Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· Καὶ ἀποστρέψω τὴν παραβολὴν ταύτην, καὶ οὐκ ἔτι οὐ μὴ εἴπωσι τὴν παραβολὴν ταύτην ὁ οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι λαλήσεις πρὸς αὐτοὺς, λέγων· Ἤγγικασιν αἱ ἡμέραι καὶ ὁ καιρὸς πάσης ὁράσεως.* Ἐπειδὴ γὰρ τὴν μακροθυμίαν

Vers. 17, 18. *Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, panem tuum cum dolore comedes, et aquam tuam cum tormento et tribulatione bibes.* Et hoc rursus signum famis illius, quæ in obsidione sit futura.

Vers. 19, 20. *Et dices ad populum terræ: Hæc dicit Adonai Dominus habitantibus Hierosolymæ et in terra Israelis: Panes suos in egestate* **755** *comedent, et aquam suam cum deletionibus bibent, ut deleatur terra cum plenitudine ejus in impietate omnium habitantium in ea. Et urbes ipsorum habitatæ desolabuntur, et terra in desolationem erit: et cognoscetis me esse Dominum.* Cum enim fruentes iis bonis, quæ a me accepisti, et fructibus terræ delicate vescentes ignoraveritis largitorem, et erga eum qui bene de vobis meritus est, ingrati fueritis, ipsa privatione bonorum, et urbium solitudine, meam dominationem intelligetis. Hæc iis qui in Hierosolymis erant prædixit propheta, cum inter captivos versaretur, et eos qui jam capti fuerant consolari Deus vellet, quod non soli ea perpessi essent, sed etiam alios habituri essent participes: et cum eos qui in Hierosolyma habitabant, metu malorum quæ prophetia prædicaret, ab improbitate studeret abducere. Ad hæc, quia ii qui incolebant Hierosolymam, divini Jeremiæ verbis repugnabant, et admirabilis Ezechielis itidem ii qui in Chaldæorum regione degebant, convenienter alter alterius dicta confirmat, consentanea prædicentes, et ipsa concordia divina verba esse ostendunt. Nam si prope inter se habitassent, locum facile habuisset contra sermonum concordiam suspicio: quia vero multis stativis distantes, eadem prædicebant, merito divina esse quæ dicunt ostenduntur. Hac de causa Jeremias epistolam scribit iis qui in Chaldæa erant, Ezechiel iis qui in Judæa, Deo omnium rerum auctore et iis et illis omnia ad utilitatem providente.

756 Vers. 21, 22. *Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, quæ vobis hæc parabola in terra Israelis, dicentibus: Procul sunt dies, periit omnis visio?* Cur, inquit, Judæam incolentes dicere consueverunt prophetis: Quæ post multum annorum numerum futura sint, prædicitis, mendacia verbis admiscentes, nihilque veri prænuntiantes?

Vers. 23. *Propterea dic ad eos: Hæc dicit Adonai Dominus: Et avertam parabolam hanc, et non amplius dicent parabolam istam domus Israelis, quia loqueris ad eos dicens: Appropinquaverunt dies et tempus omnis visionis.* Quando enim diuturnam lenitatem mendacium vocant, adducantur, ut cre-

VARIÆ LECTIONES.

[37] Rec. lect. est φάγεσαι, et deinde πίεσαι. [38] καί. Des. in A et B. [39] Ed. prior hab. αὐτοῦ. [40] μετ' ἀφαν. *Hebr.* cum stupore. [41] π. τ. κατ. ἐν αὐτ. Ita Compl. et B, sed A γὰρ πάντες οἱ κατοικ. ἐν αὐτῇ, juxta rec. lect. [42] B ἔσχεν ἄν. [43] B. διειργονται. [44] τίς. Deerat in ed. priori. B τίς ὑμῖν. [45] μακρ. Ita A et B juxta Alex. Al. μακραί. *Hebr.* protrahentur.

Digitized by Google

dant mox adfuturum prophetiæ eventum, et in vestibulis deinceps prædictum supplicium imminere.

VERS. 24. *Quia non amplius erit omnis visio falsa, et vaticinans ea quæ ad gratiam sint, in medio filiorum Israelis.* Cessare enim faciam, inquit, falsos prophetas vestros, qui prophetis meis contraria prædicare conantur, bonorum præsentiam vobis falso prænuntiantes.

VERS. 25. *Quia ego loquar verba mea, et faciam, et non differam ultra, quia in diebus vestris, domus Israelis exasperans, loquar verbum, et faciam, dicit Adonai Dominus.* Ne animum adhibeatis, inquit, prophetis meis, sicut inconsulto loquentibus: ego enim per ipsos loquor, et dicto citius, quæ locutus fuero perducam ad exitum, vos ipsos faciens veritatis meorum verborum spectatores. [26-28.] Ita rursus eisdem rebus per alia **757** verba significatis, et iis, qui prophetas accusarent, quasi præsentia haud prædicentes, et multis post sæculis futura falso prænuntiantes, minatus celerem eorum, quæ prædixerint, veritatem:

VERS. 28. *Non enim amplius, inquit,* [28] *producentur omnes sermones mei, quos locutus fuero: quia loquor verbum, et faciam, dicit Adonai Dominus.*

CAPUT XIII.

Contra falsos prophetas porro orationem convertit.

VERS. 2. *Fili enim hominis,* inquit, *vaticinare ad prophetas Israelis qui prophetant.* Et ne æquivocatio aliquid damni afferret hominibus (*prophetæ* enim tam veri quam falsi nominabantur), merito subjecit: « Et dices prophetis prophetantibus e corde suo. » Hoc est, iis qui omnino sunt Spiritu divino destituti, et mendacia secundum propria cogitationes loquuntur.

Et prophetabis, inquit, *et dices ad eos: Audite verbum Domini.* (VERS. 3.) *Hæc dicit Adonai Dominus: Væ prophetantibus de corde suo, et ambulantibus post spiritum suum, et omnino non videntibus.* Luctus, inquit, occupabit eos qui non sunt afflati divino Spiritu, sed proprio consilio obediunt. Consilium enim animi, *spiritum ipsorum* appellavit.

* VERS. 4, 5. *Sicut vulpes in desertis* **758** *prophetæ tui, Israel. Non steterunt in stabilitate, neque congregaverunt gregem in domum Israelis: non surrexerunt sicut in prælio, qui dicunt sicut in die Domini.* Hæc autem Symmachus apertius interpretatus est: « Sicut vulpes in ruinis prophetæ tui, ψευδολογίαν καλοῦσι, πεπείσθωσαν ὡς παραυτίκα τῆς προφητείας τὸ τέλος, καὶ ἐν προθύροις λοιπὸν ἡ προρρηθεῖσα τιμωρία φανήσεται.

κδ'. *Διότι οὐκ ἔτι ἔσται πᾶσα ὅρασις ψευδὴς, καὶ*[46] *μαντευόμενος τὰ πρὸς χάριν ἐν μέσῳ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ.* Καταπαύσω γὰρ, φησὶ, τοὺς ψευδοπροφήτας ὑμῶν, τοὺς τἀναντία τοῖς ἐμοῖς προφήταις προλέγειν ἐπιχειροῦντας, καὶ ἀγαθῶν παρουσίαν ψευδῶς ὑμῖν προμηνύοντας.

κε'. *Ὅτι ἐγὼ λαλήσω τοὺς λόγους μου, καὶ ποιήσω*[47]*, καὶ οὐ μὴ μηκυνῶ*[48] *ἔτι, διότι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν, οἶκος Ἰσραὴλ ὁ παραπικραίνων. Λαλήσω λόγον, καὶ ποιήσω, λέγει Ἀδωναὶ Κύριος.* Μὴ προσέχετε, φησὶ, τοῖς ἐμοῖς προφήταις, ὡς τηνάλλως διαλεγομένοις· ἐγὼ γὰρ διὰ τούτων φθέγγομαι, καὶ θᾶττον ἡ λόγος ἐπάξω τῷ λόγῳ τὸ πέρας, ὑμᾶς ποιῶν αὐτόπτας τῆς ἀληθείας τῶν λόγων. Οὕτω πάλιν δι' ἑτέρων λόγων τὰ αὐτὰ σημήνας, καὶ τοῖς κατηγοροῦσι τῶν προφητῶν, ὡς τὰ παρόντα μὲν οὐ προλεγόντων, τὰ δὲ μακροῖς ὕστερον[49] χρόνοις ἐσόμενα ψευδῶς προαγορευόντων, ἀπειλήσας τὴν ταχεῖαν τῶν προφητευομένων[50] ἀλήθειαν·

κη'. *Οὐ γὰρ μὴ μηκύνωσι, φησὶν, ἔτι πάντες οἱ λόγοι μου, οὓς ἐὰν λαλήσω, ὅτι λαλήσω λόγον, καὶ ποιήσω, λέγει Ἀδωναὶ Κύριος,*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Κατὰ τῶν ψευδοπροφητῶν λοιπὸν τρέπει τὸν λόγον.

β'. *Υἱὲ γὰρ, φησὶν, ἀνθρώπου, προφήτευσον ἐπὶ τοὺς προφήτας τοῦ Ἰσραὴλ, τοὺς προφητεύοντας.* Καὶ ἵνα μὴ ἡ ὁμωνυμία βλάβην τοῖς ἀνθρώποις ἀπεργάσηται (*προφῆται* γὰρ, καὶ οἱ ἀληθεῖς, καὶ οἱ ψευδεῖς ὠνομάζοντο), εἰκότως ἐπήγαγε· « Καὶ ἐρεῖς τοῖς προφήταις[51] τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν. » Τουτέστι, τοῖς ἐρήμοις παντελῶς τῆς τοῦ Πνεύματος ἐνεργείας, ψευδῆ δὲ ἀπὸ λογισμῶν οἰκείων φθεγγομένοις.

Καὶ προφητεύσεις, φησὶ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· Ἀκούσατε λόγον Κυρίου. (γ'.) *Τάδε λέγει Ἀδωναὶ Κύριος· Οὐαὶ τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, τοῖς*[52] *πορευομένοις ὀπίσω τοῦ πνεύματος αὐτῶν, καὶ τὸ καθόλου μὴ βλέπουσι.* Θρῆνος, φησὶ, καταλήψεται τοὺς ὑπὸ θείου μὲν Πνεύματος οὐκ ἐνεργουμένους, οἰκείᾳ δὲ ὁρμῇ πειθομένους. Τὴν γὰρ προαίρεσιν τῆς ψυχῆς *πνεῦμα αὐτῶν*[53] προσηγόρευσεν.

δ', ε'. *Ὡς ἀλώπεκες ἐν ταῖς ἐρήμοις οἱ προφῆται σου, Ἰσραήλ. Οὐκ*[54] *ἔστησαν ἐν στερεώματι, καὶ οὐ συνήγαγον πολιμιον*[55] *ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραήλ. Οὐκ ἀνέστησαν ὡς ἐν πολέμῳ, οἱ λέγοντες*[56] *ὡς*[57] *ἐν ἡμέρᾳ Κυρίου.* Ταῦτα δὲ ὁ Σύμμαχος σαφέστερον ἡρμήνευσεν· « Ὡς ἀλώπεκες ἐν

VARIÆ LECTIONES.

Vers. 17, 18. *Et factum est verbum Domini ad me, dicens : Fili hominis, ecce facti sunt mihi domus Israelis commisti omnes ære, et stanno, et ferro, et plumbo, in medio fornacis argenti commisti sunt.* Similis est, inquit, populus iste, o propheta, argento adulterino, cui multum æris, et ferri, et stanni, ac plumbi commistum est. Hoc etiam Deus ait per Jeremiam prophetam : « Argentum reprobatum vocate eos, quia reprobavit eos Dominus Deus [b]. » Et per horum quæ dicta sunt materiam,

[b] Jerem. VI, 30.

VARIÆ LECTIONES.

[48] πλεον. *Hebr.* fœnus. [49] τιμ. B præm. αὐτῇ. [50] καὶ — καταδ. *Hebr.* quæstum colligebas a sociis tuis per oppressionem. [51] B συντελέσω, juxta rec. lect. [52] Ἰδοὺ οὖν. Ita B, sed A sequitur rec. lect. Ἐὰν δέ. [53] ἐφ' — ἐποίησας. *Hebr.* super lucrum tuum quod collegisti. [54] εἰ. B καί. [55] κατακληρονομ. *Hebr.* profana eris. [56] ἐθν. Apud LXX sequ. καὶ γνώσεσθε. [57] ἀναμ. *Hebr.* scoria. Ita quoque in fine vers. [58] κ. σιδ. Des. in od. pr.

Digitized by Google

omnis generis scelerum species declaravit : quod rursus ex Jeremia propheta disci potest, qui de hoc eodem crimine Judæos accusans dixit : « Defecit follis ab igne, defecit plumbum, incassum faber argentarius argentum conflat, malitiæ eorum non sunt liquefactæ[c]. » Unde subjecit : « Argentum reprobatum vocate eos, **856** quia reprobavit eos Dominus Deus. » Follem autem divinæ virtutis efficaciam vocavit : ignem vero modo orationem, quæ instruit, et expurgat, modo supplicium, quod ipsis rebus adhibetur. Utrisque enim divina virtus ad aliquid efficiendum utitur. Argentarium fabrum rursus propheticam doctrinam nuncupavit, et plumbum supplicium. Nam quia plumbum in argentum quod conflatur infunditur, ut quod in ipso adulterinum est consumat, ita quoque supplicium iis, qui eo digni sunt, infertur, ut a peccato puri reddantur. Hoc etiam se hic facturum minatur.

Vers. 19-22. *Propterea dic : Hæc dicit Adonai Dominus : Pro eo quod facti estis omnes in commistionem unam, idcirco ecce ego suscipiam vos in medio Hierosolymæ. Sicut excipitur argentum, et æs, et ferrum, et plumbum, et stannum in medio fornacis, ad insufflandum in ea ignem ad conflandum, sic excipiam vos in ira mea, et in furore meo, et adducam, et dimittam. Et conflabo vos, et insufflabo vos in igne iræ meæ, et conflabimini in medio ejus. Quemadmodum conflatur argentum in medio fornacis, ita conflabimini in medio ejus, et cognoscetis, me Dominum effudisse furorem meum super vos.* Quando, inquit, scelerum colluvionem admisistis, et argento improbo similis, per omnis generis improbitatem adulterinos vos ostendistis, fornacem vobis constituam ipsam Hierosolymam, et carbonum instar hostes injiciam, meamque vim et voluntatem, veluti quoddam sufflatorium commovebo, et simul **857** vos conflabo, ut eos qui insanabili morbo laborarint, æque atque aliam[a] materiam conficiam : eos vero qui curationem admiserint, veluti quoddam purgatum argentum reddam.

Vers. 23, 24. *Et factum est verbum Domini ad me, dicens : Fili hominis, dic ei : Tu es terra non rigata, neque pluvia facta est in te die iræ.* Et ex bello inculta, et neque pluviam, neque aratrum excipiens. Atqui doctrinæ pluviam per sanctos ipsi prophetas adhibebat : quam cum non exciperent, sed repellerent, veluti saxum quoddam pluviæ irrigationi haud præbens aditum, merito ipsam terram non irrigatam nominavit. Deinde rursus principes accusat.

[c] Jerem. VI, 9. [d] ibid.

A σεν αὐτοὺς Κύριος ὁ Θεός· » διὰ δὲ τῶν εἰρημένων ὑλῶν τὰ παντοδαπὰ τῆς κακίας παρεδήλωσεν εἶδη· καὶ τοῦτο πάλιν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου μαθεῖν δυνατόν· ταύτην γὰρ τῶν Ἰουδαίων τὴν κατηγορίαν ποιούμενος ἔφη καὶ αὐτός· « Ἐξέλιπεν φυσητὴρ ἀπὸ πυρὸς, ἐξέλιπε μόλυβδος, εἰς κενὸν ἀργυροκόπος ἀργυροκοπεῖ· αἱ πονηρίαι αὐτῶν οὐκ ἐτάκησαν. » Ὅθεν ἐπήγαγεν· « Ἀργύριον ἀποδεδοκιμασμένον καλέσατε αὐτοὺς, ὅτι ἀπεδοκίμασεν αὐτοὺς Κύριος ὁ Θεός. » Φυσητῆρα δὲ τὴν θείαν ἐνέργειαν ἀπεκάλεσε· πῦρ δὲ νῦν μὲν τὸν παιδευτικὸν καὶ καθαρτήριον λόγον, νῦν δὲ τὴν δι' ἔργων τιμωρίαν. Δι' ἀμφοτέρων δὲ ἡ θεία δύναμις ἐνεργεῖ. Ἀργυροκόπον δὲ πάλιν τὴν προφητικὴν διδασκαλίαν ὠνόμασε, μόλυβδον δὲ τὴν τιμωρίαν· ὅτι γὰρ μόλυβδος ἐμβάλλεται τῷ ἀργύρῳ χωνευομένῳ, ὡς ἂν τὸ ἐν τούτῳ κίβδηλον δαπανήσειεν, καὶ ἡ τιμωρία τοῖς ἀξίοις ἐπιφέρεται, ἵνα καθαροὶ τῆς ἁμαρτίας ἀναφανῶσι. Τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ποιήσειν ἀπειλεῖ.

ιθ'-κβ'. *Διὰ τοῦτο εἰπέ· Τάδε λέγει Ἀδωναὶ Κύριος· Ἀνθ' ὧν ἐγένεσθε* [59] *πάντες εἰς σύγκρασιν μίαν, διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ εἰσδέξομαι* [60] *ὑμᾶς ἐν μέσῳ Ἱερουσαλήμ. Καθὼς εἰσδέχεται ἄργυρος καὶ χαλκὸς, καὶ σίδηρος, καὶ μόλυβδος, καὶ κασσίτερος ἐν μέσῳ καμίνου, τοῦ ἐμφυσῆσαι* [61] *εἰς αὐτὴν πῦρ εἰς τὸ χωνευθῆναι, οὕτως εἰσδέξομαι ὑμᾶς ἐν τῇ ὀργῇ μου, καὶ ἐν τῷ θυμῷ μου, καὶ εἰσάξω, καὶ ἐπαφήσω* [62]· *Καὶ χωνεύσω ὑμᾶς, καὶ ἐμφυσήσω ὑμᾶς* [63] *ἐν πυρὶ ὀργῆς μου, καὶ χωνευθήσεσθε ἐν μέσῳ αὐτῆς. Ὃν τρόπον χωνεύεται ἀργύριον ἐν μέσῳ καμίνου, οὕτως χωνευθήσεσθε ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ ἐπιγνώσεσθε ὅτι ἐγὼ Κύριος ἐξέχεα τὸν θυμόν μου ἐφ' ὑμᾶς.* Ἐπειδὴ, φησὶ, τὴν τῆς κακίας ἐπιμιξίαν ἐδέξασθε, καὶ ἀργύρῳ ἀδοκίμῳ ἐοικότες, διὰ τῆς παντοδαπῆς πονηρίας ἀνεφάνητε κίβδηλοι, χωνευτήριον μὲν ὑμῖν καταστήσω τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἀνθράκων δὲ δίκην ἐμβαλῶ τοὺς πολεμίους· τὴν δὲ ἐμὴν ἐνέργειαν καὶ βούλησιν, οἷόν τινα φυσητῆρα κινήσω, καὶ κατὰ ταυτὸν ὑμᾶς χωνεύσω, ἵνα τοὺς μὲν ἀνήκεστα νενοσηκότας, ταῖς ἄλλαις ὕλαις παραπλησίως δαπανήσω, τοὺς δὲ ἴασιν ἐπιδεχομένους, οἷόν τινα κεκαθαρμένον ἄργυρον ἀποφήνω.

κγ', κδ'. *Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρὸς μὲ, λέγων· Υἱὲ ἀνθρώπου, εἰπὲ αὐτῇ· Σὺ εἶ γῆ οὐ βρεχομένη* [64] *οὐδὲ ὑετὸς ἐγένετο ἐπὶ σὲ ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς.* Καὶ ἐκ πολέμου χερσεύουσα, καὶ μήτε ὑετὸν, μήτε ἄροτρον δεξαμένη· καὶ μὴν τὸν τῆς διδασκαλίας ὑετὸν διὰ τῶν ἁγίων αὐτῇ προσέφερε προφητῶν· ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτον οὐκ ἐδέχοντο, ἀλλ' ἀπωθοῦντο, καθάπερ τις πέτρα παρείσδυσιν οὐ παρέχουσα τῇ τοῦ ὑετοῦ φορᾷ, εἰκότως αὐτὴν οὐ βρεχομένην ὠνόμασε γῆν. Εἶτα πάλιν τῶν ἀρχόντων κατηγορεῖ.

VARIÆ LECTIONES.

[59] ἐγ. — μίαν. *Hebr.* abiistis in scorias. [60] εἰσδ. *Hebr.* congregaturus sum. [61] Rec. lect. est ἐκφυσῆσαι. [62] ἐπαφ. Des. in Hebr., et in Compl. tantum exstat. [63] ὑμ. B præm. ἐφ'. [64] βρεχ. *Hebr.* purgata.

Digitized by Google

κε'. Ἧς[65] οἱ ἀφηγούμενοι ἐν μέσῳ αὐτῆς, ὡς A λέοντες ὠρυόμενοι, ἁρπάζοντες ἁρπάγματα, ψυχὰς κατεσθίοντες ἐν δυναστείᾳ, πλοῦτον καὶ τιμὰς λαμβάνοντες, τὰς [66] χήρας αὐτῆς ἐπλήθυναν ἐν μέσῳ αὐτῆς. Τῶν γὰρ ἀνδρῶν ἀναιρουμένων, δῆλον ὅτι ἡ χηρεία χώραν ἐλάμβανεν· ἐντεῦθεν ἐπὶ τοὺς ἱερέας τὸν κατηγορικὸν μεταφέρει λόγον.

κς'. Καὶ οἱ ἱερεῖς αὐτῆς ἠθέτησαν τὸν νόμον μου. Μεγίστη δὲ αὕτη παρανομία· οὓς γὰρ ποδηγεῖν τοὺς ἄλλους ἐχρῆν, οὗτοι διετέλουν τυφλώττοντες. « Καὶ ἐβεβήλουν τὰ ἁγιά μου. » Παρανόμως, φησὶν, ἐπετέλουν τὰς λειτουργίας· εἶτα τῆς παρανομίας τὰ εἴδη. « Ἀναμέσον ἁγίου καὶ βεβήλου οὐ διέστελλον, καὶ ἀναμέσον καθαροῦ καὶ ἀκαθάρτου οὐ διέστελλον. » Οὐ διέκρινον, φησὶ, καὶ ἐδίδασκον, τί μὲν ἅγιον καὶ θεῖον, τί δὲ βέβηλον καὶ ἀνθρώπειον[67]· βέβηλον γὰρ B ἐνταῦθα οὐ τὸ ἐναγὲς[68] καλεῖ, ἀλλὰ τὸ κοινὸν καὶ τῶν θείων κεχωρισμένον. Καθαρὸν καὶ ἀκάθαρτον, τὰ κατὰ τὸν νόμον κεχωρισμένα[69], καὶ τὰ κατὰ νόμον αὖ πάλιν ἀπηγορευμένα, οὐ περὶ βρωμάτων μόνον καὶ θυμάτων, ἀλλὰ καὶ περὶ ἐνδυμάτων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τε κατὰ γνώμην, καὶ παρὰ γνώμην συμβαινόντων, γονορρύας τε καὶ ἀποκαθημένης, καὶ ἁφῆς λέπρας, καὶ ἁφῆς νεκροῦ, καὶ θνησιμαίου, καὶ θηριαλώτου, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ὁ νόμος διαγορεύει. Τούτοις προστίθησι, « Καὶ ἀπὸ τῶν σαββάτων μου παρεκάλυπτον τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, καὶ ἐβεβήλουν[70] με ἐν μέσῳ αὐτῶν. » Ὁρῶντες γὰρ ὑβριζομένην προφανῶς τὴν τῶν σαββάτων ἡμέραν, καὶ ἐργασίαν παράνομον ἐπιτελουμένην ἐν τῇ ἀργῇ ἡμέρᾳ, ἐλέγχειν οὐκ ἤθελον τοὺς παρανομεῖν τολμῶν- C τας, ἀλλ' οἱονεὶ μύοντες τοὺς ὀφθαλμοὺς, οὐκ ἐδόκουν ὁρᾷν, ἃ διετέλουν ὁρῶντες. Πάλιν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας ἐπανελθὼν, φησίν·

κζ'. Οἱ ἄρχοντες αὐτῆς ἐν μέσῳ αὐτῆς, ὡς λύκοι ἁρπάζοντες ἁρπάγματα, τοῦ ἐκχέαι αἷμα, τοῦ ἀπολέσαι ψυχὰς, ὅπως πλεονεξίᾳ πλεονεκτῶσιν. Ἀφορμὴν, φησὶ, κέρδους ἐποιοῦντο οἱ ἄρχειν λαχόντες τὰς ἀδίκους σφαγὰς, καὶ οὓς ἔδει τῶν ἀδικουμένων εἶναι προμάχους, οὗτοι τῆς τῶν ἀδικούντων ἐγένοντο μοίρας. Ἐντεῦθεν ἐπὶ τοὺς προφήτας μεταβαίνει, λέγων·

κη'. Καὶ οἱ προφῆται αὐτῆς ἀλείφοντες αὐτούς. Τοῦτο καὶ ἄνω ἔφη, τὸν κακῶς οἰκοδομηθέντα τοῖ- D χον ὑπὸ τοῦ λαοῦ κάκιον ὑπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν ἀλειφθέντα[70*] διδάξας· ἐβεβαίουν, φησὶν, οἱ καλούμενοι προφῆται, τὰ κακῶς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων γινόμενα, κολακευτικοῖς κεχρημένοι λόγοις, καὶ τὰς ἀρχὰς θερα- πεύειν δεδιδαγμένοι. Εἶτα τὴν τούτων τιμωρίαν διδάσκει· « Πεσοῦνται[71] ὁρῶντες μάταια, μαντευόμενοι ψευδῆ, λέγοντες, Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος, καὶ

VERS. 25. *Cujus duces in medio ejus, tanquam leones rugientes, rapientes rapinas, animas devorantes in potentia, divitias et honores accipientes, viduas ejus multiplicarunt in medio ejus.* Viris enim interfectis, perspicuum est viduitati locum datum esse. Hinc in sacerdotes accusatoriam transfert orationem.

VERS. 26. *Et sacerdotes ejus spreverunt legem meam.* Maximum autem hoc est scelus. Quos enim aliis duces esse oportuit, ii cæci degere perseverabant. « Et profanabant sancta mea. » Haud rite, inquit, perficiebant quæ ad eorum ministerium pertinerent. Tum scelerum genera recenset. « Inter sanctum et profanum non distinguebant, et inter purum et impurum non distinguebant. » Non distinguebant, inquit, neque docebant, quid sanctum et divinum esset, quidque profanum et humanum. *Profanum* enim hoc loco, non impium **858** vocat, sed id quod commune est, et a rebus divinis distinctum : purum et impurum, quæ secundum legem separata sunt, et quæ rursus secundum legem sunt interdicta. Neque de cibis tantum et sacrificiis loquitur, sed etiam de indumentis, et aliis quæ tum voluntate, tum præter voluntatem accidunt, fluxu seminis et menstruo laborante, et contactu lepræ, et contactu cadaveris, et morticini, et a fera capti, et de aliis omnibus, quæcunque lex prohibet. Ad hæc addit : « Et a sabbatis meis cooperiebant oculos suos, et profanabant me in medio ipsorum » Videntes enim propalam Sabbatorum diem contumelia affici, et opus lege non permissum quietis die perfici, arguere nolebant eos qui delinquere audebant, sed veluti conniventes oculis, dissimulabant ea videre, quæ continenter cernebant. Rursus ad principes reversus ait :

VERS. 27. *Principes ejus in medio ejus, ut lupi rapientes rapinas, ad effundendum sanguinem, ad perdendum animas, ut avaritia plus haberent.* Occasionem lucri, inquit, faciebant imperium sortiti injustas cædes, et quos oportebat eorum quibus fieret injuria propugnatores esse, ii eorum qui injuriam faciebant partes sequebantur. Hinc ad prophetas digreditur, hæc loquens :

VERS. 28. *Et prophetæ ejus ungentes illos.* Hoc item supra dixit, cum doceret, murum male a populo constructum pejus a falsis prophetis inunctum esse. Confirmabant, inquit, qui prophetæ vocabantur, ea quæ a principibus perperam fiebant, adulatoriis verbis usi, et **859** nodi principibus obsequi edocti. Deinde horum docet supplicium : « Cadent videntes vana, divinantes mendacia, dicentes : Hæc dicit Adonai Dominus, et Dominus

[a] Cap. XIII.

VARIÆ LECTIONES.

[65] Ἧς — μέσῳ αὐτῆς. *Hebr.* Conjuratio prophetarum ejus est in medio ejus. [66] τὰς — αὐτ. Aliter οἱ LXX. [67] B ἀνθρώπινον. [68] in B mutatum in ἀναγές. [69] B συγκεχωρημένα. [70] ἐβ. με. (Ep. prior hab. μοι.) B ἐβεβηλούμην juxta rec. lect. [70*] B ἀλειφέντα. [71] πεσ. *Hebr.* cemento (obducunt illos).

Digitized by Google

non est locutus. » Imitantes enim veros prophetas, Dei personæ falsa sua oracula ascripserunt, et veritatis fonti attribuerunt mendacium. Hæc autem dicebant, inquit :

A Κύριος οὐ λελάληκε. » Μιμούμενοι γὰρ τοὺς ἀληθεῖς προφήτας, τῷ τοῦ Θεοῦ προσώπῳ τὰς ψευδεῖς αὐτῶν χρησμολογίας περιετίθεσαν, καὶ τῇ πηγῇ τῆς ἀληθείας περιῆπτον τὸ ψεῦδος. Ταῦτα δὲ, φησὶν, ἔλεγον·

Vers. 29. *Populum terræ opprimentes injustitia, et diripientes rapinas, mendicum et pauperem opprimentes, et ad advenam non revertentes cum judicio.* Mendacio, inquit, utebantur, et ad voluntatem principum divinabant, securitatem contra pauperes nancisci studentes, et occasionem lucri mendacium facientes.

κθ'. *Τὸν λαὸν τῆς γῆς ἐκπιέζοντες ἀδικίᾳ, καὶ διαρπάζοντες ἁρπάγματα, πτωχὸν καὶ πένητα καταδυναστεύοντες, καὶ πρὸς τὸν προσήλυτον οὐκ ἀναστρεφόμενοι μετὰ κρίματος.* Τῇ ψευδολογίᾳ, φησὶν, ἐχρῶντο, καὶ πρὸς χάριν τοῖς ἄρχουσιν ἐμαντεύοντο, ἄδειαν λαμβάνειν κατὰ τῶν πενήτων ἐθέλοντες, καὶ ἀφορμὴν κέρδους τὸ ψεῦδος ποιούμενοι.

Vers. 30. *Et quærebam ex ipsis virum recte ambulantem, et stantem in intercisione sepis ante faciem meam tempore terræ, ne penitus delerem eam, et non inveni.* Hæc etiam per Jeremiam docet, cum ait : « Transite per vias Hierosolymæ, et videte, et quæretis in plateis ejus, si inveneritis unum facientem judicium, et quærentem fidem, et propitius ero ei [f]. » Proinde hic quoque ait, ex principibus, ex sacerdotibus, et ex aliis omnibus, quærebam vel unicum virum, qui posset in intercisione sepis stare, hoc est, illata supplicia justitia sua cohibere valentem, et qui eam intercisionem, quæ propter iniquitatem facta fuerat, et pœnarum introitum **860** obturare atque obstruere posset, neque inveni. Idcirco,

B λ'. *Καὶ ἐζήτουν ἐξ αὐτῶν ἄνδρα ἀναστρεφόμενον*[72] *ὀρθῶς, καὶ ἑστῶτα ἐν διακοπῇ φραγμοῦ πρὸ προσώπου μου ἐν*[73] *καιρῷ τῆς γῆς, τοῦ μὴ εἰς τέλος ἐξαλεῖψαι αὐτὴν, καὶ οὐχ εὗρον.* Ταῦτα καὶ διὰ Ἱερεμίου διδάσκει, λέγων· « διέλθετε εἰς τὰς διόδους Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἴδετε, καὶ ζητήσετε[74] ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς, ἐὰν εὑρήσητε ἕνα ποιοῦντα κρῖμα, καὶ ζητοῦντα πίστιν, καὶ ἵλεως ἔσομαι αὐτῇ. » Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν φησὶν, ὅτι ἔκ τε τῶν ἀρχόντων ἔκ τε τῶν ἱερέων, καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐπεζήτουν ἕνα γοῦν ἄνδρα, στῆναι ἐν διακοπῇ φραγμοῦ δυνάμενον, τουτέστιν, ἐπισχεῖν τὰς ἐπιφερομένας τιμωρίας διὰ δικαιοσύνης ἰσχύοντα, καὶ τὴν γεγενημένην ἐκ τῆς παρανομίας διακοπὴν, καὶ πάροδον τῆς τιμωρίας ἀποφράξαι καὶ ἀποτειχίσαι δυνάμενον, καὶ οὐχ εὗρον. Διό φησιν·

Vers. 31. *Effudi*, inquit, *furorem meum super eam, in rigore iræ meæ, ad consumendum eos.* Justaque ostendens esse supplicia, subjecit : *Vias ipsorum in capita deorum* [e] *dedi, dicit Adonai Dominus.* Cum enim prave atque iniquè ambularint, congruentem viæ suæ fructum nactæ sunt. Hinc percipi potest non solum divinæ bonitatis exsuperantia, sed etiam Judæorum impietas. Nam de Sodomis pollicitus fuit, si quinque justos inveniret, omnem se urbem a supplicio illæsam conservaturum esse : hic vero cum unum quæsivisset, non invenit. Quamobrem inimicis eam traditam curavit evertendam. Decet igitur nos, quibus exploratum est, divinam misericordiam cum judicio conjunctam esse, « Misericordiam enim et judicium, inquit, cantabo tibi, Domine, [g], » haud commorari in institutis peccatorum, neque [h] Dei longanimitatem contemnere, neque thesauri instar nobis ipsis iram reponere in die iræ, et revelationis, et justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus : ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

C λα'. *Ἐξέχεα τὸν θυμόν μου ἐπ' αὐτὴν ἐν πυρὶ ὀργῆς μου, τοῦ συντελέσαι αὐτούς.* Καὶ δεικνὺς τῆς τιμωρίας τὸ δίκαιον, ἐπήγαγε· *Τὰς ὁδοὺς αὐτῶν εἰς κεφαλὰς αὐτῶν δέδωκα, λέγει Ἀδωναὶ Κύριος.* Κακῶς γὰρ, φησὶ, καὶ παρανόμως ὁδεύσαντες, ἀκόλουθον εὗρον τῆς οἰκείας ὁδοῦ τὸ τέλος· ἐντεῦθεν ἔστι μαθεῖν οὐ μόνον τῆς θείας ἀγαθότητος τὴν ὑπερβολὴν, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἰουδαίων ἀσέβειαν· ἐπὶ μὲν γὰρ Σοδόμων ὑπέσχετο, εἰ πέντε εὑροι δικαίους, πᾶσαν τὴν πόλιν ἀνέπαφον τῆς τιμωρίας φυλάξειν· ἐνταῦθα δὲ ἕνα ζητήσας οὐχ εὗρε. Διὸ καὶ τοῖς δυσμενέσι παραδοὺς αὐτὴν ἀνάστατον γενέσθαι πεποίηκε· προσήκει τοίνυν ἡμᾶς, εἰδότας ὡς ὁ θεῖος ἔλεος τῇ κρίσει συνέζευκται « Ἔλεον γὰρ, φησὶ, καὶ κρίσιν ᾄσομαί σοι Κύριε », μὴ ἐπιμένειν τοῖς τῆς D ἁμαρτίας ἐπιτηδεύμασιν, μηδὲ τῆς τοῦ Θεοῦ μακροθυμίας καταφρονεῖν, μηδὲ θησαυρίζειν ἑαυτοῖς ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, καὶ ἀποκαλύψεως, καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[f] Jerem. v, 1. [g] Psal. c, 1. [h] Rom. II, 4-6.

VARIÆ LECTIONES.

[72] ἀν. ὀρθ. *Hebr.* qui obduceret sepem. [73] ἐν κ. τ. γῆς. *Hebr.* pro terra ista *Alii*, ἐν τῷ καιρῷ τῆς ὀργῆς. [74] Β ζητήσατε.

Digitized by Google

ΤΟΜΟΣ Θ'.

LIBER NONUS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ.

α'-γ'. *Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρὸς μὲ, λέγων· Υἱὲ ἀνθρώπου, δύο γυναῖκες ἦσαν, θυγατέρες μητρὸς μιᾶς. Καὶ ἐξεπόρνευσαν ἐν Αἰγύπτῳ.* Ἐν μὲν τοῖς ἡρμηνευμένοις ἅπαντα τὸν λαὸν μίαν ὠνόμασε πόρνην· εἷς γὰρ καὶ τὴν ἀρχὴν λαὸς ἐχρημάτισεν· ἐπειδὴ δὲ ἐπὶ τοῦ Ῥοβοὰμ ἡ διαίρεσις ἐγένετο, καὶ οἱ μὲν Ἐφραὶμ καὶ Ἰσραὴλ ὠνομάζοντο, οἱ δὲ Ἰούδας, εἰκότως καὶ τῷ παραβολικῷ καὶ τροπικῷ εἴδει κατὰ διαίρεσιν κέχρηται· καλεῖ δὲ αὐτοὺς ἀπὸ τῶν μητροπόλεων, τὰς μὲν δέκα φυλὰς ἀπὸ Σαμαρείας, τὸν δὲ Ἰούδαν καὶ τὸν Βενιαμὶν ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλήμ· λέγει δὲ αὐτὰς μητρὸς μιᾶς, οὐ μόνον διὰ τὴν μίαν ῥίζαν τοῦ γένους, ἀλλ' ὅτι καὶ κατὰ τὴν ἀσέβειαν, μίαν ἔσχον μητέρα τὴν Αἴγυπτον· καὶ γὰρ ἀνωτέρω τροπικῶς τὴν μὲν μητέρα αὐτῶν *Χετταίαν*, *Ἀμορῥαῖον* δὲ τὸν πατέρα προσηγόρευσεν. Αὗται τοίνυν, φησὶν [75], ἐξεπόρνευσαν ἐν Αἰγύπτῳ· εἶτα καὶ τὸν χρόνον δηλοῖ. « Ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν ἐπόρνευσαν· ἐκεῖ ἔπεσον οἱ μαστοὶ αὐτῶν, καὶ ἐκεῖ διεπαρθενεύθησαν. » Οἱ μὲν γὰρ πατέρες αὐτῶν, Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, ἐν εὐσεβείᾳ διέλαμψαν, καὶ τοῦ Ἰακὼβ δὲ οἱ [76] παῖδες διέμειναν εἰδωλολατρείας ἀμύητοι· οἱ δὲ ἐξ ἐκείνων φύντες ἐκ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ διαγωγῆς μετέμαθον τὴν ἀσέβειαν· νεότητα δὲ αὐτῶν καλεῖ τῆς εἰς πλῆθος ἐπιδόσεως τὴν ἀρχήν· διαφθορὰν δὲ καὶ μαστῶν πτῶσιν, τῶν δυσσεβῶν δογμάτων τὴν μάθησιν. Καθάπερ γὰρ ἀκολουθεῖ τῇ τῆς παρθενίας ἀφαιρέσει τῶν μαστῶν ἡ χαυνότης· οὕτω τῇ ἐκ Θεοῦ ἀποστάσει ἕπεται τοῦ ἐν ἡμῖν ἡγεμονικοῦ ἡ κατάπτωσις· τούτου γὰρ οἱονεὶ καλύμματα καὶ προβλήματά εἰσιν οἱ μαστοί. Εἶτα ἐπειδὴ παραβολικῶς γυναῖκας αὐτὰς ὠνόμασε, καὶ ὀνόματα αὐταῖς ἐπιτίθησι γυναικῶν τινων Αἰγυπτίων, ἐπισήμων ἐν ἀκολασίᾳ γεγενημένων, φησὶ δέ·

δ'. Καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν Ὀολλὰ [77] ἡ πρεσβυτέρα, καὶ Ὀολιβὰ νεωτέρα ἡ [78] ἀδελφὴ αὐτῆς. Αἰνιγματωδῶς τὰ πρότερα εἰπὼν, ἐπὶ τὸ σαφέστερον ἦγαγε τὸν λόγον, καὶ τῶν ἑταιρῶν ἐκείνων γυναικῶν ἐμνημόνευσε, τὴν κατηγορίαν αὔξων, αἴσθησιν αὐτοῖς τῆς ἀσεβείας διὰ τοῦ παραδείγματος ἐνθεῖναι βουλόμενος. Εἶτα τὴν εἰς αὐτοὺς παρ' αὐτοῦ γενο-

CAPUT XXIII.

VERS. 1-3. *Et factum est verbum Domini ad me, dicens : Fili hominis, duæ mulieres erant, filiæ matris unius. Et fornicatæ sunt in Ægypto.* In iis quæ interpretati sumus, omnem populum unam meretricem nuncupavit. Unus enim populus etiam a principio vocatus fuit : cum vero regnante Roboamo facta esset divisio, et hi Ephraim et Israel **861** nominarentur, hi vero Juda, jure etiam parabolica et tropica formula secundum divisionem usus est ; vocatque ipsos a metropolibus, decem quidem tribus a Samaria, Judam autem et Benjamin ab Hierosolyma : asseritque eas unius fuisse matris, non solum propter unam generis stirpem, sed etiam quia secundum impietatem habuerunt unam matrem, Ægyptum. Etenim in superioribus per translationem matrem ipsorum *Chettæam*, et *Amorrhæum* patrem appellavit. Hæ igitur fornicatæ sunt, inquit, in Ægypto. Deinde etiam tempus declarat : « In adolescentia sua fornicatæ sunt : ibi ceciderunt ubera earum, ibique devirginatæ sunt. » Patres enim ipsorum, Abraham, et Isaac, et Jacob, pietate splenduerunt, et Jacobi filii ita permanserunt, ut idololatriæ mysteriis minime initiarentur : verum qui ex illis procreati sunt, cum in Ægypto commorarentur, impietatem didicerunt. Et adolescentiam eorum vocat initium unde tanta crevit multitudo : corruptionem vero et mammarum lapsum, impiorum dogmatum doctrinam. Quemadmodum enim violatam virginitatem mammarum laxitas consequitur : ita cum quis a Deo defecerit, sequitur ejus partis, quæ in nobis principatum obtinet, casus, cujus veluti tegumenta et indumenta sunt mammæ. Tum quia per similitudinem mulieres ipsas nominavit, mulierum quoque quarumdam in Ægypto ob intemperantiam insignium ipsis nomina imponit, aitque :

VERS. 4. *Et nomina earum Oolla senior, et Ooliba junior soror ejus.* Cum superiora ænigmatice dixisset, ad id **862** quod apertius est transtulit orationem, et meretricum illarum mulierum mentionem fecit, accusationem amplificans, dum cupit, impietatis sensum ipsis per exemplum ingenerari. Deinde beneficium a se in eos profectum comme-

VARIÆ LECTIONES.

[75] Ex B suppl. [76] οἱ. In B ponitur ante τοῦ. [77] Ὀόλλα, et deinde Ὀολίβα. Ita semper. [78] νεωτ. ἡ. Exstat tantum in Compl. et des. in Hebr.

Digitized by Google

morat. « Et fuerunt mihi, et pepererunt filios et filias, et nomina earum, Samaria Oolla, et Hierosolyma Ooliba. » Consuetudinem autem et societatem vocat eorum per legem consensum : ille enim leges ferebat, ipsi se leges latas observaturos esse pollicebantur. Illud vero, « pepererunt mihi filios et filias, » declarat, eos ad quoddam tempus sub lege degentes pietate filios imbuisse. Hactenus igitur communiter utrosque accusavit : deinceps vero facta tribuum divisione, Samariam prius accusat, quam Oollam nominavit : etenim prior in vitulorum impietatem collapsa est, in duas partes regno diviso.

A μένην εὐεργεσίαν διέξεισι. « Καὶ ἐγενοντό μοι, καὶ ἔτεκον υἱοὺς καὶ θυγατέρας, καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν Σαμάρεια ἡ Ὁολλά, καὶ Ἱερουσαλὴμ ἡ Ὁολιβά. » Συνάφειαν δὲ καὶ κοινωνίαν καλεῖ τὴν διὰ τοῦ νόμου γεγενημένην αὐτοῖς συμφωνίαν· ὁ μὲν γὰρ ἐνομοθέτει, οἱ δὲ ὡμολόγουν τὴν νομοθεσίαν φυλάττειν· τὸ δὲ, « ἔτεκόν μοι υἱοὺς καὶ θυγατέρας, » δηλοῖ, ὅτι ὑπὸ τῷ νόμῳ τελοῦντες μετ' εὐσεβείας τέως τοὺς παῖδας ἀνέτρεφον. Μέχρι μὲν οὖν τούτων κοινὴν ἀμφοτέρων ἐποιεῖτο κατηγορίαν· ἐντεῦθεν δὲ λοιπὸν, τῆς τῶν φυλῶν διαιρέσεως γενομένης, πρώτην ποιεῖται τῆς Σαμαρείας κατηγορίαν, ἣν Ὁολλὰν ὠνόμασε· καὶ γὰρ προτέρα εἰς τὴν τῶν δαμάλεων ἐξώκειλεν ἀσέβειαν, διχῆ τῆς βασιλείας διαιρεθείσης.

Vers. 5. *Et fornicata est*, inquit, *Oolla a me, et adjuncta est ad amatores suos.* Tanquam de muliere loquens amatorum posuit nomen ; innuit autem significatque dæmonas, quos colere perseveravit : tum etiam impietatis genera docet.

B ε'. *Καὶ ἐξεπόρνευσε*, φησὶν, *ἡ Ὁολλὰ ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἐπέθετο ἐπὶ τοὺς ἐραστὰς αὐτῆς. Ὡς* ἐπὶ γυναικὸς δὲ τὸ τῶν ἐραστῶν ὄνομα τέθεικεν· αἰνίττεται δὲ καὶ παραδηλοῖ τοὺς δαίμονας, οἷς λατρεύουσα διετέλεσεν. Εἶτα καὶ τὰ εἴδη τῆς ἀσεβείας διδάσκει.

Et Assyrios, inquit, *appropinquantes ei.* (Vers. 6, 7.) *Vestitos hyacinthinis principes, et duces, juvenes electos omnes, equites vectos equis. Et dedit fornicationem suam super eos, super electos filios Assyriorum omnes, ad quos apposita est, in omnibus desideriis suis polluebatur.* **863** Per ænigma « juvenes electos indutos hyacinthinis » idola vocat, ita ab ipsis picta et figurata. Etenim consueverant omnes antiquitus impietati dediti, vestitus in sua republica usitatos diis suis imponere. Siquidem Græci et Romani Martem secundum propriam sui vestitus armant figuram, Persæ autem secundum suam, et aliter Indi, aliter Æthiopes, et similiter unaquæque earum, quæ nominantur, natio. Attamen docet, ipsos priores sibi auxilio Assyrios accersivisse, neglecta Dei societate. Accersito enim Phul (erat hic rex Assyriorum), ad auxilium contra Syros, tributum et vectigal ipsi pendere polliciti sunt. Deinceps commercium impietatem introduxit. Tum subjicit :

Καὶ [79] τοὺς Ἀσσυρίους, φησὶ, τοὺς ἐγγίζοντας αὐτῇ. (ς', ζ'.) *Ἐνδεδυκότας ὑακίνθινα ἡγουμένους, καὶ στρατηγοὺς, νεανίσκους* [80] *ἐπιλέκτους πάντας, ἱππαζομένους ἐφ' ἵπποις. Καὶ ἔδωκε τὴν πορνείαν αὐτῆς ἐπ' αὐτοὺς, ἐπὶ τοὺς ἐπιλέκτους υἱοὺς Ἀσσυρίων πάντας ἐφ' οὓς ἐπέθετο* [81], *ἐν πᾶσι τοῖς ἐνθυμήμασιν αὐτῆς* [82] *ἐμιαίνετο.* Λέγει μὲν αἰνιγματωδῶς « νεανίσκους ἐπιλέκτους ἐνδεδυκότας ὑακίνθινα, » τὰ οὕτως ὑπ' αὐτῶν γραφόμενά τε καὶ σχηματιζόμενα εἴδωλα· καὶ γὰρ εἰώθεισαν ἅπαντες οἱ πάλαι ἀσεβοῦντες τὰ πολιτευόμενα παρ' αὐτοῖς σχήματα τοῖς ἑαυτῶν περιτιθέναι θεοῖς. Ἕλληνες μὲν γὰρ, καὶ Ῥωμαῖοι, τὸν Ἄρηα [83] κατὰ τὸ ἴδιον αὐτῶν τῆς σκευῆς ἐξοπλίζουσι σχῆμα· Πέρσαι δὲ κατὰ τὸ σφέτερον· καὶ ἄλλως Ἰνδοὶ καὶ ἑτέρως Αἰθίοπες, ὡσαύτως δὲ καὶ ἕκαστον τῶν ὀνομαζομένων ἐθνῶν. Διδάσκει δὲ ὅμως, καὶ ὅτι αὐτοὶ πρότεροι τοὺς Ἀσσυρίους ἐκάλεσαν εἰς βοήθειαν, τῆς τοῦ Θεοῦ συμμαχίας καταφρονήσαντες· τὸν γὰρ Φοὺλ [84], βασιλεὺς δὲ οὗτος ἦν Ἀσσυρίων, εἰς ἐπικουρίαν κατὰ τῶν Σύρων παρακαλέσαντες, δασμὸν αὐτῷ καὶ φόρον φέρειν ὑπέσχοντο· ἐντεῦθεν λοιπὸν ἡ ἐπιμιξία εἰσήγαγε τὴν ἀσέβειαν. Εἶτα ἐπάγει·

C

Vers. 8. *Et fornicationem suam ex Ægypto non dereliquit, quia cum ea dormiebant in adolescentia ejus, et ipsi devirginaverunt eam, et effuderunt fornicationem suam super eam.* Copulata, inquit, cum Assyriis, eorumque superstitione perfusa, ne Ægyptiacas quidem disciplinas neglexit, imo illas studiosissime observavit. Ita narratis impietatis generibus, æquitatem etiam supplicii ostendit.

D η'. *Καὶ τὴν πορνείαν αὐτῆς τὴν ἐξ Αἰγύπτου οὐκ ἐγκατέλιπεν, ὅτι μετ' αὐτῆς ἐκοιμῶντο ἐν νεότητι αὐτῆς, καὶ αὐτοὶ διεπαρθένευσαν αὐτὴν, καὶ ἐξέχεαν τὴν πορνείαν αὐτῶν ἐπ' αὐτήν.* Συναφθεῖσα, φησὶ, τοῖς Ἀσσυρίοις, καὶ τὴν τούτων δεισιδαιμονίαν ἐκμαξαμένη, οὐδὲ τῶν Αἰγυπτιακῶν ἠμέλησε μαθημάτων, ἀλλὰ κἀκείνα λίαν ἐπιμελῶς φυλάττουσα διετέλεσεν. Οὕτω διηγησάμενος τῆς ἀσεβείας τὰ εἴδη, καὶ τῆς τιμωρίας τὸ δίκαιον ὑποδείκνυσι.

Vers. 9. *Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum, in manus filiorum Assyriorum, cum*

θ'. *Διὰ τοῦτο παρέδωκα αὐτὴν εἰς χεῖρας ἐραστῶν αὐτῆς, εἰς χεῖρας υἱῶν Ἀσσυρίων ἐφ' οὓς* [85]

VARIÆ LECTIONES.

[79] Καὶ. LXX, ἐπὶ. [80] νέαν. — ἱππαζ. Ita ed. Compl. cui etiam respondent lectiones vers. 7. [81] ἐφ' οὓς ἐπ. *Hebr.* quos amabat. Ita quoque in sequentibus [82] ἐνθ. αὐτ. *Hebr.* idolis eorum. [83] B Ἄρεα [84] Ed. prior hab. Ὑφούλ. [85] οὓς. Ed. prior hab. οἷς.

Digitized by Google

ἐπετίθετο. Ἐπειδὴ γὰρ τῶν μὲν ἐμῶν οὐκ ἠνείχετο νόμων, ἐμοὶ δὲ ἀνακειμένη ἑτέρων ἡράσθη, τῆς μὲν ἐμῆς αὐτὴν ἐγύμνωσα προνοίας, παρέδωκα δὲ αὐτὴν ἐκείνοις, οὓς τῆς ἐμῆς προείλετο κοινωνίας.

ε'. *Αὐτοί*, φησιν, *ἀπεκάλυψαν τὴν αἰσχύνην αὐτῆς, υἱοὺς καὶ θυγατέρας αὐτῶν*[86] *ἔλαβον, καὶ αὐτὴν ἐν ῥομφαίᾳ ἀπέκτειναν, καὶ ἐγένετο λάλημα*[87] *εἰς γυναῖκας, καὶ ἐκδικήσεις ἐποίησαν ἐν αὐτῇ εἰς τὰς θυγατέρας*[88]. Οὕτω, φησιν, ὑπ' ἐμοῦ προεθεῖσα τῇ πείρᾳ μεμάθηκε, τίς μὲν ἡ ἐμὴ κοινωνία, τίς δὲ ἡ τῶν ἐραστῶν αὐτῆς πονηρία. Παραυτίκα γὰρ ὑποχείριον αὐτὴν λαβόντες, πρῶτον μὲν αὐτῆς τῇ τιμωρίᾳ τὴν πορνείαν ἐγύμνωσαν, ἔπειτα δὲ λίαν ὠμῶς καὶ ἀνηλεῶς κατέσφαξαν· τοὺς δὲ υἱοὺς αὐτῆς, καὶ τὰς θυγατέρας δορυαλώτους ἀπήγαγον, πᾶσα δὲ πόλις τὰ κατ' αὐτὴν θρυλλεῖ. *Γυναῖκας* γὰρ πάλιν τροπικῶς τὰς πόλεις ὠνόμασε. Οὐ μόνον δὲ εἰς αὐτὴν ταύτην ἔδειξαν τὴν ὠμότητα· ἀλλὰ καὶ εἰς ταύτης[89] θυγατέρας· λέγει δὲ τὰς ὑπηκόους πόλεις καὶ κώμας. Ταῦτα δὲ ὑπέμειναν αἱ δέκα φυλαί· πρῶτον μὲν ὑπὸ Θεγλαθφαλάσαρ· ἔπειτα δὲ ὑπὸ τοῦ Σαλμανάσαρ· Ἀσσυρίων δὲ οὗτοι βασιλεῖς. Οὕτω διηγησάμενος τὰ κατὰ τὴν Σαμάρειαν, ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ μεταφέρει τὸν λόγον, καί φησι·

ις', ιβ'. *Καὶ εἶδεν ἡ ἀδελφὴ αὐτῆς ἡ*[90] *Ὀολιβὰ, καὶ διέφθειρε τὴν ἐπίθεσιν*[91] *αὐτῆς ὑπὲρ αὐτὴν* (ὁ δὲ Ἀκύλας τὴν *ἐπίθεσιν, ἐπιπόθησιν* ἡρμήνευσε), *καὶ τὴν πορνείαν αὐτῆς ὑπὲρ τὴν πορνείαν τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς ἐπλήθυνεν*[92]. *Ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν Ἀσσυρίων ἐπέθετο, ἡγουμένους καὶ στρατηγοὺς τοὺς ἐγγὺς αὐτῆς, καὶ ἐνδεδυκότας σύπάρυφα, ἱππεῖς ἱππαζομένους ἐφ' ἵπποις, νεανίσκους ἐπιλέκτους πάντας.* Ταὐτὰ, φησὶ, καὶ ἡ Ἱερουσαλὴμ τῇ Σαμαρείᾳ δέδρακε· καὶ ὁμοίως τὰς πρὸς ἐμὲ συνθήκας πατήσασα, τοὺς Σύρων[93] θεοὺς προτετίμηκε· τῇ γὰρ τούτων συμμαχίᾳ θαῤῥήσασα, καὶ τῆς ἐμῆς ἐπικουρίας καταφρονήσασα. Διὰ γὰρ τῶν ἡγεμόνων καὶ στρατηγῶν τὴν γενομένην αὐτοῖς συμμαχίαν ἠνίξατο.

ιγ'. *Καὶ εἶδον*, φησὶν, *ἐγὼ, ὅτι μεμίανται ὁδὸς μία τῶν δύο.* Παραπλήσια, φησὶν, αὐτῶν, καὶ ἐφάμιλλα τὰ ἐπιτηδεύματα.

ιδ'-ις'. *Καὶ προσέθετο ἐπὶ τὴν πορνείαν αὐτῆς, καὶ εἶδεν ἄνδρας ἐζωγραφημένους ἐπὶ τοῦ τοίχου, εἰκόνας Χαλδαίων ἐζωγραφημένους ἐν χρώμασιν*[94] *ἐν γραφίδι. Διεζωσμένους ποικίλματα*[95] *ἐπὶ τὰς ὀσφύας αὐτῶν, καὶ τιάραι βαπταὶ ἐπὶ τῶν κεφαλῶν αὐτῶν· ὄψις τρισσὴ*[96] *πάντων, ὁμοία*[97] *υἱῶν Βαβυλῶνος*[98] *Χαλδαίων γῆς πατρίδος αὐτῶν. Καὶ ἐπέθετο ἐπ' αὐτοὺς τῇ ὁράσει ὀφθαλμῶν αὐτῶν.* Καλῶς καὶ λίαν ἁρμοδίως τὸ τῶν εἰδώλων ἀδρανὲς ἐκωμῴδησε, διδάξας, οὐδὲν ἕτερον ὄντα ἢ χρώματα, καὶ σχήματα, καὶ τέχνης ἀποτελέσματα. Τὸ δὲ « ὄψις πάντων τρισσὴ » τὸ πολύμορφον αὐτῶν

quibus conjuncta est. Cum enim meas leges non retinuerit, sed mihi dedicata alios amarit, mea ipsam providentia destitui, tradidique eam illis, quos meæ prætulit societati.

VERS. 10. *Ipsi*, inquit, **864** *discooperuerunt ignominiam ejus, filios et filias ipsorum abstulerunt, et ipsam gladio occiderunt: et sermonibus exposita est inter mulieres, et ultiones fecerunt in ea inter filias.* Ita, inquit, a me projecta didicit experientia, quænam mea sit societas, et quæ amatorum suorum improbitas. Statim enim, ut ipsam in servitutem redegerunt, primum suppliciis illius denudarunt fornicationem: deinde crudelissime et absque ulla misericordia eam interfecerunt, filiosque ipsius et filias bello captos abduxerunt: et omnis civitas ea divulgavit quæ illi acciderunt. *Mulieres* enim per translationem rursus civitates nuncupavit. Neque in ipsam solum crudelitatem hanc adhibuerunt, sed etiam in illius filias: intelligit autem subjectas illi urbes et pagos. Hæc autem sustinuere decem tribus, primum a Theglathphalasare, deinde a Salmanasare, qui fuerunt reges Assyriorum. Ita narratis, quæ ad * Samariam pertinent, ad Hierosolymam orationem transferens, ait:

VERS. 11, 12. *Et vidit soror ejus Ooliba, et corrupit aggressum suum super eam* (Aquila vero *aggressum* interpretatus est *desiderium*), *et fornicationem suam super fornicationem sororis suæ multiplicavit. Ad filios Assyriorum adjuncta est, duces et præfectos qui erant prope eam, et indutos speciosis, equites equitantes in equis, juvenes electos omnes.* Eadem, inquit, Hierosolyma commisit, quæ Samaria: similiter violato fœdere, **865** quod mecum inierat, Syrorum deos mihi anteposuit, quorum societate freta opem meam contempsit. Nam per duces et præfectos initam cum illis innuit societatem.

VERS. 13. *Et vidi*, inquit, *ego quod polluta sit via una duarum.* Paria, inquit, et similia sunt earum instituta.

VERS. 14-16. *Et addidit ad fornicationem suam, et vidit viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum, depictos coloribus, stylo. Accinctos, variegata veste super lumbos eorum, et tiaræ tinctæ super capita eorum: aspectus triplex omnium, similis filiorum Babylonis, Chaldæorum terræ patriæ eorum. Et adjuncta est ad ipsos visione oculorum suorum.* Recte et admodum congruenter idolorum imbecillitatem reprehendit, nihil aliud esse docens, quam colores, et figuras, et artis opificia. Illud autem, « aspectus omnium triplex, » multas ipsorum formas significat. Symmachus vero, « aspectus

VARIÆ LECTIONES.

[86] B αὐτῆς, juxta rec. lect. [87] λάλ. *Hebr.* nomen. [88] εἰς τ. θυγ. Des. in Compl. et in Hebr. [89] ταύτ. B præm. τάς. [90] ἡ. Des. in B. [91] τ. ἐπ. *Hebr.* amorem. [92] ἐπλ. Des. apud LXX. [93] Σύρ. B Ἀσσυρίων. [94] ἐν χρώμ. Des. apud LXX, et duplicem prodit interpretationem. [95] ποικ. *Hebr.* cingulo. [96] τρ. *Hebr.* ducum. [97] Rec. lect. est ὁμοίωμα. [98] Βαβ. Exstat tantum in Compl.

Digitized by Google

prædonum omnium, » interpretatus est. Hos, inquit, cum conspexisset, nihilque aliud cerneret, quam picturæ artis imagines, eorum amavit consuetudinem. Et ubique idolorum innuit cultum.

Et misit, inquit, *nuntios ad eos in terram Chaldæorum.* (VERS. 17.) *Et venerunt ad eam filii Babylonis, ad cubile divertentium, et polluerunt eam fornicatione sua, et polluta est in illis, et recessit* **866** *anima ejus ab eis.* Ipsa enim, inquit, cum illos ut sibi opem ferrent accersivisset, et ex eorum commercio contraxisset impietatem, rursus ab illis defecit : defectionem autem hic non a dæmonibus ait, sed ab ipsis Babyloniis. Joacim enim, et Jechonias, et Sedecias, fœdera, quæ cum Babyloniis percusserant, violarunt.

VERS. 18. *Et revelavit fornicationem suam, et discooperuit turpitudinem suam, et recessit anima mea ab ea, quemadmodum recessit anima mea a sorore ejus.* Conspecta, inquit, impietatis ipsius exsuperantia, mea providentia illam orbavi. Rursus enim secundum allegoriæ speciem, animam posuit : non quia in animam et corpus Numen divisum sit, quod et corporis et compositionis expers est, sed quia humanitus et usitato hominum more loquitur, hominum sese accommodans imbecillitati. Hactenus igitur cum propheta visus est verba facere : deinceps vero, quasi recordatus illius per narrationem eorum quæ ipsa ausa est, ad eam transfert orationem.

VERS. 19. *Et multiplicasti*, inquit, *fornicationem tuam, ut recordareris dierum adolescentiæ tuæ, quibus fornicata es in Ægypto.* Oblivioni, inquit, tradideram, quæ tu in Ægypto deliquisti : verum tu eorum memoriam posterioribus tuis institutis revocasti. Sæpius enim pristinorum peccatorum memoriam refricat improbitatis similitudo. Deinde rursus per allegoriam et translationem idolorum cultum accusat.

VERS. 20, 21. *Et* **867** *adjuncta es ad Chaldæos, quorum carnes ut carnes asinorum, et pudenda equorum pudenda eorum. Et visitasti iniquitatem adolescentiæ tuæ, quæ faciebas in Ægypto in diversorio tuo, ubi ubera adolescentiæ tuæ ceciderunt.* Et cum Chaldæis, inquit, conjuncta, ne Ægyptiaca quidem instituta negligebas, sed et horum et illorum deos colebas. Multam autem ipsorum impietatem, multorumque deorum superstitionem, pudendis equorum et asinorum comparavit : quandoquidem *fornicationem* quoque idolorum cultum vocat. Animæ enim, quæ Deo conjunctæ et dedicatæ sunt, cum deinde eo relicto dæmonum consuetudinem amplectuntur, merito adulteræ nuncupantur.

σημαίνει· ὁ δὲ Σύμμαχος, « ὄψις σκυλευτῶν πάντων » ἡρμήνευσεν. Τούτους, φησὶ, θεασαμένη, καὶ οὐδὲν ἕτερον ὁρῶσα ἢ γραφικῆς τέχνης ἐνδάλματα, τῆς τούτων ἠράσθη συνουσίας· πανταχοῦ δὲ τὴν εἰδωλολατρείαν αἰνίττεται.

Καὶ ἐξαπέστειλεν ἀγγέλους, φησὶ, πρὸς αὐτοὺς εἰς γῆν Χαλδαίων. ιζ'. *Καὶ ἦλθον πρὸς αὐτὴν υἱοὶ Βαβυλῶνος εἰς κοίτην καταλυόντων, καὶ ἐμίαναν αὐτὴν ἐν τῇ πορνείᾳ αὐτῶν· καὶ ἐμιάνθη ἐν αὐτοῖς, καὶ ἀπέστη ἡ ψυχὴ αὐτῆς ἀπ' αὐτῶν.* Αὕτη γὰρ, φησὶν, εἰς ἐπικουρίαν αὐτοὺς μεταπεμψαμένη, καὶ διὰ τῆς πρὸς αὐτοὺς ἐπιμιξίας τὴν ἀσέβειαν δεξαμένη, πάλιν αὐτῶν ἀπέστη· ἀπόστασιν δὲ ἐνταῦθα οὐ τὴν ἀπὸ τῶν δαιμόνων λέγει, ἀλλὰ τὴν ἀπ' αὐτῶν τῶν Βαβυλωνίων· καὶ γὰρ Ἰωακεὶμ, καὶ Ἰεχονίας, καὶ Σεδεκίας τὰς γενομένας αὐτοῖς πρὸς τοὺς Βαβυλωνίους συνθήκας παρέβησαν.

ιη'. *Καὶ ἀπεκάλυψε τὴν πορνείαν αὐτῆς, καὶ ἀπεκάλυψε τὴν ἀσχημοσύνην αὐτῆς, καὶ ἀπέστη ἡ ψυχή μου ἀπ' αὐτῆς, ὃν τρόπον ἀπέστη ἡ ψυχή μου ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς.* Θεασάμενος, φησὶ, τὴν τῆς ἀσεβείας αὐτῆς ὑπερβολὴν, τῆς ἐμῆς αὐτὴν προνοίας ἐγύμνωσα· πάλιν γὰρ κατὰ τὸ τῆς ἀλληγορίας εἶδος τὴν ψυχὴν τέθειται· οὐκ ἐπειδὴ εἰς ψυχὴν καὶ σῶμα τὸ Θεῖον διῄρηται· ἀσώματον γὰρ καὶ ἀσύνθετον· ἀνθρωπίνως δὲ καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις συνήθως ποιεῖται τὴν διάλεξιν, τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀσθενείᾳ συγκαταβαίνων. Μέχρι μὲν οὖν τούτων πρὸς τὸν προφήτην ἐδόκει ποιεῖσθαι τοὺς λόγους· ἐντεῦθεν δὲ λοιπὸν, ὥσπερ εἰς μνήμην ἐλθὼν διὰ τῆς διηγήσεως τῶν ὑπ' αὐτῆς τετολμημένων, πρὸς αὐτὴν μεταφέρει τὸν λόγον.

ιθ'. *Καὶ ἐπληθύνας*[2], φησὶ, *τὴν πορνείαν σου, τοῦ ἀναμνῆσαι ἡμέρας νεότητός σου, ἐν αἷς ἐπόρνευσας ἐν Αἰγύπτῳ.* Λήθῃ, φησὶν, παρεδεδώκειν τὰς ἐν Αἰγύπτῳ σου πλημμελείας· ἀλλὰ τούτων τὴν μνήμην διὰ τῶν δευτέρων ἐπιτηδευμάτων ἀνθῆσαι πεποίηκας. Οἶδε γὰρ πολλάκις προτέρων ἀναμιμνήσκειν ἁμαρτημάτων ἡ τῆς παρανομίας ταυτότης. Εἶτα πάλιν ἀλληγορικῶς καὶ τροπικῶς τὴν τῆς εἰδωλολατρείας ποιεῖται κατηγορίαν.

κ', κα'. *Καὶ ἐπέθου*[3] *ἐπὶ τοὺς Χαλδαίους, ὧν ὡς σάρκες ὄνων αἱ σάρκες αὐτῶν, καὶ αἰδοῖα*[4] *ἵππων τὰ αἰδοῖα αὐτῶν. Καὶ ἐπεσκέψω τὴν ἀνομίαν τῆς νεότητός σου, ἃ ἐποίεις ἐν Αἰγύπτῳ ἐν τῷ καταλύματί σου, οὗ μαστοὶ τῆς νεότητός σου ἔπεσον*[5]. Καὶ τοῖς Χαλδαίοις, φησὶ, μιγνυμένη, οὐδὲ τῶν Αἰγυπτιακῶν ἐπιτηδευμάτων ἠμέλεις· ἀλλὰ καὶ τοὺς τούτων, καὶ τοὺς ἐκείνων θεοὺς ἐθεράπευες. Τὴν δὲ πολλὴν αὐτῶν ἀθεΐαν τε καὶ πολυθεΐαν αἰδοίοις ἵππων καὶ ὄνων ἀπείκασεν· ἐπειδὴ καὶ *πορνείαν* τὴν εἰδωλολατρείαν καλεῖ· αἱ γὰρ Θεῷ συνημμέναι καὶ ἀνακείμεναι ψυχαὶ, εἶτα τοῦτον καταλιπάνουσαι, καὶ τὴν τῶν δαιμόνων ἀσπαζόμεναι συνουσίαν, εἰκότως μοιχεύτριαι χρηματίζουσι.

VARIÆ LECTIONES.

[1] ὄψ σκυλ. π. Ita Drusius ad h. l., sed Montf. in Hexapl. aliam Symmacho tribuit interpretationem, scilicet εἰδέα τριστατῶν πάντων. [1] B ἀνθρώποις. [2] ἐπλ. κ. τ. λ. *Hebr.* multiplicavit, etc. [3] ἐπ. — Χαλδ. *Hebr.* Et flagravit amore amasiorum suorum (priorum). [4] αἰδ. *Hebr.* fluxus. [5] Ἐπ. Des. in Hebr.

Digitized by Google

κβ'-κδ'. *Διὰ τοῦτο τάδε*[6] *λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐξεγείρω τοὺς ἐραστάς σου ἐπὶ σὲ, ἀφ' ὧν ἀπέστη ἡ ψυχή σου ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἐπάξω αὐτοὺς ἐπὶ σὲ κυκλόθεν. Τοὺς υἱοὺς Βαβυλῶνος, καὶ πάντας τοὺς Χαλδαίους, Φακοὺμ*[7]*, καὶ Σοὺδ, καὶ Κοὺδ, καὶ πάντας υἱοὺς Ἀσσυρίων μετ' αὐτῶν, νεανίσκους ἐπιλέκτους, ἡγουμένους καὶ στρατηγούς· πάντας τριστάτας*[8] *καὶ ὀνομαστοὺς, ἱππεύοντας ἐφ' ἵππων. Καὶ ἥξουσιν ἐπὶ σὲ πάντες ἀπὸ βορρᾶ*[9] *μεθ'* [10] *ὅπλων, καὶ ἁρμάτων, καὶ τροχῶν, καὶ πλήθους λαῶν· καὶ θώρακας, καὶ ἀσπίδας, καὶ περικεφαλαίας περιθήσονται ἐπὶ σὲ, καὶ βαλοῦσιν ἐπὶ σὲ φυλακὴν*[11] *κύκλῳ.* Δι' αὐτῶν, φησὶ, μαθήσῃ τῶν πραγμάτων, τίς μὲν ἐγὼ, τίνες δὲ οἱ ἐρασταί σου· ἐγὼ μὲν γὰρ καταφρονηθεὶς ὑπὸ σοῦ μακροθυμῶν διετέλεσα· οὗτοι δὲ παραυτίκα τὴν σὴν ἀπόστασιν μαθόντες, μετὰ παντοδαπῆς ἀφίξονται πανοπλίας, ἵπποις καὶ ἅρμασι κεχρημένοι, καὶ τοὺς ὑπηκόους ἅπαντας ἐπαγόμενοι, καὶ χαρακώμασι τὰς σὰς ἀποτειχίσουσιν εἰσόδους. Τοῦτο γὰρ ἐσήμηνεν εἰρηκώς· « Βαλοῦσιν[12] ἐπὶ σὲ φυλακὴν κύκλῳ. » Εἶτα ἐπιφέρει·

A

B

Καὶ δώσω πρὸ προσώπου αὐτῶν κρῖμα, καὶ ἐκδικήσουσί σε ἐν τοῖς κρίμασιν αὐτῶν. (κε'.) *Καὶ δώσω τὸν ζῆλόν μου ἐν σοὶ, καὶ ποιήσουσι μετὰ σοῦ ἐν ὀργῇ θυμοῦ μου* [13]. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκείνους τῆς ἐμῆς προετίμησας προμηθείας, δι' αὐτῶν ἐκείνων πράξομαί σε δίκας τῆς εἰς ἐμὲ παρανομίας, καὶ τοῖς ἐκείνων σε παραδώσω κολαστηρίοις. Διηγεῖται δὲ καὶ τῆς τιμωρίας τὰ εἴδη.

Τοὺς μυκτῆράς σου, καὶ τὰ ὦτά σου ἀφελοῦσι, καὶ τοὺς καταλοίπους σου ἐν ῥομφαίᾳ καταβαλοῦσιν· αὐτοὶ τοὺς υἱούς σου καὶ τὰς θυγατέρας σου λήψονται, καὶ τοὺς καταλοίπους σου καταφάγεται πῦρ. (κς'.) *Καὶ ἐκδύσουσί σε τὸν ἱματισμόν σου, καὶ λήψονται τὰ σκεύη τῆς καυχήσεώς σου.* Τοὺς μὲν γὰρ, φησὶ, δορυαλώτους ἀποίσουσι, τοὺς δὲ ἐν τῇ παρατάξει κατακοντίσουσι, τοὺς δὲ ἀκροτηριάσουσιν ἀπηνίᾳ καὶ ὠμότητι χρώμενοι· τὰ δὲ προσήκοντά σοι πάντα ληΐσονται, καὶ πυρὶ τὰ πλεῖστά σου παραδώσουσι. Δείκνυσι δὲ καὶ τὴν ἐκ τῆς τιμωρίας ἐσομένην ὠφέλειαν.

C

Καὶ ἀποστρέψω τὰς ἀσεβείας σου ἐκ σοῦ, καὶ τὴν πορνείαν σου τὴν ἐκ γῆς Αἰγύπτου οὐ [14] *μὴ μνησθῇς ἔτι.* Ἐν γὰρ ἐκείνοις γενομένη τοῖς κακοῖς, ἐν αἰσθήσει γενήσῃ τῆς οἰκείας παρανομίας, καὶ βδελύξῃ λίαν ἐκεῖνα τὰ τῆς συμφορᾶς σοι ταύτης γενόμενα πρόξενα.

D

Καὶ, κθ'. Διότι τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ παραδίδωμί σε εἰς χεῖρας ὧν μισεῖς, ἀφ' ὧν ἀπέστη ἡ ψυχή σου ἀπ' αὐτῶν. κθ'. *Καὶ ποιήσουσιν ἐν σοὶ ἐν μίσει, καὶ λήψονται πάντας τοὺς πόνους σου καὶ τοὺς μόχθους*

Vers. 22-24. *Propterea hæc dicit Adonai Dominus: Ecce ego excito amatores tuos contra te, a quibus defecit anima tua, et adducam eos ad te in circuitu; filios Babylonis, et omnes Chaldæos, Phacum, et Sud, et Cud, et omnes filios Assyriorum cum ipsis: juvenes electos, duces et præfectos, omnes regios satellites, et fama illustres, vectos equis. Et venient contra te omnes ab aquilone cum armis, et curribus, et rotis, et multitudine populorum, et thoracas, et clypeos, et galeas circumponent super te, et jacient super te custodiam in circuitu.* Ex ipsis, inquit, rebus percipies, quisnam ego sim, et quinam amatores tui sint. Ego enim a te neglectus longanimitatem adhibui: isti autem, **868** simul atque tuam defectionem didicerint, cum omni armorum apparatu advenient, equis et curribus instructi, subjectosque sibi omnes adducentes, vallisque et aggeribus tuos aditus intercludent. Hoc enim significavit, cum dixit: « Jacient super te custodiam in circuitu. » Deinde adjicit:

Et dabo ante faciem ipsorum judicium, et vindicabunt te judiciis suis. (Vers. 25.) *Et dabo zelum meum in te, et facient tecum in ira furoris mei.* Quia enim illos meæ providentiæ prætulisti, per eosdem illos eorum quæ in me deliquisti a te pœnas exigam, ipsorumque te tradam judiciis. Suppliciorum autem genera recenset.

Nares tuas et aures tuas auferent, et reliquos tuos gladio dejicient: ipsi filios tuos et filias tuas capient, et reliquos tuos devorabit ignis. (Vers. 26.) *Et exuent vestimentum tuum, et capient vasa gloriationis tuæ.* Alios enim bello captos abducent, inquit, alios in prælio jaculis confodient, aliis extremas partes summo odio et crudelitate amputabunt, et omnia quæ ad te pertinent prædabuntur, et igne plurimas res tuas consument. Ostendit vero etiam ex crudelitate futuram utilitatem.

Vers. 27. *Et avertam impietates tuas a te, et fornicationis tuæ de terra Ægypti non recordaberis amplius.* In illis enim malis cum versaberis, tua scelera senties, et admodum ea abominaberis, quæ calamitatem istam tibi conciliarint.

Vers. 28, 29. *Quia hæc dicit Adonai Dominus: Ecce ego trado te in manus eorum quos odisti, a quibus* **869** *defecit anima tua. Et facient tecum ex odio, et capient omnes labores tuos et defatigationes tuas: et eris nuda et ignominiosa, et revelabitur*

VARIÆ LECTIONES.

[6] τάδε. Deest Ὀολιβά, quod præcedit apud LXX et in Hebr. [7] Φακ.— Κούδ. Aliter ol LXX. [8] τριστ. Ita Compl. Alii τρισσούς, minus bene. [9] ἀπὸ βορρᾶ. Des. in Hebr. [10] μεθ' — κύκλῳ. Ita fere Compl. [11] φυλ. In B ponitur ante ἐπὶ σέ. [12] B καλοῦσιν. [13] θυμ. μου. Des. in Hebr. [14] οὐ. Des. ea quæ apud LXX præc. καὶ οὐ μὴ ἄρῃς τοὺς ὀφθαλμούς σου ἐπ' αὐτοὺς, καὶ Αἰγύπτου.

Digitized by Google

ignominia fornicationis tuæ et impietatis tuæ. Amore, inquit, Chaldæorum capta rursus eos odisti: verum ego istis te tradam, per quos a te pœnas exigam et supplicia, quibus totam impietatem tuam nudam indicabo. Discent enim ii, qui tuas conspexerint calamitates, earum causam tuam fuisse iniquitatem. Idcirco merito subjecit :

σου, καὶ ἔσῃ γυμνὴ καὶ ἀσχημονοῦσα· καὶ ἀποκαλυφθήσεται ἡ ἀσχημοσύνη τῆς πορνείας σου καὶ τῆς ἀσεβείας σου. Ἐρασθεῖσα, φησὶ, τῶν Χαλδαίων, πάλιν αὐτοὺς ἐμίσησας, ἀλλ' ἐγὼ τούτοις σε παραδώσω, καὶ διὰ τούτων σὲ δίκας τῆς τιμωρίας[15] εἰσπράξομαι, καὶ διὰ τῆς τιμωρίας γυμνὴν ἅπασαν ὑποδείξω σου τὴν ἀσέβειαν· μαθήσονται γὰρ οἱ τὰς σὰς θεώμενοι συμφορὰς, αἰτίαν τούτων τὴν σὴν γενομένην παρανομίαν. Διὸ εἰκότως ἐπήγαγεν·

Vers. 30. *Fornicatio tua fecit tibi hæc, cum ambulares post gentes, et polluereris cogitationibus earum.* Secuta es, inquit, gentium instituta, quæ suis innixæ rationibus impietatem excogitarunt. Non solum autem aliarum, ait, gentium imitata es impietatem, sed etiam :

λ'. Ἡ πορνεία σου· ἐποίησέ σοι ταῦτα ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαί[16] σε ὀπίσω τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐμιάνθης ἐν τοῖς ἐνθυμήμασιν αὐτῶν. Ἠκολούθησας, φησὶ, τοῖς τῶν ἐθνῶν ἐπιτηδεύμασιν, ἃ τοῖς οἰκείοις χρώμενα λογισμοῖς ἐπενόησε τὴν ἀσέβειαν· οὐ μόνον δὲ, φησὶ, τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἐμιμήσω τὴν ἀσέβειαν, ἀλλὰ καὶ·

Vers. 31. *In via sororis tuæ ambulasti, et dabo ego calicem ejus in manus tuas.* Quæcunque sustinuit, inquit, Samaria, eadem tu quoque subibis. Calicem enim supplicium vocavit, utpote quod gravedinem et ebrietatem bibentibus infert.

λα'. Ἐν τῇ ὁδῷ τῆς ἀδελφῆς σου ἐπορεύθης, καὶ δώσω ἐγὼ τὸ ποτήριον αὐτῆς εἰς τὰς χεῖράς σου. Ἃ πέπονθε, φησὶν, ἡ Σαμάρεια, ταῦτα καὶ σὺ πεῖσῃ· ποτήριον γὰρ τὴν τιμωρίαν ἐκάλεσεν, ὡς κάρον καὶ μέθην τοῖς πίνουσιν ἐμποιοῦσαν.

Vers. 32-34. *Hæc dicit Adonai Dominus : Calicem sororis tuæ bibito profundum et latum, et erit in risum et subsannationem abundantem. Ut perficiat ebrietatem, et dissolutione repleberis, calicem perditionis et deletionis, calicem sororis tuæ Samariæ. Et bibes eum, et exhauries fæces, et testas ipsius* **870** *devorabis, et ubera tua dilacerabis.* Profundum calicem vocavit ob calamitatis magnitudinem : latum autem, propter septuaginta annorum tempus. Deletionis vero calicem nuncupavit, propter solitudinem, quæ urbem occupaverat : et illud « exhauries fæces » apposuit, quia extremam pertulit obsidionem : testasque ipsam devoraturam, dixit, propter extrema, in quæ incidit mala ; et ubera dilaceraturam propter pœnitentiam, quam paritura essent. « Et celebritates tuas, inquit, et neomenias tuas avertam, quia ego locutus sum, dicit Adonai Dominus. » Omnem publicum conventum tuum, omnemque lætitiam exstinguam, et imponam verbis finem : verus enim sum, et mendacii expers Dominus.

λβ'–λδ'. Τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος, Τὸ ποτήριον τῆς ἀδελφῆς σου πίσαι τὸ βαθὺ, καὶ τὸ πλατὺ, καὶ ἔσται[17] εἰς γέλωτα καὶ εἰς[18] μυκτηρισμὸν τὸ πλεονάζον. Τοῦ συντελέσαι μέθην[19], καὶ ἐκλύσεως πλησθήσῃ, ποτήριον ἀφανείας καὶ[20] ἀφανισμοῦ, ποτήριον ἀδελφῆς σου Σαμαρείας. Καὶ[21] πιῇ αὐτὸ, καὶ ἐκστραγγιεῖς, καὶ τὰ ὄστρακα αὐτοῦ κατατρώξεις, καὶ τοὺς μαστούς σου κατατιλεῖς. Βαθὺ τὸ ποτήριον ἐκάλεσε, διὰ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς· πλατὺ δὲ, διὰ τὸν τῶν ἑβδομήκοντα ἐτῶν χρόνον· ἀφανισμοῦ δὲ ποτήριον ὠνόμασε, διὰ τὴν γενομένην ἐρημίαν τῇ πόλει· τὸ δὲ « ἐκστραγγιεῖς » προστέθεικεν, ἐπειδὴ τελευταίαν[22] τὴν πολιορκίαν ὑπέμεινε, καὶ τὰ ὄστρακα δὲ αὐτὴν ἔφη κατατρώξειν, διὰ τὸ ἐσχάτοις περιπεσεῖσθαι κακοῖς· τοὺς δὲ μαστοὺς κατατιλεῖν, διὰ τὴν ἐκ τῶν κακῶν γενομένην μεταμέλειαν. « Καὶ[23] τὰς ἑορτάς σου, φησὶ, καὶ νουμηνίας[24] σου ἀποστρέψω, διότι ἐγὼ λελάληκα, λέγει Ἀδωναῖ Κύριος. » Πᾶσάν σου πανήγυριν, καὶ πᾶσαν θυμηδίαν κατασβέσω, καὶ ἐπιθήσω τοῖς λόγοις τὸ τέλος· ἀληθὴς γάρ εἰμι, καὶ ἀψευδὴς Δεσπότης.

Vers. 35. *Propterea hæc dicit Adonai Dominus : Eo quod oblita es mei, et projecisti me post corpus tuum, et tu cape impietatem tuam, et fornicationem tuam.* Quia cultui meo corporis voluptates anteposuisti, suscipe, inquit, intemperantiæ præmia. Per hæc autem innuit, fundamentum impietatis scelera fuisse : inservientes enim voluptatibus in idolorum prolapsi sunt cultum.

λε'. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Ἀδωναῖ Κύριος, Ἀνθ' ὧν ἐπελάθου μου, καὶ ἀπέῤῥιψάς με ὀπίσω τοῦ σώματός[25] σου, καὶ σὺ λάβε τὴν ἀσέβειάν σου, καὶ τὴν πορνείαν σου. Ἐπειδὴ προετίμησας τῆς ἐμῆς θεραπείας τὰς τοῦ σώματος ἡδονὰς, δέξαι, φησὶ, τῆς ἀκολασίας τὰ ἐπίχειρα. Αἰνίττεται δὲ διὰ τούτων, ὡς ὑποβάθρα τῆς ἀσεβείας ἡ παρανομία γεγένηται· ταῖς γὰρ ἡδοναῖς δουλεύοντες εἰς τὴν τῶν εἰδώλων λατρείαν ἐξεκυλίσθησαν.

VARIÆ LECTIONES.

[15] τιμ. B ἀσεβείας. [16] B ἐκπορνεῦσαι; juxta rec. lect. *Hebr.* quia polluta es per idola eorum. [17] ἔτται. *Hebr.* eris. [18] εἰς. Des. in B. [19] τ. συντ. μεθ. Ad vers. 32 ista pertinent juxta LXX. [20] ἀφ. καί. Des. apud LXX. [21] καὶ — κατατ. Ita fere Compl. juxta Hebr. [22] B τελευταία. [23] καὶ — ἀποστρ. Des. in Hebr. [24] νουμ. B præm. τάς. [25] τ. σώμ. *Hebr.* post tergum tuum.

Digitized by Google

λς'. *Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς μὲ, Υἱὲ ἀνθρώπου,* A *εἰ*[26] *κρινεῖς τὴν Ὀολλὰν καὶ τὴν Ὀολιβὰν, καὶ ἐπαγγελεῖς*[27] *αὐταῖς τὰς ἀνομίας αὐτῶν ; Ὅτι ἐμοιχῶντο, καὶ αἷμα ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, καὶ ἐν τοῖς ἐνθυμήμασιν αὐτῶν ἐμοιχῶντο, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν, ἃ ἐγέννησάν μοι, διῆγον αὐτὰ αὐτοῖς διὰ πυρός*[28]. Τὸ *εἰ κρινεῖς ;* οἱ ἄλλοι ἑρμηνευταὶ *κρίθητι* ἡρμήνευσαν· τὸ ἐμὸν, φησὶν, ἀναλαβὼν πρόσωπον, ὦ προφῆτα, ποίησαι τὴν κρίσιν πρὸς τὴν Σαμάρειαν καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ διέλεγξον αὐτῶν τὰς παρανομίας, ὅπως μὲν ἐμὲ καταλιμπάνουσαι τοῖς εἰδώλοις ἐμίγνυντο· ὅπως δὲ τὰ ὑπ' ἐμοῦ αὐτοῖς παρεχόμενα τέκνα, θυσίαν ἐκείνοις προσέφερον, τῶν ἐμῶν νόμων καταφρονοῦντες, καὶ τὰ Σάββατά μου βεβηλοῦντες. Τοῦτο γὰρ ἐπήγαγεν·

λη'. *Ἕως καὶ ταῦτα ἐποίησάν μοι, ἐμίαιναν* B *τὰ ἁγιά μου ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ τὰ Σάββατά μου ἐβεβήλουν.* Εἶτα διδάσκει τῆς βεβηλώσεως τρόπον.

λθ'. *Καὶ ἐν τῷ σφάζειν αὐτοὺς τὰ τέκνα αὐτῶν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, καὶ*[29] *εἰσπορεύεσθαι αὐτοὺς εἰς τὰ ἁγιά μου ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐβεβήλουν αὐτά.* Πολλὴ δὲ ἡ τῆς ἀσεβείας ὑπερβολή. Πρῶτον μὲν γὰρ αὐτῶν τὸ σφάζειν τοὺς παῖδας ὅρος ἔσχατος ἀσεβείας· τὸ δὲ καὶ τοῖς δαίμοσι τὰ τοιαῦτα προσφέρειν σφάγια, πάλιν ἐπίτασις τοῦ κακοῦ· τὸ δὲ καὶ ἐν Σαββάτῳ ταῦτα τολμᾷν, ἐν ᾧ καὶ ἡ ἀναγκαία ἀπείρητο ἐργασία, μείζονα πολλῷ δείκνυσι τὴν ἀσέβειαν· τὸ δὲ καὶ μετὰ τὴν τοιαύτην ἐργασίαν τῶν θείων ἐπιβαίνειν προθύρων, ποίας ἀσεβείας ὑπερβολὴν καταλείπει ; Διὸ καὶ τελευταῖον αὐτὸ τέ- C θεικεν, καὶ προστέθεικε πάλιν· « Καὶ ἰδοὺ οὕτως ἐποίουν ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου μου. » Ταύτην, φησὶ, τὴν ἀσέβειαν ἐν τῷ ἀφιερωμένῳ[30] τετολμήκασιν οἴκῳ.

μ'. *Καὶ ἔπεμπον τοῖς ἀνδράσι τοῖς ἐρχομένοις μακρόθεν· οἷς ἀγγέλους ἐξαπέστελλον πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἄμα τῷ ἔρχεσθαι αὐτοὺς εὐθὺς ἐλούου, καὶ ἐστιβίζου τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἐκόσμου κόσμῳ. Καὶ ἐκάθου ἐπὶ κλίνης ἐστρωμένης, καὶ τράπεζι κεκοσμημένῃ ἔμπροσθεν αὐτῆς.* Πάντα τὰ εἰρημένα ὡς ἐπὶ γυναικὸς ἑταίρας διέγραψε· σημαίνει δὲ τήν τε γενομένην πρὸς τοὺς Ἀσσυρίους καὶ Χαλδαίους αὐτοῖς συμμαχίαν, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἐπεισαχθεῖσαν ἀσέβειαν. Παραδηλοῖ δὲ καὶ τοὺς ἐν ταῖς τῶν δαιμόνων ἑορταῖς καλλωπισμοὺς, χλιδὰς, καὶ ἱματίων ἐναλλαγὰς, καὶ τ' ἄλλα πάντα ὅσα ἐν ταῖς τοιαύταις ποιεῖν εἰώθεισαν πανηγύρεσι. Τοῦτο δὲ σημαίνει καὶ τὰ ἐπιφερόμενα· « Καὶ τὸ θυμίαμά μου, καὶ τὸ ἔλαιόν μου ἐτίθης ἔμπροσθεν αὐτῶν[31]. Τουτέστι, τῶν εἰδώλων.

μβ'. *Καὶ*[32] *ηὐφραίνοντο ἐν αὐτοῖς.* Εὐφροσύνη γὰρ τῶν δαιμόνων ἡ τῶν ἀνθρώπων ἀπώλεια. Πρὸς δὲ τούτοις φησίν· « Καὶ[33] φωνὴν ἁρμονίας ἀν-

VERS. 36, 37. *Et dixit Dominus ad me : Fili hominis, num judicabis Oollam et Oolibam, et annuntiabis eis scelera earum ? Quia adulterium committebant, et sanguis in manibus earum, et in cogitationibus suis adulterium committebant, et filios suos, quos genuerunt mihi, illis traduxerunt per ignem.* Illud, *num judicabis ?* alii interpretes exposuerunt, *judicator.* Mea, **871** inquit, suscepta persona, o propheta, fac judicium de Samaria et Hierosolyma, earumque scelera redarguito : quomodo scilicet me relicto cum * idolis commisti sint, filiosque qui a me illis concedebantur, in sacrificium illis obtulerint leges meas aspernantes, meaque Sabbata profanantes. Hoc enim subjecit :

VERS. 38. *Quoad et ista fecerunt mihi, polluebant sancta mea die illo, et Sabbata mea profanabant.* Tum docet profanationis modum.

commemorem, quæ de Ægyptiorum ac Syrorum regibus vaticinatus est? quantas sibi illi mutuo clades illaturi, et pacis postmodum fœdera, et connubiorum jura ac necessitudinis, tum bella rursus post factam reconciliationem implacabilia? Qui igitur hæc omnia et prænovit et prædixit, eorumque memoriam litteris commendatam reliquit, quomodo non impium ac nefarium sit, si quis hunc a prophetarum exterminet cœtu? Si enim hæc a prophetia sunt aliena, quænam erunt propria prophetiæ? Quod si propterea quod propriæ orationi non præponit, Hæc dicit Dominus, idcirco e prophetarum choro exemptum volunt: nobis dicant, quid tale dixerit Abraham patriarcha, qui ab **1058** omnium rerum auctore Deo propheta nuncupatus est. De Abrahamo enim dictum est: «Et nunc redde uxorem viro, quia propheta est, et orabit pro te, et salvaberis tu et omnis domus tua [h].» Beatus item David de ipso, et filio, ac nepote ait: « Et corripuit pro eis Deus reges, dicens: Nolite tangere unctos meos, et in prophetas meos nolite maligni esse [i]. » Maximus quoque propheta Samuel, ille a puero æduituus, non quemadmodum alii prophetæ visionem habet prophetiæ: sed ipse etiam vel per somnia, vel per quædam sibi interdiu divinitus revelata, prænoscendi, intelligendi, et prædicendi munere donatus est. Cum illis igitur palam contendite, eosque e prophetarum cœtu aperte ejicite. Quod si in illos debacchari veremini, in hunc quoque cavete, ne calumniam inferatis. Propheta est enim, et propheta, qui summo studio et cupiditate futurorum cognitionem est adeptus, sudore et laboribus, jejunio et afflictione futura edoctus: quique non ea modo, quæ solis Judæis eventura essent, sed etiam quemadmodum res communes in toto orbe terrarum administrandæ forent, et prænovit, et præsignificavit. Considerate itaque, anne admodum injustum sit, Abdiam, qui mala in Idumæos **1059** invasura duntaxat prædixerit, et Jonam, atque Nahumum de una tantum civitate Ninive vaticinatos, ascribere in numerum prophetarum: at beatum Danielem, qui non de una civitate, aut de exigua natione, sed de maximis regnis, Chaldaico, Persico, Macedonico, Romano, et de iis, quæ ab ipsis sigillatim gesta sunt, prænuntiarit, propheticо cognomine defraudare, et a divini Spiritus beneficio alienum asserere. Atqui oportebat vos vel iniquissimos judices pudore aliquo perfundi per Nabuchodonosorem impium illum,

[h] Gen. xx, 7. [i] Psal. cv, 14, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[43] B βασιλέως. [43] B ἀλλήλους. [44] B εἰρηκότα. [45] τίνα. B ποῖα τῆς. [46] περὶ — ἐλέχθη. B τῷ (cod. τὸ) γὰρ Ἀβιμέλεχ φησί. [47] ἐλ. Expungendum fuit φησί, quod in edit. Sirm. sequebatur. [48] ἀνδρί. Loco cit. est ἀνθρώπῳ. [49] σωθ. — οἶκ. σου. Loco cit. est ζήσῃ. [50] πᾶς ὁ. Des. in B. [51] ὁ Θεός. In B ponitur post βασιλεῖς. [52] πον. Supra, tom. I, p. 1546, erat, πονηρεύσεσθε. [53] ἔχ. πρ. Des. in B. [54] B μεσημβρινῶν, [55] B ἐνίας. [56] B κατὰ τοῦδε. [57] οὐ τίνα. [58] ἀλλά. B præm. ἅπερ ἔνιοι τῶν προφητῶν προειρήκασιν. [59] οἰκονομ. B κατηχουμίαν. [60] τά. B præm. τόν. [61] τοὺς — κακά. Pro Ἰουδαίους ex B substituimus Ἰδουμαίους, quæ sine dubio est vera lectio. Mutari quoque debuit verborum positus, qui in edit. Sirm. ita se habebat: τὰ καταλ. κακὰ τοὺς Ἰουδ. μόνον.

Digitized by Google

agrestem, barbarum, divinis mysteriis minime initiatum, qui de Daniele exclamans ita loquitur : « Quia Spiritus Dei sanctus est in ipso i. » Etenim revera divini Spiritus munus erat, et somnium illud, quod alius conspexerat, sed memoria non tenebat, enarrare, et ejusdem accuratam ac veram interpretationem afferre. Vos vero ne hac quidem re adduci potestis ut in prophetam desinatis insanire, sed per prophetam prophetæ Domino repugnatis. At propheta ipse nihil vestris machinis lædetur, quem prophetam divina volumina demonstrant, cujusque præcognitio prædictionis confirmatur eventu. Verum enimvero nos nunc res ipsas cernentes, antiqua illa intelligimus oracula, et ab ipsis rebus ducti facile comprehendimus rerum eventum : vos autem insaniam vestram etiam per hæc declaratis. Et nos nunc summatim vestram impudentiam redarguimus : at singularum rerum interpretatio amentiam **1060** vestram evidentius confutabit. Age itaque, cum et pro nobis idonea defensione usi simus, et Judæos abunde accusaverimus : primum prophetiæ declaremus argumentum, deinde verborum interpretationem aggrediamur. Post Josiam (fuit autem hic pius rex) in Judæa regnavit ejus filius Joachaz, per menses tres totos ac dies paucos. Duplex autem huic nomen fuit. In libris enim Regum et Paralipomenon Joachaz appellatur [k] : sed beatus Jeremias propheta ipsum Selim vocat. Hunc bello captum Ægypti rex Pharao Nechao in Ægyptum captivum abduxit, et in ejus locum Eliacimum fratrem ejus regem suffecit, et Joacimum nuncupavit. Regnavit hic annos undecim, menses paucos insuper. Regni ejus anno tertio Nabuchodonosor Babyloniorum * rex cum exercitu profectus, haud paucos ex iis qui generis nobilitate præstarent, bello cepit, nonnulla sacra vasa divinis tantum usibus dedicata corripuit, impositoque ipsi Joacimo tributo Babylonem se recepit. Deinde cum ille imperatum tributum nollet persolvere, rursus ad Hierosolymam adduxit **1061** exercitum, captaque urbe, et Joacimo interfecto, pro eo regem creat illius filium, a Judæis itidem Joacim vocatum, sed mutato nomine rursus Eliacim nuncupatum. Atque hunc beatus Jeremias propheta Jechoniam nominat. « Vivo enim ego, inquit, dicit Dominus, si fuerit Jechonias, filius Joacimi regis Judæ, sigillum in manu

δυσσεβῆ, τὸν θηριώδη, τὸν βάρβαρον, τὸν τῶν θείων ἀμύητον, βοῶντα περὶ τοῦ Δανιὴλ, καὶ λέγοντα· « Ὅτι Πνεῦμα Θεοῦ ἅγιόν ἐστιν ἐν αὐτῷ. » Καὶ γὰρ τῷ ὄντι τοῦ θείου Πνεύματος ἔργον ἦν, καὶ τὸ ἐνύπνιον εἰπεῖν, ὃ ἕτερος θεασάμενος ἐπελήσθη [65], καὶ τούτου δηλῶσαι τὴν ἑρμηνείαν ἀκριβῶς τε καὶ ἀληθῶς. Ὑμᾶς δὲ οὐδὲ τοῦτο πείθει τὴν κατὰ τοῦ προφήτου καταλῦσαι μανίαν, ἀλλὰ διὰ τοῦ προφήτου τῷ τοῦ προφήτου πολεμεῖτε Δεσπότῃ. Ἀλλ' ὁ μὲν προφήτης οὐδὲν ἐκ τῶν ὑμετέρων βλαβήσεται τεχνασμάτων· προφήτην γὰρ αὐτὸν δείκνυσι τὰ θεῖα συγγράμματα, βεβαιοῖ δὲ τὴν πρόγνωσιν καὶ τὸ τῆς προρρήσεως τέλος. Ἀλλὰ [63] γὰρ νῦν ὁρῶντες τὰ πράγματα νοοῦμεν ἐκεῖνα τὰ παλαιὰ θεσπίσματα, καὶ ὑπ' αὐτῶν ποδηγούμενοι τῶν πραγμάτων ῥᾳδίως λαμβάνομεν τὴν τῶν πραγμάτων [64] κατάληψιν· ὑμεῖς δὲ τὴν οἰκείαν παροινίαν [65] καὶ διὰ τούτων δηλοῦτε. Ἀλλὰ νῦν μὲν ἐν κεφαλαίῳ τῆς ὑμετέρας ἀναιδείας τοὺς ἐλέγχους ἐποιησάμεθα· ἡ δὲ κατὰ μέρος ἑρμηνεία ἐναργέστερον ὑμῶν ἐλέγξει [66] τὴν ἄνοιαν. Φέρε τοίνυν, τήν τε ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν ἀπολογίαν, καὶ τὴν Ἰουδαίων κατηγορίαν ἀποχρώντως ποιησάμενοι, τὴν τῆς προφητείας ὑπόθεσιν δήλην πρότερον καταστήσωμεν, εἶθ' οὕτως τῆς κατὰ λέξιν ἑρμηνείας ἁψώμεθα. Μετὰ [67] τὸν Ἰωσίαν (εὐσεβὴς δὲ οὗτος γεγένηται βασιλεὺς) ἐβασίλευσε τῆς Ἰουδαίας Ἰωάχαζ, ὁ υἱὸς αὐτοῦ, τρεῖς μῆνας [68] ὅλους καὶ ὀλίγας ἡμέρας· διώνυμος δὲ οὗτος ἦν· ἐν μὲν γὰρ ταῖς Βασιλείαις, καὶ τοῖς Παραλειπομένοις [69], Ἰωάχαζ ὀνομάζεται· ὁ δὲ μακάριος Ἱερεμίας [70] αὐτὸν ὁ προφήτης Σελὴμ προσαγορεύει. Τοῦτον δορυάλωτον ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς Φαραὼ Νεχαὼ λαβὼν [71], αἰχμάλωτον εἰς τὴν Αἴγυπτον ἀπήγαγεν· ἐχειροτόνησε δὲ ἀντ' αὐτοῦ βασιλέα Ἐλιακεὶμ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ Ἰωακεὶμ αὐτὸν προσηγόρευσεν. Ἐβασίλευσε δὲ οὗτος ἓν καὶ δέκα ἔτη πρὸς ὀλίγοις μησίν. Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς τούτου βασιλείας ἐπιστρατεύσας Ναβουχοδονόσορ, ὁ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεὺς, ἔλαβε μὲν οὐκ ὀλίγους δορυαλώτους τῶν ἐπ' εὐγενείᾳ λαμπρυνομένων· ἔλαβε δὲ καὶ ἕνια τῶν ἱερῶν σκευῶν τῶν ταῖς θείαις λειτουργίαις ἀφιερωμένων· δασμὸν δέ τινα ἐπιθεὶς τῷ Ἰωακεὶμ ἀπῆρεν εἰς τὴν [72] Βαβυλῶνα. Εἶτα, τούτου [73] τὸν ὁρισθέντα [74] φόρον ἐκτῖσαι μὴ βουλομένου, πάλιν ἐπεστράτευσε τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ τὴν πόλιν ἑλὼν, καὶ τοῦτον ἀνελὼν, καθίστησιν ἀντ' αὐτοῦ βασιλέα τὸν ἐξ αὐτοῦ, Ἰωακεὶμ [75] μὲν ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ὀνομασθέντα, Ἐλιακεὶμ [76] δὲ πάλιν

i Dan. IV, 5, 6. k IV Reg. XXIII, 1 sqq.; II Par. XXXVI, 1 sqq.

VARIÆ LECTIONES.

[63] ἐπ. Ita B pro ἀπελήσθη, ut hab. Sirm. [63] ἀλλά. B αὐτά. [64] πρ. B γραμμάτων. [65] B πονηρίαν. [66] B διελέγξει. [67] Μετὰ, κ. τ. λ. Prolixius hoc, quod sequitur, argumentum, exstat quidem in B totum, sed ad marginem hæc epitome est ascripta, præmisso titulo ἡ Ὑπόθεσις. « Ὅτι μετὰ Ἰωσίαν Ἰωάχαζ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὃς καὶ Σελὴμ (sic) κατὰ τὸν Ἱερεμίαν προαγορεύεται (sic, pro προσαγορ.). Μετὰ δὲ τοῦτον Ἐλιακεὶμ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὃν Φαραὼ Ἰωακεὶμ προσηγόρευσεν. Μετὰ δὲ τοῦτον Ἐλιακεὶμ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὃς καὶ Ἰωακεὶμ μετωνομάσθη· ὃν Ἱερεμίας Ἰεχονίαν ὀνομάζει· μεθ' ὃν ὁ πρὸς πατρὸς αὐτῶν (leg. esse videtur αὐτῷ) θεῖος Σεδεκίας. » [68] μῆν. In B ponitur post ὅλους. [69] B ταῖς Παραλειπομέναις. [70] Ἱερεμίας. In B ponitur post αὐτόν. [71] λαβ. In B positum ante βασιλεύς. Ibid. des. αἰχμάλωτον. [72] τήν. Des. in B. [73] τούτου. Ita B pro τοῦτον, ut Sirm. hab. [74] B ὡρισμένον. [75] B Ἐλιακείμ. [76] B Ἰωακείμ.

Digitized by Google

μετονομασθέντα. Καὶ τοῦτον δὲ ὁ μακάριος Ἱερεμίας ὁ προφήτης Ἰεχονίαν ὀνομάζει. « Ζῶ γάρ [77], φησὶ, λέγει Κύριος, ἐὰν γενόμενος γένηται Ἰεχονίας, υἱὸς Ἰωακεὶμ βασιλέως Ἰούδα, ἀποσφράγισμα ἐπὶ [78] τῆς χειρός μου τῆς δεξιᾶς, ἐκεῖθεν ἐκσπάσω σε, καὶ παραδώσω σε εἰς χεῖρας ζητούντων τὴν ψυχήν σου, ὧν σὺ εὐλαβῇ ἀπὸ προσώπου αὐτῶν, εἰς χεῖρας τῶν Χαλδαίων. » Καὶ τούτου τοίνυν τρεῖς μῆνας πρὸς ὀλίγαις ἡμέραις τὴν βασιλείαν πρυτανεύσαντος, τότε [79] πάλιν ὁ Ναβουχοδονόσορ, ὁ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεὺς, στρατιὰν [80] ἀποστείλας καὶ στρατηγὸν, τοῦτον μὲν αἰχμάλωτον ἀπήγαγεν εἰς τὴν Βαβυλῶνα [81], τῷ δὲ Σεδεκίᾳ θείῳ πρὸς πατρὸς αὐτοῦ [82] ὄντι τὴν βασιλείαν ἐνεχείρισε· καὶ τούτου δὲ ἐνιαυτὸν ἕνα πρὸς τοῖς δέκα βασιλεύσαντος, εἶτα τὸν ἐγκείμενον [83] οὐ δεδωκότος φόρον, μετὰ πολλῆς μὲν δυνάμεως ἐπιστρατεύει τοῖς Ἱεροσολύμοις τῶν Βαβυλωνίων ὁ βασιλεὺς, ἔπειτα πολιορκήσας, καὶ τῷ λιμῷ κατ' αὐτῶν συμμάχῳ χρησάμενος, καὶ μηχανήματα τοῖς περιβόλοις πρόσενεγκών, ῥήγνυσι μὲν τὸ τεῖχος, ἀναιρεῖ δὲ τοὺς πλείστους, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐξανδραποδίσας ἀπάγει δορυαλώτους, πυρὶ τήν τε πόλιν καὶ τὸ ἱερὸν παραδούς. Ἀλλ' ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὁ ταῦτα παθεῖν Ἰουδαίους διὰ τὴν πολλὴν αὐτῶν συγχωρήσας παρανομίαν, οὔτε κολάζων παντελῶς αὐτοὺς τῆς οἰκείας κηδεμονίας ἐγύμνωσεν· ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ οἷόν τινας παιδονόμους ἐδεδώκει, τόν τε Οὐρίαν τὸν Σαμαίου, καὶ Ἱερεμίαν τὸν τοῦ Χελκίου, ἄνδρα [84] ἱερωσύνῃ καὶ προφητείᾳ λάμποντα· τοῖς δὲ κατὰ τὴν πρώτην αἰχμαλωσίαν δορυαλώτοις ἀπαχθεῖσιν εἰς Βαβυλῶνα, τοὺς περὶ τὸν μακάριον Δανιὴλ συναπέστειλεν, Ἐζεκιὴλ [85], καὶ Ἀνανίαν, καὶ Ἀζαρίαν, καὶ Μισαήλ· ἵν' ἔχοντες τῆς νομικῆς πολιτείας ἀκριβεῖς [86] διδασκάλους, μὴ πολλὴν ἐκ τῆς τῶν βαρβάρων ἐπιμιξίας δέξωνται λώβην, ἀλλ' ἔχωσιν ἀρχέτυπα τῆς προγονικῆς αὐτοὺς ἀρετῆς καὶ φιλοσοφίας ἀναμιμνήσκοντα. Τοσαύτην ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τῶν ἁμαρτωλῶν ποιεῖται προμήθειαν, ὅτι τοὺς εὐνοϊκῶς αὐτῷ δουλεύοντας, καὶ θεραπεύειν αὐτὸν διαπαντὸς προθυμουμένους, τῆς ἐκείνων ἕνεκεν ὠφελείας αἰχμαλώτους συνεχώρησεν ἀπαχθῆναι, καὶ δουλείαν χαλεπὴν ὑπομεῖναι, καὶ πολλοῖς κινδύνοις περιπεσεῖν, καὶ διὰ κυμάτων καὶ κλύδωνος ὁδεῦσαι τὸν βίον. Οὕτω γὰρ καὶ διὰ Ὥσηὲ τοῦ προφήτου φησὶν, ὅτι « Ἀπέκτεινα [87] δι' ὑμᾶς τοὺς προφήτας [88] ἐν ῥήματι στόματός μου. » Οὕτω τὴν τῆς οἰκουμένης πραγματευόμενος σωτηρίαν, τοὺς ἁγίους συνεχώρησεν ἀποστόλους ἐκεῖνα παθεῖν τὰ ἀνάγραπτα πάθη. Ταύτην τῶν Ἰουδαίων ποιούμενος πρόνοιαν, καὶ τοὺς περὶ τὸν μακάριον Δανιὴλ ᾠκονόμησε σὺν αὐτοῖς τὴν Βαβυλῶνα καταλαβεῖν, ὃς ὡς [89] νέος ὢν [90]

A dextera mea, inde evellam te, et tradam te in manus quærentium animam tuam, quorum tu formidas faciem, in manus Chaldæorum [l]. » Cum igitur hic etiam regnum menses tres, dies præterea paucos administrasset, tunc rursus Nabuchodonosor Babyloniorum rex, misso duce cum exercitu, ipsum captivum Babylonem perducendum curavit, et Sedeciæ, ejus patruo, regnum tradidit. Qui cum annos undecim regnasset, ac postea non persolvisset impositum sibi tributum, cum maximis copiis Babyloniorum rex ad Hierosolymam proficiscitur; qui deinde obsidionem formans, auxilio famis ad id sibi opitulantis usus admotisque machinis muros demolitur, et plurimis occisis reliquos in servitutem redactos captivos abducit, B igne et urbe et templo succensis. Verum auctor omnium Deus, qui hæc Judæos propter eorum multa scelera pati permisit, ne penitus quidem eos puniens tutela sua destituit, **1062** sed iis qui in Judæa erant, quasi puerorum magistros dedit Uriam Samæi, et Jeremiam Chelciæ, virum sacerdotio et prophetia clarissimum: iis vero, qui in prima captivitate bello capti abducti fuere Babylonem, una cum beato Daniele misit Ezechielem, et Ananiam, et Azariam, et Misaelem, ut habentes perfectos conversationis secundum legem magistros; haud multum ex barbarorum commercio perciperent detrimenti, sed exempla haberent, quæ patriæ virtutis ac sapientiæ ipsos commonefacerent. Tantam omnium rerum auctor Deus adhibet regendis C peccatoribus providentiam, ut eos qui ex animo illi serviebant, eumque sibi in omni vita studiose colendum proposuerant, utilitatis ipsorum causa captivos abduci, difficilem servitutem ferre, et in multa pericula incidere, ac per fluctus et tempestatem vitam traducere, permiserit. Ita enim per Oseam prophetam loquitur: « Propter vos occidi prophetas verbo oris mei [m]. » Ita etiam orbis terrarum salutem procurans, sanctos permisit apostolos ea pati quæ litteris commendata sunt. Hac eadem providentia Judæos excipiens, beatum quoque Danielem cum ipsis Babylonem pervenire curavit. Qui cum et juvenis esset, et forma floreret, cum piis illis adolescentibus in regia educatus, et D a puero in se vigentem divinam gratiam adeptus, **1063** omnique sapientiæ et cognitionis genere imbutus, multam apud principem loquendi nactus est libertatem, et vocis præconio commendata religione, illi quoque utilitatis auctor fuit: neque illi soli, sed omnibus etiam illius imperio subjectis. Quæ enim ex hujus doctrina didicit ille, ea trans-

[l] Jerem. XXII, 24, 25. [m] Osee VI, 5.

VARIÆ LECTIONES.

[77] γάρ. B add. ἐγώ. [78] ἐπί. B ἐκ. [79] τότε. Des. in B. [80] B στρατείαν. [81] B Βαβυλωνίαν. [82] B αὐτῷ. [83] B ἐπικείμενον. [84] B ἄνδρας, et deinde λάμποντας. [85] Ἐζεκ. B præm. καί. [86] πολ. ἀκρ. B ἀκριβείας. [87] ἀπ. — στόμ. μου. Aliter leg. infra, loco cit. [88] προφ. B præm. δούλους μου τοὺς. [89] ὡς. Des. in B. [90] ὢν. B add. ἔτι.

Digitized by Google

mittenda ad eos curavit, qui in sua ditione erant, imposita lege, quæ palam juberet, ut omnes sibi subjecti Deum quem Daniel prædicaverat, adorarent. Quo tempore igitur Babylonem admirabilis iste propheta, et qua de causa abductus fuerit, et quot bonorum non iis modo, quibus erat cognatione conjunctus, sed etiam barbaris fuerit auctor, breviter disseruimus. Ipsius vero prophetiæ vim per interpretationem, quam ad singula dabimus, accuratius docebimus. Divinæ itaque gratiæ implorato auxilio, eam interpretari exordiamur.

A καὶ τῇ [91] ὥρᾳ λάμπων, σὺν τοῖς φιλοθέοις ἐκείνοις μειρακίοις ἐν τοῖς βασιλείοις ἀνατραφείς, καὶ παιδόθεν τὴν θείαν χάριν ἐσχηκὼς ἐπανθοῦσαν, σοφίας παντοδαπῆς [92] καὶ συνέσεως ἔμπλεως γεγονὼς, πολλὴν μὲν ἐκτήσατο παρὰ τῷ κρατοῦντι τὴν [93] παῤῥησίαν, τὸν δὲ τῆς εὐσεβείας κηρύξας λόγον, ὠφελείας κἀκείνῳ γεγένηται [94] πρόξενος· οὐκ ἐκείνῳ δὲ μόνῳ [95], ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ὑπηκόοις· ἃ γὰρ ἔμαθεν ἐκεῖνος διὰ τῆς τούτου διδασκαλίας, εἰς τοὺς ὑπηκόους παρέπεμψε, νόμον τεθεικὼς τὸν διαῤῥήδην παρεγγυῶντα ἅπαντας τοὺς ἀρχομένους τὸν ὑπὸ τούτου πρεσβευόμενον προσκυνεῖν Θεόν. Ὅτε [96] μὲν οὖν εἰς τὴν Βαβυλῶνα ὁ θεσπέσιος οὗτος ἀπῆχθη προφήτης, καὶ τίνος ἕνεκεν, καὶ ὅσων ἀγαθῶν γεγένηται πρόξενος, οὐ τοῖς ὁμοφύλοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς Βαρβάροις, συντόμως εἰρήκαμεν· τῆς δὲ προφητείας τὴν δύναμιν ἐκ τῆς κατὰ μέρος ἑρμηνείας ἀκριβέστερον θησόμεθα. Τὴν θείαν τοίνυν χάριν καλέσαντες συνεργὸν σαφηνείας [97] ἀρξώμεθα.

VARIÆ LECTIONES.

[91] τῇ. Des. in B. [92] παντοδαπ. B præm. δέ. [93] τήν. Des. in B. [94] γεγ. In B ponitur post πρόξενος. [95] B μόνον. [96] B πότε. [97] σαφ. B præm. τῆς.

ΤΟΜΟΣ Α΄.

* LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

VERS. 1. « Anno tertio regni Joacimi, regis Judæ, venit Nabuchodonosor rex Babylonis Hierosolymam, et obsedit eam. » Apposite ante alia omnia, et regis, qui tunc regnabat, mentionem fecit, et tempus nos edocuit, ut primæ captivitatis tempus a nobis possit aperte cognosci. Anno enim tertio regni Joacimi, qui Eliacim quoque dictus est, quique post Joachasum regnavit (pater autem fuit Joachasi ejus, qui et **1064** Joacim et Jechonias appellabatur), prima vice capta fuere Hierosolyma. Atque hinc, quod regum, qui tunc erant, et temporum meminerit, propheticus character indicatur. Ita enim alios quoque prophetas fecisse comperimus. « Nam visio, inquit, quam vidit Isaias filius Amesi in diebus Oziæ et Joathami, et Achasi, et Ezechiæ, qui regnaverunt in Juda [n]. » Et : « Factum est verbum Domini ad Jeremiam in diebus Josiæ filii Amosi regis Judæ anno decimo tertio regni ejus [o]. » Et Ezechiel, et alii omnes prophetæ, ut plurimum hoc prophetiæ proœmio usi sunt. Et

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α΄.

α΄. « Ἐν ἔτει τρίτῳ τῆς [98] βασιλείας Ἰωακεὶμ, βασιλέως Ἰούδα, ἦλθε Ναβουχοδονόσορ, βασιλεὺς [99] Βαβυλῶνος, εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐπολιόρκει αὐτήν. » Ἀναγκαίως πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ τοῦ τηνικάδε βασιλέως ἐμνημόνευσε, καὶ τὸν χρόνον ἡμῖν ἐδίδαξεν, ἵνα ἔχωμεν εἰδέναι σαφῶς τὸν τῆς πρώτης αἰχμαλωσίας καιρόν. Ἐν γὰρ τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Ἰωακεὶμ, τοῦ καὶ Ἐλιακεὶμ, ὃς ἐβασίλευσε μετὰ τὸν Ἰωάχαζ, πατὴρ δὲ ἐγένετο τοῦ Ἰωάχαζ, ὃς καὶ Ἰωακεὶμ καὶ Ἰεχονίας ὠνομάζετο, ἡ πρώτη ἅλωσις τῶν Ἱεροσολύμων ἐγένετο. Καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο, τῶν τότε [1] βασιλέων μεμνῆσθαι, καὶ τῶν χρόνων, τὸν προφητικὸν ὑποδείκνυσι χαρακτῆρα. Οὕτω γὰρ καὶ τοὺς ἄλλους προφήτας ἔστι ποιοῦντας εὑρεῖν. C « Ὅρασις γὰρ, φησὶν, ἣν εἶδεν Ἡσαΐας, υἱὸς Ἀμὼς, ἐν ἡμέραις Ὀζίου, καὶ Ἰωάθαμ, καὶ Ἄχαζ, καὶ Ἐζεκίου, οἳ ἐβασίλευσαν τῆς Ἰουδαίας. » Καὶ· « Ἐγενήθη [2] λόγος Κυρίου πρὸς Ἱερεμίαν ἐν ἡμέραις Ἰωσίου, υἱοῦ Ἀμὼς, βασιλέως Ἰούδα, ἔτους τρισκαιδεκάτου ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. » Καὶ Ἐζε-

[n] Isa. I, 1. [o] Jerem. I, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[98] τῆς—Ἰούδα. A βασιλείας Ἰούδα. [99] βασ. B præm. ὁ. Vide supra, pag. 674. [1] τ. τότε. B τὸ τῶν. [2] B ἐγένετο.

Digitized by Google

κιὴλ [3] δὲ, καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν ἕκαστος, ὡς τὰ πολλὰ τούτῳ τῷ προοιμίῳ τῆς προφητείας κέχρηται [4]. Ἀπόχρη τοιγαροῦν καὶ τοῦτο τὴν Ἰουδαίων ἐλέγξαι παρανομίαν, καὶ διδάξαι [5] προφήτην τὸν τῷ ὄντι προφήτην.

A hoc igitur ad convincendam Judæorum iniquitatem, et prophetam revera prophetam ostendendum, satis est.

β'. « Καὶ ἔδωκε Κύριος ἐν χειρὶ [6] αὐτοῦ τὸν Ἰωακεὶμ, βασιλέα Ἰούδα, καὶ ἀπὸ μέρους τῶν σκευῶν οἴκου τοῦ Θεοῦ [7]. » Καὶ τοῦτο δὲ τὴν πνευματικὴν αὐτοῦ δείκνυσι χάριν. Οὔτε γὰρ πάντων ἐστὶ [8] τὰς θείας οἰκονομίας εἰδέναι· οὗτος δὲ τοῦ θείου Πνεύματος ἠξιωμένος, καὶ ἔγνω σαφῶς, καὶ τοὺς ἄλλους διδάσκει, ὅτι τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων συγχωρήσαντος, διά τε τὴν τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ βασιλέως παρανομίαν, καὶ τὴν πολλὴν ἀσέβειαν, καὶ ἡ πόλις ἑάλω, καὶ τῶν ἱερῶν σκευῶν ἔνια ὑπὸ τὴν τῶν πολεμίων ἐξουσίαν ἐγένετο. Καὶ λίαν δὲ ἀναγκαίως τέθεικε τό· « Ἔδωκε Κύριος ἐν χειρὶ αὐτοῦ τὸν Ἰωακεὶμ, βασιλέα Ἰούδα, » ἵνα μή τις ὑπολάβῃ οἰκείᾳ δυνάμει τὸν Ναβουχοδονόσορ χρησάμενον τῆς τῷ Θεῷ ἀνακειμένης περιγενέσθαι [9] πόλεως· μάθωσιν ἅπαντες καὶ ἀκριβῶς, ὅτι τοῦ Θεοῦ προδεδωκότος, καὶ τὴν πάλαι φρουροῦσαν τὴν πόλιν ἀποστήσαντος χάριν, ὑπὸ τοὺς πολεμίους ἐγένετο [10]. Τοῦτο καὶ διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου σαφὲς ποιῶν αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς οὕτω φησί· « Μὴ δοξασθήσεται ἀξίνη ἄνευ τοῦ κόπτοντος ἐν αὐτῇ; ἢ ὑψωθήσεται πρίων ἄνευ τοῦ ἕλκοντος αὐτόν; » Διδάσκει δὲ διὰ τούτων, ὡς αὐτὸς τοῖς ἀνθρώποις ἐπιφέρει τὰς τιμωρίας, κέχρηται [11] δὲ ὀργάνοις τοῖς εἰς τοῦτο ἐπιτηδείοις. « Καὶ ἤνεγκεν αὐτὰ, φησὶν, εἰς γῆν Σενναὰρ, εἰς οἶκον θεοῦ αὐτοῦ, καὶ τὰ σκεύη εἰσήνεγκεν εἰς οἶκον τοῦ θησαυροῦ τοῦ θεοῦ αὐτοῦ. » Καὶ ἴσως ἄν τις εἴποι· Τί δήποτε τῶν ἀνθρώπων ἡμαρτηκότων, τὰ ἅγια σκεύη, τὰ τῷ Θεῷ ἀνακείμενα, παρεδόθη δυσσεβέσιν [12] ἀνθρώποις; Φασὶ δὲ ταῦτα οἱ τῶν θείων οἰκονομιῶν τὸν σκοπὸν ἀγνοοῦντες. « Ψυχικὸς γὰρ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστιν· ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει πάντα [13], » κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον· καὶ πέπεισται μὲν ὅτι μάτην οὐδὲν ὑπὸ τῆς θείας προμηθείας οἰκονομεῖται, φωτιζόμενος δὲ ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος, καὶ τὰς αἰτίας μανθάνει· ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὸ νῦν ζητούμενον ἔστι καταμαθεῖν τὸν πνευματικῶς νοεῖν προαιρούμενον. Πολλὴ γὰρ ἐντεῦθεν οὐχὶ [14] Ἰουδαίοις μόνον [15], ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς βαρβάροις ὠφέλεια γεγένηται. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐδιδάχθησαν Ἰουδαῖοι τὸ τῆς θείας φύσεως ἀνενδεές· οὐ γὰρ ὡς δεόμενος [16] τῶν [17] ὅλων Θεὸς τὰ παρὰ τῶν [18] ἀνθρώπων προσφερόμενα δέχεται, ἀλλ' ἐκείνους εὐγνωμοσύνην διδάσκων, καὶ διδοὺς θεραπείαν [19] τε καὶ ἀντιδόσεως ἀφορμήν. Πῶς γὰρ ἄν ἑτέρως ἡδυνήθημεν, ὑπὲρ ὧν εὐεργετήθημεν, ὡς δυνατὸν ἀμείψασθαι τὸν εὐεργέτην Θεὸν, εἰ μὴ τὰ

Vers. 2. « Et tradidit Dominus in manum ejus Joacimum regem Judæ, et partem vasorum domus Dei. » Hoc quoque gratiam illius spiritualem declarat. Neque enim omnium est divinam scire dispensationem. Hic autem divino Spiritu donatus, et aperte novit, et alios docet, auctoris omnium rerum Dei permissu, propter populi et regis scelera ingentemque impietatem, tum urbem captam, tum sacrorum vasorum partem in hostium potestatem concessisse. Et admodum convenienter adjecit : « Tradidit Dominus in manum ejus Joacimum regem Judæ, » ne quis suspicaretur, propriis viribus usum Nabuchodonosorem urbem Deo dicatam superasse, omnesque **1065** plane intelligant, propterea quod Deus eam ante tradiderit, et eam gratiam, quæ civitatem pridem custodiebat, ademerit, idcirco eam subjectam fuisse hostibus. Hoc item per Isaiam prophetam declarans auctor omnium rerum Deus, ita ait : « Nunquid gloriabitur securis sine eo, qui secat ea? aut exaltabitur serra sine eo a quo trahitur [p]? » His vero nos admonet se hominibus inferre supplicia, et instrumentis ad hoc idoneis uti. « Et asportavit, inquit, ea in terram Sennaar, in domum dei sui, et vasa intulit in domum thesauri dei sui. » Dixerit fortasse aliquis, cur, cum homines peccarint, sancta vasa Deo dedicata impiis hominibus tradita sint? Verum hæc aiunt ii, quibus divinæ providentiæ scopus incognitus est. « Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei; stultitia enim est illi; spiritualis autem, » secundum divinum Apostolum, « judicat omnia [q], » et exploratum habet a divina providentia nihil frustra administrari : a divino autem Spiritu illustratus etiam causas perdiscit; siquidem illud quoque quod nunc quæritur ab eo comprehendi potest, qui secundum Spiritum institui voluerit. Hinc enim non Judæis tantum, sed ipsis etiam barbaris allata est utilitas. Primum enim edocti sunt Judæi, ejusmodi esse divinam naturam quæ nulla re prorsus indigeat. Neque enim ut indigens omnium rerum auctor Deus accipit ea, quæ ab hominibus offeruntur; sed ut illos gratos **1066** esse doceat, eisque sui colendi, et gratiæ, quam possint, referendæ offerat occasionem. Qua enim alia ratione potuissemus pro beneficiis acceptis Deum bene de nobis meritum pro viribus remunerari,

[p] Isa. x, 15. [q] I Cor. II 14, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[3] B Ἰεζεκιὴλ. [4] B κέχρηνται, positum ante τῆς προφητ. [5] B δεῖξαι. [6] χειρί. Supra, pag. 674, præm. τῇ. [7] τοῦ Θεοῦ. A Κυρίου. [8] B παντὸς ἦν. [9] B περιγενέσεσθαι (sic). [10] B τοῖς πολεμίοις ἐγένοντο. [11] B κεχρημένος. [12] δυσσ. B præm. ταῦτα. [13] πάντα. Infra, tom. III, loco cit. apud Nostrum leg. πάντας. B præm. μέν. [14] B οὐκ. [15] B μόνοις. [16] B ἐνδεόμενος. [17] τῶν. B præm. ὁ. [18] τῶν. Des. in B [19] B θεραπείας.

Digitized by Google

nisi hæc exigua et tenuia ab offerentibus accepisset? Volens itaque Judæis persuadere, non ut proprios usus expleret, sed ut illorum se imbecillitati accommodaret, accepisse se oblata ab illis sacrificia, merito illos aversatus, et ipsos, et vasa ab illis dedicata, quibus eum colere consueverant, una capi voluit. Nam qui ratione præditos homines supplicio affecerat, cur inanimatis vasis pepercisset? Ipsis autem rebus docet eos, Babylonios barbaros et impios nihil ab illis differre, cum æque ac illi, imo magis quam illi, impie agerent. Illi enim, neque accepta lege, neque concessis sibi quibus ducibus uterentur prophetis, in ignoratione degebant. Judæi vero ab innumerabilibus tum priscis, tum recentibus prophetis illustrati, et infinitorum spectatores ipsi miraculorum, rerum omnium auctorem Deum contemnebant, et inanimata simulacra colere perseverabant. Tradidit itaque barbaris vasa, tantum non rebus ipsis ita eos objurgans: Nullum inter vos barbarosque discrimen est: æque enim et vos sceleribus ea polluitis, et æquum est, tum vos, tum Babylonios ea possidere. Impietas enim et vobis et illis dominatur. Ad convincendos Judæos, et erudiendos, et haud mediocrem illis utilitatem afferendam satis hoc erat. Babylonii autem, dum in honore habuerunt, ut putabant, vasa, neque ad humanos **1067** usus ea adhibuere, diis quos ipsi colebant dedicata, nihil prorsus malorum experti sunt. At ubi Baltasar rex illis in convivio uti ausus est, statim punitus debitas pœnas luit, suoque supplicio omnes docuit, quanta esset vis Dei illius ad quem hæc vasa pertinebant, eumque ipsum non invitum suis rebus privatum fuisse, sed volentem propter ingentia populi scelera ea tradidisse. Hoc itidem cum arca olim fecit [r]. Nam postquam Ophni et Phinees, Heli sacerdotis filii, et impii et detestabiles, ea secum assumpta ad suppetias cognatis ferendas exiere, redarguit ipsorum impietatem Deus, nullaque eos providentia dignatus, digna cæde interficiendos curat, arcam vero alienigenis tradit, Israelem rursus erudiens et commonefaciens ea sibi arca nihil opus esse, sed ipsorum causa se illam construxisse, et supervacaneum ipsis quoque illius usum sine metu divinam violantibus legem, et impie vivere instituentibus. Ne vero superbia elati alienigenæ gloriarentur, quasi ipsi Deum vicissent, quando pro Deo Judæorum arcam habebant, de suis idolis, quæ ipsi construxerant, conjecturam facientes, neve propterea ingens illi detrimentum acciperent, ut qui Judæorum Deum quasi captivum cepissent, et veluti quoddam

A βραχέα ταῦτα καὶ εὐτελῆ παρὰ τῶν προσφερόντων ἐδέχετο; Πεῖσαι τοίνυν βουλόμενος Ἰουδαίους, ὡς οὐ τὴν οἰκείαν χρείαν ἀναπληρῶν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐκείνων ἀσθένειαν [20] συγκατιών, τὰς παρ' αὐτῶν προσφερομένας θυσίας ἐδέχετο, εἰκότως ἀποστραφεὶς αὐτοὺς καὶ αἰχμαλωσίᾳ παραδοὺς, καὶ τὰ ὑπ' αὐτῶν προσενεχθέντα σκεύη, δι' ὧν αὐτὸν θεραπεύειν ἐνόμιζον, σὺν αὐτοῖς αἰχμάλωτα δέδωκεν. Ὁ γὰρ τοὺς λογικοὺς παραδοὺς τιμωρίᾳ, τί δήποτε τῶν ἀψύχων ἐφείδετο; Διδάσκει δὲ αὐτοὺς καὶ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὅτι Βαβυλωνίων, τῶν βαρβάρων, τῶν δυσσεβῶν, κατ' οὐδὲν διαφέρουσιν· ἀσεβοῦσι γὰρ ὥσπερ ἐκεῖνοι, μᾶλλον [21] δὲ πλέον ἦπερ ἐκεῖνοι. Οἱ μὲν γὰρ οὔτε νόμον δεξάμενοι, οὔτε προφητῶν ποδηγῶν ἀπολαύσαντες, ἀγνοίᾳ κατείχοντο· οἱ δὲ ὑπὸ
B μυρίων παλαιῶν τε καὶ νέων φωτιζόμενοι προφητῶν, καὶ μυρίων ὅσων θαυμάτων αὐτόπται γενόμενοι, κατεφρόνουν μὲν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, τὰ δὲ ἄψυχα εἴδωλα θεραπεύοντες διετέλουν. Παρέδωκε τοίνυν τοῖς βαρβάροις τὰ σκεύη, μονονουχὶ λέγων δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὅτι Κατ' οὐδὲν τῶν βαρβάρων διαφέρετε· ὁμοίως γὰρ αὐτὰ καὶ ὑμεῖς ταῖς παρανομίαις μολύνετε, καὶ ἴσον ἐστὶν ὑμᾶς τε ταῦτα ἔχειν, καὶ Βαβυλωνίους· ἀσέβεια γὰρ καὶ ὑμῶν κἀκείνων κρατεῖ. Τοὺς μὲν οὖν Ἰουδαίους ἱκανὸν ἦν τοῦτο καὶ ἐλέγξαι, καὶ παιδεῦσαι, καὶ ὠφέλειαν αὐτοῖς οὐ μικρὰν πραγματεύσασθαι· οἱ δὲ Βαβυλώνιοι, ἡνίκα μὲν ἐτίμησαν, ὡς ἐνόμισαν, τὰ σκεύη, ἀνθρωπείας μὲν αὐτὰ χρήσεως ἔξω πεποιηκότες [22], τοῖς ὑπ' αὐτῶν δὲ
C προσκυνουμένοις ἀνατεθεικότες θεοῖς, τῶν λυπηρῶν οὐδαμῶς ἐπειράσθησαν. Ἐπειδὴ δὲ Βαλτάζαρ [23] ὁ βασιλεὺς χρήσασθαι τούτοις ἐτόλμησεν ἐστιῶμενος, ἐκολάσθη μὲν παραυτίκα καὶ τὴν ἀξίαν ἔτισε δίκην, ἐδίδαξε δὲ ἅπαντας διὰ τῆς τιμωρίας, πόση [24] τοῦ Θεοῦ ἡ δύναμις τῶν σκευῶν ἐκείνων, καὶ ὅτι οὐκ ἄκων ἀπεστερήθη τῶν ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἑκὼν αὐτὰ προὔδωκε [25] διὰ τὴν πολλὴν τοῦ λαοῦ παρανομίαν. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ πάλαι πεποίηκεν. Ἐπειδὴ γὰρ Ὤφνὶ καὶ Φινεὲς, οἱ Ἠλὶ τοῦ ἱερέως παῖδες παράνομοι [26] καὶ βδελυροὶ, ταύτην λαβόντες εἰς ἐπικουρίαν τῶν ὁμοφύλων ἐξῆλθον, ἐλέγχει μὲν αὐτῶν τὴν ἀσέβειαν ὁ Θεὸς, οὐδεμιᾶς ἀξιώσας προνοίας, ἀξίᾳ δὲ σφαγῇ παραδοὺς, τὴν δὲ [27] κιβωτὸν τοῖς ἀλλοφύλοις· πάλιν τὸν Ἰσραὴλ παιδεύων, καὶ διδάσκων,
D ὡς οὐκ αὐτῷ χρεία τῆς κιβωτοῦ, ἀλλ' αὐτῶν ἕνεκεν αὐτὴν κατεσκεύασε, περιττὴ δὲ αὐτοῖς ἡ ταύτης χρεία, ἀδεῶς τὸν θεῖον νόμον [28] παραβαίνουσι, καὶ ἀσεβείᾳ συζῇν προαιρουμένοις. Ἵνα δὲ μὴ μέγα φρονήσαντες οἱ ἀλλόφυλοι, ὡς αὐτοὶ περιγενόμενοι τοῦ Θεοῦ (ἐνόμιζον γὰρ τὴν κιβωτὸν αὐτὸν εἶναι τὸν τῶν Ἰουδαίων Θεὸν, τεκμηρίῳ χρώμενοι τῇ τῶν οἰκείων εἰδώλων κατασκευῇ), καὶ ἵνα μὴ [29] πολλὴν ἐν-

[r] I Reg. IV, sec. LXX.

VARIÆ LECTIONES.

[20] B τῇ ἐκείνων ἀσθενείᾳ. [21] μᾶλλον— ἐκεῖνοι. Ex B suppl. [22] B πεποιηκότες ἐκτός. [23] Infra, vers. 7, et passim, est Βαλτάσαρ. [24] πόση — ἐκείνων. Ita B pro πόση ἐκείνων τῶν σκευῶν ἡ δύναμις, « quanta illorum esset vasorum vis, » ut habebat edit. Sirm. [25] B προέδωκε. [26] παρ. B add. λίαν ὄντες. [27] δέ. Des. in B. [28] νόμ. In B ponitur post παραβ. [29] ἵνα μή. Des. in B.

Digitized by Google

τεῦθεν ἐπισπάσωνται βλάβην, ὡς αἰχμάλωτον λαβόντες τὸν τῶν Ἰουδαίων Θεὸν, καὶ οἷόν τι ἀριστεῖον τοῖς οἰκείοις ἀνατεθεικότες θεοῖς· παρασκευάζει μὲν τὸν Δαγὼν [30], τὸ ὑπ' αὐτῶν προσκυνούμενον εἴδωλον, πεσεῖν τε καὶ πρὸ τῆς κιβωτοῦ συντριβῆναι, καὶ τὸ τῆς προσκυνήσεως ὑποδεῖξαι σχῆμα, καὶ ὁμολογῆσαι διὰ τῶν πραγμάτων τὴν ἧτταν, καὶ τὴν τοῦ ἐνοικοῦντος δαίμονος ὑποδεῖξαι δουλείαν· καὶ τοῦτο οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δὶς καὶ πολλάκις. Ἐπιφέρει δὲ καὶ αὐτοῖς διαφόρους πληγὰς, ἕως οὗ τὴν κιβωτὸν ἀπέδοσαν, καὶ ἀναθέματα [31] δηλοῦντα τὴν τιμωρίαν ἀνέθεσαν. Διπλῆ τοίνυν καὶ τηνικαῦτα, καὶ ἐπὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ἡ ὠφέλεια γεγένηται· οὐ γὰρ μόνον Ἰουδαίους, ἀλλὰ καὶ τοὺς βαρβάρους ὠφέλησεν ἡ πρὸς βραχὺ παρὰ τοῦ Θεοῦ γενομένη συγχώρησις.

A victoriæ tropæum suis diis consecrassent, efficit ut Dagon **1068** idolum, quod ipsi colebant, ante arcam cadens contereretur, et adorationis speciem præ se ferens, rebus ipsis victum se fateretur, et incolentis ibi dæmonis ostenderet servitutem : idque non semel, sed iterum ac sæpius. Diversas etiam plagas illis infligit, donec arcam reddidere, et munera supplicium testantia dedicarunt. Duplex itaque et eo tempore, et regnante Nabuchodonosore percepta est utilitas. Neque enim Judæis tantum, sed barbaris etiam profuit id quod ad breve tempus a Deo permissum est.

γ', δ'. « Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς Ἀσφανὲς [32] τῷ ἀρχιευνούχῳ αὐτοῦ, εἰσαγαγεῖν ἀπὸ τῶν υἱῶν τῆς αἰχμαλωσίας τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ [33], καὶ ἀπὸ τοῦ σπέρματος τῆς βασιλείας, καὶ ἀπὸ τῶν φορθομμίν [34]· νεανίσκους, ἐν οἷς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς μῶμος, καλοὺς [35] τῇ ὄψει, καὶ συνιέντας ἐν πάσῃ σοφίᾳ, καὶ γινώσκοντας γνῶσιν καὶ σοφίαν [36], καὶ διανοουμένους φρόνησιν, ἐν [37] οἷς ἐστιν ἰσχὺς ἐν αὐτοῖς, τοῦ ἑστάναι [38] ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ βασιλέως, καὶ τοῦ διδάξαι αὐτοὺς γράμματα καὶ γλῶσσας [39] Χαλδαίων. » Ὁ μὲν οὖν ὅλων [40] Θεὸς ἐξελέξατο [41] τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου, καὶ τὰ ἀσθενῆ, καὶ τὰ ἐξουθενημένα, ἵνα διὰ τούτων καταισχύνῃ τοὺς σοφοὺς καὶ δυνατούς· ἄνθρωποι δὲ σωμάτων ὥραν, καὶ μέγεθος, καὶ ῥώμην ἐπιζητοῦσι, καὶ σοφίαν, οὐ τὴν τὰ θεῖα γινώσκουσαν, ἀλλὰ τὴν εὐγλωττίᾳ [42] κεκομψευμένην. Ἔστι τοίνυν καὶ ἐντεῦθεν μαθεῖν, ὁπόσον τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίνων τὸ μέσον. Δηλοῖ δὲ τοῦ βασιλέως τὴν ἀλαζονείαν, τὸ μὴ μόνον τοὺς ἄλλους αἰχμαλώτους ὑπηρέτας ἐθελῆσαι λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκ τοῦ βασιλικοῦ γένους ὑπάρχοντας. Πληροῦται δὲ ὅμως ἐνταῦθα ἡ Ἡσαΐου πρόρρησις, ἣν Ἐζεκίᾳ βασιλεῖ προεῖπεν [43]. « Ἄκουσον, φησὶ [44], τὸν λόγον Κυρίου Σαβαὼθ, ὃν ἐλάλησε πρός με· Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, καὶ λήψονται πάντα τὰ ἐν τῷ οἴκῳ σου, καὶ ὅσα συνήγαγον οἱ πατέρες σου ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης εἰς Βαβυλῶνα ἥξει, καὶ οὐδὲν οὐ μὴ καταλίπωσιν, εἶπεν ὁ Θεός [45]· ὅτι καὶ ἀπὸ τῶν τέκνων σου ὧν γεννήσεις [46] λήψονται, καὶ ποιήσουσι σπάδοντας ἐν τῷ οἴκῳ βασιλέως [47] τῶν Βαβυλωνίων. » Ταύτης ἡμᾶς τῆς προφητείας ἀναμιμνήσκων ὁ μακάριος Δανιὴλ, φησὶ προστάξαι τὸν βασιλέα εἰσαγαγεῖν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἀπὸ τοῦ σπέρματος τῆς βασιλείας, καὶ ἀπὸ τῶν φορθομμίν [48]. *Φορθομμὶν* δὲ τὰς παρθένους ἐκάλεσε τῇ Ἑβραίων [49] φωνῇ· ὁ [50] δὲ Σύμμαχος τὸ *πόρθμιν* [51] ἐπιλέκτους ἡρμήνευσε [52].

B Vers. 3, 4. « Et ait rex Asphaneso principi eunuchorum suorum, ut introduceret de filiis captivitatis Israelis et de semine regni, et de phorthommim, juvenes, in quibus nulla esset macula, pulchros aspectu, et intelligentes in omni sapientia, et scientes scientiam et doctrinam, et intelligentes prudentiam, et quibus esset robur, ut starent in domo regis, ut doceret eos litteras et linguam Chaldæorum. » Dominus igitur[a] omnium rerum Deus stulta mundi elegit, et infirma, et contemptibilia, ut his sapientes, potentesque confundat. Homines autem corporum pulchritudinem, et magnitudinem, ac robur requirunt, neque eam sapientiam qua divina cognoscuntur, sed artificio C et fastu elatam eloquentiam. **1069** Licet itaque hinc etiam percipere, quanto humana divinis distent intervallo. Hoc item regis superbiam declarat, quod non solum alios captivos sibi ministros asciscere voluerit, sed etiam eos, qui e regio genere essent oriundi. Attamen hic impletum est, quod Isaias Ezechiæ regi prædixerat. « Audi, inquit, verbum Domini exercituum, quod locutus est ad me : Ecce dies veniunt, et auferentur omnia quæ in domo tua sunt, et quæcunque congregaverunt patres tui usque in diem hunc, Babylonem venient : et nihil relinquent, dixit Deus, quia et de filiis tuis quos genueris, sument, et facient spadones in domo regis Babyloniorum[t]. » Hujus prophetiæ nos admonens beatus Daniel, regem ait D mandasse, ut introducerentur de captivis filiis Israelis et regia stirpe ortis, et de phorthommin. *Phorthommin* autem virgines Hebræorum lingua vocavit : at Symmachus *porthmin* interpretatus est *electos*.

[a] I Cor. I, 27, 28. [t] Isa. XXXIX, 5, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[30] B Εὐαγών, ex errore, ut videtur. [31] B ἀναθήματα. [32] Ἀσφ. A præm. τῷ. [33] τ. υἱῶν Ἰσρ. A Ἱερουσαλήμ. [34] φορθ. In B semper π ponitur super φ. [35] καλ. A et B præm. *καί*. [36] κ. σοφ. Des. in A. [37] ἐν A et B καί. [38] A et B ἐστάναι. A omittit τοῦ. [39] A et B γλῶσσαν. [40] ὅλων. B præm. τῶν. [41] ἐξελ., κ. τ. λ. Ex memoria, ut videtur, hæc ita recensentur. [42] εὐγλωττ. Ita cum B legimus. Sirm. εὐγλωττίαν. [43] B προεῖπεν τῷ βασιλεῖ. [44] φησί. B præm. γάρ, omittit autem sequens τόν. [45] ὁ Θεός. B præm. δέ. [46] B ἐγέννησας. [47] βασιλέως. B præm. τοῦ. [48] φορθ. B addit νεανίσκους. [49] B Ἑβραΐδι. [50] ὁ — ἑρμ. Montf. in Hexapl. ad h. loc. Symmacho tribuit lectionem Πάρθων, alii Παρθῶν, ut Hier. [51] πορθμ. B φορθομμίν. [52] B ἑρμηνεύει.

Digitized by Google

VERS. 5,6. « Et constituit eis rex quotidianum cibum de mensa regis, et de vino unde bibebat ipse, et ut nutrirentur per tres annos, et postea starent ipsi in conspectu regis. Et fuerunt in eis de filiis Judæ, Daniel, et Ananias, et Azarias, **1070** et Misael. » Hic igitur nos regis docet munificentiam, qui non, ut bello captis, vilia quædam, et qualia servos decent præbuit alimenta, sed eos regia mensa frui jussit. Ac paulo post suam, et sociorum continentiam, philosophiamque declarat : non gloriæ cupiditate id faciens, sed utilitatem persequentibus utilitatis doctrina proposita. Licet autem mentis illius intueri modestiam. Cum enim supra dixerit, imperasse regem, ut eligerentur e stirpe regia juvenes forma conspicui, et magnitudine decori, et hic personarum nomina posuerit, tribus Judæ simpliciter mentionem fecit, et regiam cognationem occultavit.

A ε', ς'. « Καὶ ἔταξεν[53] αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς τὸ τῆς ἡμέρας καθ' ἡμέραν ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ βασιλέως, καὶ ἀπὸ τοῦ οἴνου τοῦ πότου τοῦ[54] αὐτοῦ, καὶ ἐκθρέψαι[55] αὐτοὺς ἔτη τρία, καὶ μετὰ ταῦτα στῆναι αὐτοὺς[56] ἐνώπιον τοῦ βασιλέως. Καὶ ἐγένετο ἐν αὐτοῖς[57] ἐκ τῶν υἱῶν Ἰούδα, Δανιὴλ, καὶ Ἀνανίας, καὶ Ἀζαρίας[58], καὶ Μισαήλ. » Ἐνταῦθα μὲν οὖν τὴν τοῦ βασιλέως ἡμᾶς διδάσκει φιλοτιμίαν, ὅτι οὐχ ὡς δορυαλώτοις εὐτελῆ τινα καὶ δουλοπρεπῆ παρεῖχε τροφὴν, ἀλλὰ[59] τῆς βασιλικῆς αὐτοὺς τραπέζης[60] ἀπολαύειν ἐκέλευσε. Μετὰ βραχέα δὲ[61] τὴν σφῶν αὐτῶν ἐγκράτειαν καὶ φιλοσοφίαν διδάσκει, οὐ φιλοτιμίᾳ χρώμενος, ἀλλ' ὠφελείας διδασκαλίαν τοῖς ὠφελεῖσθαι προαιρουμένοις προτεθεικώς. Ἔστι δὲ αὐτοῦ ἰδεῖν καὶ τὸ μέτριον τοῦ φρονήματος· εἰρηκὼς γὰρ ἄνω, ὅτι ἀπὸ τοῦ τῆς βασιλείας σπέρματος προσέταξεν ὁ βασιλεὺς ἐκλεγῆναι νεανίας[62], κάλλει λάμποντας, καὶ μεγέθει διαπρέποντας, καὶ τεθεικὼς ἐνταῦθα τὰ τῶν προσώπων ὀνόματα, τῆς Ἰούδα φυλῆς ἁπλῶς ἐμνημόνευσε, καὶ τὴν τῆς βασιλείας συγγένειαν ἔκρυψε.

B

VERS. 7. « Et imposuit eis princeps eunuchorum nomina, Danieli Baltasar, et Ananiæ Sidrach, et Misaeli Misach, et Azariæ Abdenago. » Et hoc dominii jus apud quosdam est in more, qui servos ementes eorum mutant nomina, ut nominis mutatione servitutem agnoscant. Quod hic quoque ab eunuchorum principe factum est : nam demptis Hebraicis nominibus, Chaldaica illis imposuit : siquidem et rex jusserat, ut Chaldæorum linguam juvenes illi discerent.

ζ'. « Καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς ὁ ἀρχιευνοῦχος ὀνόματα· τῷ Δανιὴλ Βαλτάσαρ, καὶ τῷ Ἀνανίᾳ Σιδρὰχ[63], καὶ τῷ Μισαὴλ Μισὰχ[64], καὶ τῷ Ἀζαρίᾳ Ἀβδεναγώ. » Καὶ τοῦτο δὲ παρά τισι δεσποτείας[65] νενόμισται δίκαιον· ὠνούμενοι γὰρ οἰκέτας τὰς προσηγορίας ἀμείβουσιν, ἵνα καὶ τῇ τῆς προσηγορίας ἐναλλαγῇ τὴν δουλείαν γνωρίζωσι. Καὶ τοῦτο[66] καὶ ἐνταῦθα ὁ ἀρχιευνοῦχος ἐποίησε, καὶ τὰς Ἑβραϊκὰς ἀφελὼν προσηγορίας, Χαλδαϊκὰς ἐπιτέθεικεν[67], ἐπειδὴ καὶ τὴν Χαλδαίων γλῶσσαν μαθεῖν τοὺς νεανίας[68] ὁ βασιλεὺς παρεκελεύσατο[69].

VERS. 8. « Et constituit Daniel in corde suo, ne pollueretur mensa regis, et vino **1071** potus ejus, et rogavit principem eunuchorum, ne contaminaretur. » Pii enim homines Deum, qui in omnibus est, non in loco quærunt : sed quocunque pervenerint, eodem illum cultu venerantur, et cum adversis rebus affliguntur, suum itidem colunt Opificem. Ingens atque eximium licet hoc loco nobis reperire miraculum. Pueri enim apud Judæos educati, doctique Deum in certo loco colendum esse, deinde exteram regionem incolentes, ac servire compulsi juvenili admodum ætate, et alienis legibus vivere coacti, patriam pietatem retinere accurate student. Et quia videbant Babylonios idolorum imploratione obsonia inquinantes, vinum autem libationibus polluentes, neglecta ea quæ in oculos incurrit, salute, et conculcata regii convivii omnium ciborum genere referti voluptate, eunuchorum præfecto supplicant, ut sibi regios cibos recusantibus illis carere concedat.

C

D

η'. « Καὶ ἔθετο Δανιὴλ ἐπὶ τὴν καρδίαν[70] αὐτοῦ, τοῦ μὴ ἀλισγηθῆναι[71] ἐν τῇ τραπέζῃ τοῦ βασιλέως, καὶ ἐν τῷ οἴνῳ τοῦ[72] πότου αὐτοῦ, καὶ ἠξίωσε τὸν ἀρχιευνοῦχον, ὅπως μὴ[73] ἀλισγηθῇ. » Οἱ γὰρ φιλόθεοι οὐκ ἐν τόπῳ ζητοῦσι τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν, ἀλλ' ἔνθα ἂν ἀφίκωνται τὴν αὐτὴν αὐτῷ θεραπείαν προσφέρουσι, καὶ ἐν κακοπραγίαις ὄντες ὡσαύτως τὸν οἰκεῖον προσκυνοῦσι Δημιουργόν[74]. Ἐνταῦθα δὲ πολλὴν ἔστιν εὑρεῖν θαύματος ὑπερβολήν· παῖδες γὰρ παρὰ Ἰουδαίοις τεθραμμένοι, καὶ τὴν τοπικὴν τοῦ Θεοῦ λατρείαν μεμαθηκότες, εἶτα τὴν ξένην οἰκοῦντες, καὶ δουλεύειν ἠναγκασμένοι νέαν ἄγοντες κομιδῇ τὴν ἡλικίαν, ὑπὸ νόμοις ἑτέροις ἀναγκαζόμενοι ζῆν, τὴν πατρῴαν εὐσέβειαν φυλάττειν σπουδάζουσι· καὶ ἐπειδὴ τοὺς Βαβυλωνίους ἐώρων ταῖς μὲν τῶν εἰδώλων ἐπικλήσεσι τὰ ὄψα μολύνοντας[75], σπονδαῖς δὲ τὸν οἶκον μιαίνοντας, τῆς ὁρωμένης καταφρονήσαντες σωτηρίας, καὶ τῆς βασιλικῆς πανδαισίας τὴν ἡδονὴν πατήσαντες, τὸν ἀρχιευνοῦχον ἱκετεύουσι παραχωρῆσαι σφίσιν αὐτοῖς[76] τῶν βασιλικῶν σιτίων παραιτουμένοις μεταλαβεῖν.

VARIÆ LECTIONES.

[53] A et B διέταξεν. [54] A et B ποτοῦ, omisso τοῦ quod hoc loco sequitur. [55] A θρέψαι. [56] αὐτ. Des. in A. [57] B ἐγένοντο αὐτοῖς. [58] κ. Ἀζαρ. In A ponitur post Μισαήλ. [59] ἀλλά. B add. καί. [60] τραπ. In B ponitur post ἀπολ. [61] δέ. B τε. [62] B νεανίσκους. [63] A et B Σεδράχ. [64] B Ἀζαρίᾳ Μισάχ, καὶ τῷ Μισαὴλ Ἀβδεναγώ, culpa librarii, ut videtur. [65] B δεσποτείαις. [66] καὶ τοῦτο. B τὸ αὐτό. [67] B ἐπέθηκεν. [68] B νεανίσκους. [69] B παρεγγύησεν. [70] ἐπὶ τ. κ. Ita A, sed B ἐν τῇ καρδίᾳ. [71] τοῦ μὴ ἀλισγ. A ὡς οὐ μὴ ἀλισγηθῇ. [72] τοῦ. A præm. ἀπό. B ποτοῦ. [73] ὅπως μή. A αὐτοῦ, ὡς οὐ μή. [74] δημιουργ. B præm. Θεὸν καί. [75] B μολύνοντας. [76] σφίσ. αὐτοῖς. Ita B pro φησίν, ut hab. editio prior.

Digitized by Google

θ'. « Καὶ ἔδωκεν ὁ Θεὸς τὸν Δανιὴλ εἰς ἔλεον καὶ οἰκτιρμὸν [77] ἐνώπιον τοῦ ἀρχιευνούχου. » Ἀκολουθεῖ γὰρ ταῖς γνώμαις ἡ θεία κηδεμονία, καὶ ἅμα τὰ θεῖα προείλοντο, καὶ τῆς θείας ἐπικουρίας ἀπήλαυσαν. Τοῦτο [78] καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰωσὴφ γεγενημένον ἔστιν εὑρεῖν· « Ἦν γὰρ, φησὶ, Κύριος μετὰ Ἰωσὴφ, καὶ ἦν ἀνὴρ ἐπιτυγχάνων [79], καὶ κατέχεεν αὐτῷ [80] ἔλεον, καὶ χάριν ἐναντίον τοῦ δεσμοφύλακος. » Διδασκόμεθα τοίνυν κἀντεῦθεν, ὡς οὐδένα τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων ἀτημέλητόν πώς ποτε [81] καταλέλοιπεν ὁ Θεός. Διὸ καὶ [82] ἕτερος προφήτης βοᾷ· « Ἐρωτήσατε [83] γενεὰς τὰς γενομένας προτέρας ὑμῶν, τίς ἐνεπίστευσε Κυρίῳ [84], καὶ κατῃσχύνθη; »

A

ι'. « Καὶ εἶπεν ὁ ἀρχιευνοῦχος τῷ Δανιήλ· Φοβοῦμαι ἐγὼ τὸν κύριόν μου τὸν βασιλέα, τὸν ἐκτάξαντα [85] τὴν βρῶσιν [86] καὶ τὴν πόσιν ὑμῶν, μή ποτε ἴδῃ τὰ πρόσωπα ὑμῶν σκυθρωπὰ παρὰ τὰ παιδάρια τὰ συνήλικα [87] ὑμῶν, καὶ καταδικάσητε τὴν κεφαλήν μου τῷ βασιλεῖ. » Οὐκ ἄλογον [88] τοῦ ἀρχιευνούχου τὸ δέος· ἄνθρωπος γὰρ ἦν πνευματικῆς χάριτος οὐ γεγευμένος, ἀνθρωπίνως δὲ σκοπῶν τὰ ἀνθρώπεια [89], καὶ ἡγούμενος ἐκ μόνης δύνασθαι τῆς τῶν ἐδεσμάτων πολυτελείας τρέφεσθαί τε καὶ ἀνθεῖν τὰ σώματα, δέδοικε [90] μὴ τῶν μὲν πολυτελῶς τρεφομένων, τούτων δὲ ἀσκητικῶς βιοτευόντων, διαφορά τις ἐν τοῖς προσώποις φανῇ [91], καὶ τιμωρίαν ἐσχάτην ὑπομείνῃ παρὰ τοῦ τἀναντία προστεταχότος βασιλέως. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτον εἶδε δειμαίνοντα ὁ μακάριος Δανιὴλ, μεταφέρει πρὸς τὸν Ἀμελάσαρ [92] τὴν παράκλησιν, ὃν κατέστησεν ὁ ἀρχιευνοῦχος κηδεμόνα αὐτοῦ τε καὶ Ἀνανία, καὶ Ἀζαρία [93], καὶ Μισαὴλ, καί φησι·

B

C

ιβ', ιγ'. « Πείρασον δὴ τοὺς παῖδάς σου ἡμέρας δέκα, καὶ δότωσαν ἡμῖν ἀπὸ τῶν σπερμάτων [94], καὶ φαγώμεθα, καὶ ὕδωρ πιώμεθα. Καὶ ὀφθήτωσαν ἐνώπιόν σου αἱ ἰδέαι ἡμῶν, καὶ αἱ ἰδέαι τῶν παιδαρίων τῶν ἐσθιόντων τὴν τράπεζαν τοῦ βασιλέως· καὶ καθὼς ἐὰν ἴδῃς, ποίησον μετὰ τῶν παίδων σου. » Οὐδὲν τῆς εἰς Θεὸν πίστεως ἰσχυρότερον, καὶ δὴ [95] τοῦτο πολλαχόθεν καὶ [96] ἄλλοθεν ἔστι μαθεῖν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ἐκ τῶν τοῦ θεσπεσίου Δανιὴλ ῥημάτων. Τὸ γὰρ πιστεῦσαί τε καὶ θαῤῥῆσαι, ὡς τῆς θείας ῥοπῆς ἀπολαύσεται, καὶ μὴ [97] ἐσθίων τῶν ἐσθιόντων καὶ τρυφώντων, καὶ τῆς βασιλικῆς ἀπολαυόντων χλιδῆς, εὐπρεπέστερός τε καὶ περικαλλέστερος φανήσεται [98] καὶ μείζων, ποίαν εὐσεβείας ὑπερβολὴν καταλείπει; Καλῶς δὲ καὶ τῷ πιθανῷ τὴν ἱκετείαν ἐκέρασε· « Πείρασον γὰρ, φησὶ, τοὺς παῖδάς σου ἡμέρας δέκα,

D

VERS. 9. « Et dedit Deus Danieli misericordiam et miserationem in conspectu principis eunuchorum. » Sequitur enim voluntates divina cura, et simul atque divina persequi instituerunt, statim divino fruuntur auxilio. Hoc item Josepho usu venisse comperimus. « Fuit enim, inquit, Dominus cum Josepho, et voti compos fuit, et effudit illi misericordiam, et dedit ei gratiam in conspectu principis carceris [u]. » Hinc itaque docemur, eorum qui in ipsum crediderunt neminem **1072** unquam aliquo pacto a Deo neglectum et derelictum fuisse. Quare alius quoque propheta exclamat : « Interrogate generationes, quæ fuerunt ante vos, quis speravit in Domino, et confusus est [v]? »

VERS. 10. « Et dixit princeps eunuchorum Danieli : Timeo ego dominum meum regem, qui constituit cibum et potum vestrum, ne quando videat vultus vestros tristes præ pueris coævis vestris, et condemnetis caput meum regi. » Haud irritus principis eunuchorum metus erat. Homo enim erat, qui spiritualem gratiam haudquaquam sensu suo gustarat, humano autem more humana considerans, opinatus solo sumptuosorum ciborum alimento corpora nutriri atque florescere, veritus est ne cum illi opipare alerentur, hi parce et continenter victitarent, in eorum vultu discrimen aliquod appareret, et extremum subire supplicium a rege, qui contra jusserat, cogeretur. [11] Sed ubi hunc metuere animadvertit beatus Daniel, transfert ad Amelasarem deprecationem, quem constituit princeps eunuchorum curatorem ipsius, et Ananiæ, et Azariæ, et Misaelis, et ait :

VERS. 12, 13. « Tenta, obsecro, servos tuos per dies decem, et dent nobis de seminibus, et comedamus, et aquam bibamus. Et appareant coram te vultus nostri, et vultus puerorum comedentium de **1073** mensa regis : et sicut videris, facias cum servis tuis. » Fide in Deum nihil est validius : quod cum multis aliis ex locis percipi potest, tum præcipue ex his divini Danielis verbis. Nam quod crediderit et confisus fuerit, fore ut ope divina sublevaretur, etsi non comederet cum comedentibus ac delicate viventibus et regio luxu potitis, magis decorus et longe pulchrior, atque adeo major compariturus sit, id vero quid pietatis cuiquam reliquum fecit? Recte autem persuasioni preces admiscuit : « Tenta enim, inquit, servos tuos per decem dies, et dent nobis de seminibus, et come-

[u] Gen. xxxix, 21. [v] Eccli. II, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[77] A οἰκτιρμούς. [78] τοῦτο. B τὸ αὐτό. [79] καὶ ἦν ἀν. ἐπιτ. Des. loc. cit. [80] αὐτ. — δεσμ. Aliter loc. cit. leg. [81] B πώποτε. [82] καί. B præm. δή. [83] Ἐρωτήσ. — προτ. ὑμῶν. Loco cit. leg. Ἐμβλέψατε εἰς ἀρχαίας γενεὰς καὶ ἴδετε. [84] Κυρ. B præm. τῷ. [85] ἐκτάξαντα. Ita A et B juxta rec. lect. Sirm. legerat ἐντάξαντα. [86] βρ. A et B addunt ὑμῶν. [87] A συνηλίκια, pro σὺν ἡλικίᾳ, ut videtur. [88] Οὐκ ἄλογ. Ita cum B legimus, pro οὐ καλὸν γοῦν, ut hab. edit. Sirm. [89] B ἀνθρώπινα. [90] δέδοικε. B præm. διό. [91] B φανείη. [92] B Ἀμελάσαρ. A Ἀμελσάλ. [93] B Ἀνανίου καὶ Ἀζαρίου. [94] σπ. A add. τῆς γῆς. [95] δή. Des. in B. [96] καί. B præm. μέν.. [97] μή. B præm. ὅτι. [98] φαν. In B ponitur post μείζων.

Digitized by Google

damus, et aquam bibamus; » et esto tu vultuum judex. Quod si inveneris per hujusmodi alimentum corporibus (nostris) detrimenti aliquid accidisse, quodcunque tibi visum fuerit, jubebis, nos minime repugnabimus. Tantam habuit a puero divinus iste vir, et divinarum legum curam, et erga legislatorem fidem. Et hic quidem hæc dixit, iste vero precibus consensit.

VERS. 14, 15. « Et exaudivit, inquit, eos in verbo hoc, et tentavit eos per dies decem. Et post finem decem dierum conspecti sunt vultus eorum boni, et ipsi fortes carnibus præ pueris comedentibus de mensa regis. » Assecutus est enim quæ voluit, divinus iste propheta, et pollicitationes suas ei, cui ipsorum cura commissa fuerat, veras ostendit. Divina enim gratia potiti **1074** longe præstantiores conspecti sunt iis, qui regia mensa fruerentur.

VERS. 16. « Et Amelasar auferebat cœnam eorum, et vinum potus ipsorum, dabatque eis semina. » Et duplicem quæstum retulit: primum enim didicit posse aliquem vel jejunio corporis robur et decorem sibi comparare: deinde alimenta, quæ illis præbebantur, ipse accipiens, promptius eis semina suppeditabat quæ appetebant. Postea, quia (Daniel) de se solo disseruit, socios quoque pietatis in medium vocat, et ait:

VERS. 17. « Et pueris his quatuor dedit Deus intellectum, et prudentiam in omni litteratura et sapientia. » Non enim Chaldæorum, inquit, institutio intelligentes eos fecit, et omni sapientia imbuit, verum ex divina gratia, intelligentia et sapientia, atque adeo omni scientia impertiti, præstantiores omnibus declarati sunt. « Et Daniel, inquit, intellexit in omni visione et somniis. » A puero enim, quæ sibi divinitus revelabantur, videbat, non in somnis tantum, sed etiam vigilans. Et poterat, quæ aliis ostenderentur, interpretari: hoc enim declarat illud verbum *intellexit*. Hinc etiam docemur auctorem omnium rerum Deum nullam ætatis rationem habere, sed pietatem tantum ac religionis studium requirere: qua in juvene comperta, multis eum natu majoribus anteponit. Quod idem erga Josephum ipsum fecisse comperimus, nec non erga Samuelem **1075** prophetam. Nam puero admodum juveni apparuit [x], et jussit seni supplicia prædicere, ut ea re et senio confectum accusaret, et gratiam in adolescentulo vigentem ostenderet.

[x] 1 Reg. III, 11 seqq. sec. LXX.

A καὶ δότωσαν ἡμῖν ἀπὸ τῶν σπερμάτων, καὶ φαγώμεθα, καὶ ὕδωρ πιώμεθα· » καὶ γενοῦ σὺ τῶν προσώπων κριτής· κἂν εὕρῃς βλάβην τινὰ γινομένην τοῖς σώμασιν ἐκ τῆς τοιαύτης τροφῆς, τὸ μὲν δοκοῦν σοι κελεύσεις, ἡμεῖς δὲ οὐκ ἀντιλέξομεν. Τοσαύτην εἶχε παιδόθεν ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ, καὶ τῶν θείων νόμων φροντίδα, καὶ πίστιν περὶ τὸν νομοθέτην· καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἔλεγεν, ὁ δὲ τὴν ἱκετείαν ἐδέχετο.

ιδ', ιε'. « Καὶ εἰσήκουσε γὰρ αὐτῶν [99], φησὶν, εἰς[1] τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ ἐπείρασεν αὐτοὺς ἡμέρας δέκα. Καὶ μετὰ τὸ τέλος τῶν δέκα ἡμερῶν ἐωράθησαν αἱ ἰδέαι αὐτῶν ἀγαθαὶ, καὶ αὐτοὶ ἰσχυροὶ[2] ταῖς σαρξὶν ὑπὲρ τὰ παιδάρια τὰ ἐσθίοντα τὴν τράπεζαν τοῦ βασιλέως. » Ἔτυχε γὰρ ὧν ἠθέλησεν ὁ θεῖος οὗτος προφήτης, καὶ τὰς ὑποσχέσεις ὑπέδειξεν ἀληθεῖς τῷ B τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῶν ἐγχειρισμένῳ· τῆς γὰρ θείας χάριτος ἀπολαύσαντες[3] ὤφθησαν ἀμείνους[4] πολλῷ τῶν τῆς βασιλικῆς ἀπολαυόντων τραπέζης.

ις'. « Καὶ ἐγένετο Ἀμελάσαρ ἀναιρούμενος τὸ δεῖπνον αὐτῶν, καὶ τὸν οἶνον τοῦ πόματος αὐτῶν, καὶ ἐδίδου αὐτοῖς σπέρματα. » Καὶ διπλοῦν ἐκαρπώσατο κέρδος· πρῶτον μὲν γὰρ μεμάθηκεν, ὡς δυνατὸν καὶ νηστείᾳ χρώμενον σωμάτικὴν ῥώμην καὶ εὐπρέπειαν κτήσασθαι· ἔπειτα δὲ καὶ τὴν ἐκείνοις χορηγουμένην αὐτὸς λαμβάνων τροφὴν, προθυμότερον αὐτοῖς ἐχορήγει τὰ ποθούμενα σπέρματα· εἶτα, ἐπειδὴ[5] περὶ ἑαυτοῦ[6] μόνου διηγήσατο[7], ἀναγκαίως καὶ τοὺς κοινωνοὺς τῆς εὐσεβείας εἰς μέσον καλεῖ, καί φησι·

C ιζ'. « Καὶ[8] τοῖς παιδαρίοις τοῖς τέσσαρσιν ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς σύνεσιν καὶ φρόνησιν ἐν πάσῃ γραμματικῇ σοφίᾳ [9]. » Οὐ γὰρ ἡ Χαλδαίων, φησὶ, παιδεία συνετοὺς αὐτοὺς ἀπέφηνε, καὶ [10] σοφίας ἁπάσης ἐνέπλησεν, ἀλλ' ἐκ θείας χάριτος καὶ συνέσεως καὶ σοφίας καὶ πάσης ἐπιστήμης ἀξιωθέντες, κρείττους ἁπάντων ἐδείχθησαν [11]. « Καὶ Δανιὴλ, φησὶ, συνῆκεν ἐν πάσῃ ὁράσει, καὶ ἐνυπνίοις [12]. » Παιδόθεν γὰρ θείας ἀποκαλύψεις ἐώρα, οὐκ ὄναρ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὕπαρ· καὶ ἑρμηνεύειν δὲ ἠδύνατο τὰ τοῖς ἄλλοις ἀποκαλυπτόμενα [13]· τὸ γὰρ *συνῆκε* τοῦτο παραδηλοῖ. Διδασκόμεθα δὲ κἀντεῦθεν, ὡς οὐκ οἶδεν ἡλικίας διαφορὰν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἀλλ' εὐσέβειαν μόνον [14] καὶ φιλοθεΐαν ζητεῖ· κἂν εὕρῃ ταύτην ἐν νέῳ, πολλῶν τοῦτον προτίθησι πρεσβυτέρων. Τὸ αὐτὸ [15] δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰωσὴφ ἔστιν αὐτὸν εὑρεῖν πεποιηκότα, καὶ ἐπὶ Σαμουὴλ τοῦ προφήτου· παιδίῳ γὰρ ὄντι κομιδῇ νέῳ, καὶ ἐπεφάνη, καὶ τὰς κατὰ τοῦ πρεσβύτου τιμωρίας προαγορεύειν ἐκέλευσεν, εἰς κατηγορίαν μὲν τοῦ γεγηρακότος, ἀπόδειξιν δὲ τῆς ἐπανθούσης τῷ μειρακίῳ χάριτος.

VERS. 4,5. « Sicut aspectus equorum aspectus eorum, et sicut equites, sic persequentur. Sicut vox curruum in verticibus montium exsilient : et sicut vox flammæ ignis devorantis stipulam : et sicut populus multus et fortis, præparatus ad prælium. » Si **1390** hæc de *Assyriis* et *Babyloniis* intelligimus, tum ὡς illud, non ad similitudinem, sed ad intentionem significandam positum accipiamus, ut in verbis illis Davidis : « Quam bonus est Deus Israeli[j] ! » hoc est, valde bonus ; et in aliis ejusdem : « Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum[k] ! » id est, valde dilecta ; et illud : « Quam magnificatus es vehementer[l] ! » hoc est, valde magnificatus es. Sic igitur hoc etiam loco quæ dicuntur de hostibus interpretantes, intelligemus illud *aspectus equorum*, fore ut multis equis et equitibus utantur, multisque cum curribus veniant, tanta peritia et arte aurigarum, ut ipsos in vertices montium cursum dirigant, et in locis difficillimis perinde atque in planitie summa versentur. Si vero de *locusta* hæc dicta velimus, hoc ipsum, « Sicut aspectus equorum aspectus eorum, » experientiam in eo magistram sequentes intelligemus. Nam si quis locustæ caput diligenter consideret, illud capiti equino persimile inveniet. Ac videre est illam, cum volat, nihil equo ad celeritatem quod attinet, concedere, montesque et campos facile pervolare, tum flammæ instar segetes invadere culmos devorantis. Quinetiam et cum volant,* et cum repunt, similes sunt multitudini ad bellum comparatæ : nam inter se congregatæ omnia faciunt, et testudinis cujusdam speciem præbent, aciemque repræsentant militarem.

VERS. 6. « A facie ejus, inquit, conterentur populi, et omnis vultus erit sicut adustio ollæ. » Talem enim hominibus **1391** calamitatem infliget, ut eorum facies evasuræ sint similes ollæ igne infuscatæ, fame et egestate hanc illis perniciem inferente.

VERS. 7, 8. « Sicut pugnatores current, et sicut viri bellatores ascendent super muros : unusquisque in via sua ambulabit, et non declinabunt a semitis suis. Et unusquisque a fratre suo recedet. » Hæc similiter ut supradicta, tum de hostibus, tum de locustis exposita, intelligamus. Nam locustas videre est, non aliter quam hostes, et muros conscendere, et per vias incedere : nec ulla vi se divelli et distrahi patiuntur, sed tanquam ex mutua quadam conspiratione impetum faciunt.

σονται, ὡς μηδὲ τοὺς διαφυγόντας σωτηρίας τινὸς [50] τυχεῖν. « Ἀνασωζόμενος γάρ, φησὶν, οὐκ ἔσται ἀπ' αὐτῶν. » Ἠνίξατο δὲ διὰ τούτων, τῶν πολεμίων τὴν προσβολήν.

δ', ε'. « Ὡς ὅρασις ἵππων ἡ ὅρασις αὐτῶν, καὶ ὡς ἱππεῖς, οὕτως καταδιώξονται. Ὡς [51] φωνὴ ἁρμάτων ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων ἐξαλοῦνται, καὶ ὡς φωνὴ φλογὸς πυρὸς κατεσθιούσης καλάμην, καὶ ὡς λαὸς πολὺς καὶ ἰσχυρὸς παρατασσόμενος εἰς πόλεμον. » Ταῦτα ἐπὶ μὲν τῶν Ἀσσυρίων καὶ Βαβυλωνίων νοοῦντες, τὸ ὡς, οὐ παραβολικῶς, ἀλλ' ἐπιτατικῶς νοήσωμεν, ὡς τῶν παρὰ τῷ μακαρίῳ Δαβὶδ εἰρημένων· « Ὡς ἀγαθὸς ὁ Θεὸς τῷ [52] Ἰσραήλ ! » ἀντὶ τοῦ, σφόδρα ἀγαθός. Καὶ τό· « Ὡς [53] ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων ! » ἀντὶ τοῦ, λίαν ἀγαπητά. Καὶ τό· « Ὡς ἐμεγαλύνθης σφόδρα ! » ἀντὶ τοῦ, Πάνυ ἐμεγαλύνθης. Οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα περὶ τῶν πολεμίων τὰ εἰρημένα λαμβάνοντες νοήσομεν τὸ, *ὅρασις* [54] *ἵππων*, ὅτι ἵπποις πολλοῖς καὶ ἱππεῦσι χρήσονται, καὶ μετὰ πολλῶν δὲ ἥξουσιν ἁρμάτων, τοσαύτῃ τέχνῃ κεχρημένων τῶν ἡνιόχων, ὡς καὶ εἰς αὐτὰς ἰθύνειν τὰς ἀκρωρείας, καὶ ταῖς δυσχωρίαις ὡς πεδίοις κεχρῆσθαι. Εἰς δὲ *τὴν ἀκρίδα* τὰ εἰρημένα λαμβάνοντες τὸ, « Ὡς ὅρασις ἵππων ἡ ὅρασις αὐτῶν, » νοήσομεν τῇ πείρᾳ πρὸς τοῦτο χρώμενοι διδασκάλῳ. Εἰ γάρ τις ἀκριβῶς κατίδοι τὴν κεφαλὴν τῆς ἀκρίδος, σφόδρα τῇ τοῦ ἵππου ἐοικυῖαν εὑρήσει. Ἔστι δὲ ἰδεῖν καὶ πετομένην αὐτὴν, κατ' οὐδὲν τῆς τῶν ἵππων ταχύτητος ἐλαττουμένην, δρεσί τε καὶ πεδίοις ῥᾳδίως ἐφιπταμένην· καὶ μέντοι καὶ τοῖς λῃστοῖς δίκην φλογὸς ἐπιοῦσαν, κατεσθιούσης καλάμην. Καὶ πλήθει δὲ παρατεταγμένῳ [55] εἰς πόλεμον ἔοικε, καὶ πετόμεναι [56], καὶ ἕρπουσαι (συνημμέναι γὰρ ἀλλήλαις ποιοῦσιν ἃ ποιοῦσιν), οἷόν [57] τινα συνασπισμὸν καὶ τάξιν δεικνῦσαι πολεμικήν.

ς'. « Ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, φησὶ, συντριβήσονται λαοί· καὶ πᾶν πρόσωπον, ὡς πρόσκαυμα χύτρας. » Τοιαύτην γὰρ ἐπάξει τοῖς ἀνθρώποις τὴν συμφορὰν, ὡς ὑπὸ πυρός τινος μελανθείσῃ χύτρᾳ τὰ τούτων παραβάλλεσθαι πρόσωπα, τοῦ λιμοῦ καὶ τῆς ἐνδείας ταύτην ἐργαζομένης τὴν διαφθοράν.

ζ', η'. « Ὡς μαχηταὶ δραμοῦνται, καὶ ὡς ἄνδρες πολεμισταὶ ἀναβήσονται ἐπὶ τὰ τείχη· ἕκαστος ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ πορεύσονται, καὶ οὐ μὴ ἐκκλίνωσι τὰς τρίβους αὐτῶν. Καὶ ἕκαστος ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ [58] αὐτοῦ οὐκ ἀφέξεται. » Καὶ ταῦτα τοῖς εἰρημένοις παραπλησίως νοήσωμεν, εἴς τε τοὺς πολεμίους, εἴς τε τὴν ἀκρίδα λαμβάνοντες. Ἔστι γὰρ ἰδεῖν καὶ τὴν ἀκρίδα, τῶν [59] πολεμίων δίκην, καὶ τειχῶν ἐπιβαίνουσαν, κἂν ταῖς ὁδοῖς βαδίζουσαν, καὶ οὐδ' ὑπό τινος ἀνάγκης σκεδασθῆναι ἀνεχομένην, ἀλλ' οἷον μετά τινος

[j] Psal. LXXII, 1. [k] Psal. LXXXIII, 2. [l] Psal. VIII, 1, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[50] τινός. Des. ibid. [51] Ὡς. Des. ibid. [52] τῷ. Supra, t. I, p. 1114, erat, τοῦ. [53] Ὡς. Des. in C. [54] ὅρ. In C ab eadem manu additum ὡς. [55] παρ. Ita cum C legimus. Sirm. παρατεταμένῳ. [56] C πετομένη et deinde ἑρπουσα [57] οἷον. C præm. καί. [58] ἀδ. A πλησίον. [59] τῶν. Des. in C.

Digitized by Google

συμπνοίας τὴν ἔφοδον ποιουμένην. « Καταβαρυνόμενοι ἐν τοῖς ὅπλοις αὐτῶν πορεύσονται, καὶ ἐν τοῖς βέλεσιν αὐτῶν πεσοῦνται, καὶ οὐ μὴ συντελεσθῶσιν. » Ὅπλα δὲ αἱ μὲν ἀκρίδες ἔχουσι φυσικὰ, ὀδόντας, καὶ πτερὰ, καὶ πριονώδη κῶλα· οἱ δὲ πολέμιοι τὰ ἀπὸ τῆς τέχνης πορισθέντα τῇ φύσει. Ἀλλὰ καὶ οὗτοι, φησὶ, κἀκεῖνοι τοῖς ὅπλοις διηνεκῶς χρήσονται. Καὶ πολεμοῦντες [60] γὰρ ἐν τοῖς σφοδροτέροις πολέμοις, καὶ σιδηροφοροῦντες σιτίων καὶ ὕπνου μεταλαγχάνειν εἰώθασι, τῶν πελαζόντων αὐτοῖς πολεμίων τὰς ἐφόδους δειμαίνοντες· Τὸ οὖν, *Πεσοῦνται ἐν τοῖς βέλεσιν αὐτῶν*, τὸ μετὰ τῶν ὅπλων διαναπαύεσθαι λέγει. τὸ δὲ, *Οὐ μὴ συντελεσθῶσιν*, ἀντὶ τοῦ, κόρον οὐ λήψονται τῶν πολεμίων [61]· οὐδὲ μὴν αἱ ἀκρίδες τῆς βρώσεως. Εἶτα ἐπάγει, ὡς οὐκ ἀπόχρη τῶν περιβόλων τὸ ὕψος ἐμποδὼν τῇ τούτων εἰσόδῳ γενέσθαι· ἀλλὰ ῥᾳδίως μὲν ὑπερβήσονται τὰ τείχη, κλέπται δὲ παραπλησίως διὰ θυρίδων εἰς τὰς οἰκίας εἰσελεύσονται. Καὶ τοῦτο δὲ οὐ μόνον ὑπὸ πολεμίων, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀκρίδων γεγενημένον πολλάκις ἐθεασάμεθα· οὐ πετόμεναι γὰρ μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν τειχῶν [62] ἀνέρπουσαι, διὰ τῶν φωταγωγῶν εἰς τοὺς οἴκους εἰσίασι.

ι', ια'. « Ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ συγχυθήσεται ἡ γῆ, καὶ σεισθήσεται ὁ οὐρανός· ὁ ἥλιος καὶ σελήνη [63] συσκοτάσουσι, καὶ τὰ ἄστρα οὐ δώσουσι τὸ φέγγος αὐτῶν. Καὶ Κύριος δώσει φωνὴν αὐτοῦ πρὸ προσώπου δυνάμεως αὐτοῦ, ὅτι πολλή ἐστιν ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ. » Ταῦτα δὲ εἰκὸς μὲν καὶ δι' αὐτῶν γενέσθαι τῶν πραγμάτων· *φωνὴν* γὰρ καλεῖ τὴν βροντὴν, καὶ ἡλίου δὲ καὶ σελήνης ἐκλείψεις πολλάκις γεγενημένας ἐθεασάμεθα, καὶ τὰ ἄστρα ὑπὸ αὐχμοῦ τινος ἔστιν ὅτε ἀμυδρὰ γίνεται σφόδρα· καὶ ἡ γῆ δὲ κλονουμένη, τοῦ Θεοῦ παραδηλοῖ τὴν ὀργήν. Καὶ ἑτέρως δὲ δυνατὸν ταῦτα νοῆσαι· οἱ γὰρ ἐν συμφοραῖς ὄντες, οἷον ἐν σκότῳ τινὶ διάγοντες, οὐ τῆς τῶν οὐρανῶν ἐπαισθάνονται στάσεως, οὐ τὴν γῆν ἀκίνητον ὑπολαμβάνουσιν εἶναι, οὐκ ἐν φωτὶ τὴν ἡμέραν, οὐκ ἐν αὐγῇ τινι συμμέτρῳ τὴν νύκτα, ἀλλ' ἅπαντα ἄρδην ἀνατετράφθαι νομίζουσι. Τούτοις ἐπάγει· « Ὅτι ἰσχυρὰ ἔργα λόγων αὐτοῦ. » Ἀντὶ τοῦ, Οὐδεὶς Θεοῦ λόγος ἔρημος ἔργων μένει· ὃ γὰρ ἂν εἴπῃ, τοῦτο εὐθὺς εἰς ἔργον χωρεῖ. « Διότι μεγάλη ἡ ἡμέρα τοῦ Κυρίου, μεγάλη καὶ ἐπιφανὴς σφόδρα, καὶ τίς ἔσται ἱκανὸς αὐτῇ; » Τοιαῦτα [64], φησὶν, ὑμῖν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐπάξει κακὰ, ὥστε κατὰ πᾶσαν ταῦτα δῆλα γενέσθαι τὴν οἰκουμένην. *Ἡμέραν* γὰρ *μεγάλην* καὶ *ἐπιφανῆ* κέκληκε τὴν εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους τῶν ἐπαχθησομένων δεινῶν διατρέχουσαν φήμην. Ἀντιστῆναι δὲ τοῖς ἐπαγομένοις ὑπὸ Θεοῦ κακοῖς οὐδεὶς ἀνθρώπων δυνήσεται. Μετὰ ταύτας τὰς ἀπηχεῖς ἀπειλὰς εἰς παραίνεσιν καὶ συμβουλὴν τρέπει τὸν λόγον,

ιβ'. « Ἐπιστράφητε, λέγων, ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ὑμῶν· » μὴ μερίζοντες ταύτην εἰς ἡδονὰς καὶ εὐχὰς ἀλλὰ νηστείᾳ καὶ δάκρυσι χρώμενοι.

A « Aggravati armis suis ibunt, et in jaculis suis cadent et non consumentur. » Arma autem habent, locustæ quidem, naturalia, dentes, alas, et serrata membra : hostes vero, ea quæ ars suppeditat naturæ. Sed et hi, inquit, et illi, assidue armis utentur. Nam qui bellum gerunt, in gravissimis bellis, armati et cibum et somnum capere solent, hostium sibi appropinquantium impetum metuentes. *In jaculis* ergo *suis cadent*, dixit, hoc est, una cum armis suis requiescent. *Non consumentur* autem, idem est quod, hostibus non satiabuntur : neque enim locustæ satietate cibi capiuntur. [9] Post hæc addit, non murorum altitudinem satis fore ad prohibendos hostes ab ingressu : sed fore ut muros expedite **1392** transcendant, B et sicut fures per fenestras domos ingrediantur. Id quod non solum ab hostibus, sed etiam a locustis sæpe factum vidimus : nam non solum volando, sed etiam ad muros irrependo, per fenestras domos penetrant.

Vers. 10, 11. « Ante faciem ejus confundetur terra, et commovebitur cœlum : sol et luna obtenebrabuntur : et stellæ non dabunt lumen suum. Et Dominus dabit vocem suam a facie virtutis suæ : quoniam multa sunt castra ejus. » Hæc autem rebus ipsis fieri vero proximum est : nam *vocem* vocat tonitru, solis autem et lunæ defectiones C sæpe fieri perspeximus, astraque ex squalore quodam interdum valde obscurantur, et terræ quoque concussio Dei iram ostendit. Possunt vero et alia ratione hæc intelligi. Qui enim in calamitatibus versantur, tanquam in tenebris quibusdam degentes, nec cœlorum statum sensu capiunt, nec esse terram immobilem existimant : non in luce diem, non in moderato aliquo fulgore noctem, sed funditus inversa esse omnia arbitrantur. His adjungit : « Quoniam fortia opera sermonum illius. » Hoc est, Nullus Dei sermo rebus destitutus manet : sed quod dicit, confestim opere perficitur. « Quia magnus dies Domini, magnus et valde illustris : et quis sustinere poterit eum ? » D Talia Deus vobis inferet mala, ut universo orbi terræ manifesta fiant. *Diem* enim *magnum* et *illustrem* vocavit famam inferendarum calamitatum ad omnes homines **1393** pervagantem. Malis autem, quæ Deus infligit, mortalium nullus resistere poterit. Post has horribiles minas ad consolationem et consilium convertit sermonem, dicens :

Vers. 12. « Convertimini (ad Dominum) toto corde vestro : » non dividentes ipsum in voluptates et preces, sed jejunio et lacrymis operam dantes.

VARIÆ LECTIONES.

[60] πολ. C addit, καὶ διαναπαυόμενοι· σιδηροφοροῦντες. Sequitur, γὰρ ἐν τοῖς, κ. τ. λ. Ex his solum σιδηροφ. post πολέμοις supplere visum est. [61] πολ. IIa cum C legimus. Sirm. πολέμων. [62] C τοίχων. [63] σελ. C præm. ἡ. [64] Τοιαῦτα. C αὐτά.

Digitized by Google

VERS. 13. « Et scindite corda vestra, et non vestimenta vestra. » Hoc est, Cogitationes compunctionis mente versate, et animi pervicaciam emollite, et salutaria capite consilia, nequitiæque via relicta, ad Deum ducentem viam summa cum contentione ingredimini : nam misericordiæ et miserationis multi apud eum fontes exsistunt, et patientia utens solet minas reipsa non exsequi. Hoc enim significavit, dicens : « Et pœnitet eum malorum, » hoc est, perterrefaciens quidem pœnarum minis, sed facta hominum in melius commutatione, commutans et ipse minas in id quod gratum est. Neque enim universorum Deus nunc hoc, nunc illud vult, neque similiter ut nos, eum pœnitet eorum quæ facit : sed etiam dum minatur, habet apud se misericordiam, quam his quos peccatorum pœnitet, largitur : rursus cum bona promittit, non ignorat qui boni sint, quive donis suis indigni; et illis quidem dona præbet, his vero contra quam pollicetur impertit. Promissionibus enim et minis ad utilitatem (hominum) uti solet : ut has metuentes, illas exoptantes, vitam * ad legem compositam **1394** agant. Post hæc propheta cum quadam dubitatione divinam clementiam pollicetur, hoc etiam modo stupidos exterrens.

VERS. 14. « Quis novit, an revertatur, et pœniteat eum, et relinquat post se benedictionem, sacrificium, et libamen Domino Deo nostro ? » Verisimile est, inquit, fore ut minis sine effectu relictis, solita nos bonorum copia cumulet, ut et solitum altari cultum offeramus. *Benedictionem* enim, bonorum vocavit suppeditationem. Cum hac igitur, inquit, spe,

VERS. 15. « Clangite tuba in Sione : » [16] in jejunio et divino cultu omnem populum congregantes, ut omnis Ecclesia studiose det operam pœnitentiæ. Majores autem natu præeant, omnisque ætas intersit, nè infantibus quidem lactentibus exceptis. Et qui nuper etiam sponsale jugum subierunt, nuptialibus conviviis relictis, simul cum cætero populo pœnitentiæ lacrymas profundant. Sacerdotum autem collegium ad templi fores, et altare quod est præ foribus ejus, lugens et ejulans universorum Deum placare studeat his verbis :

VERS. 17. « Parce, Domine, populo tuo, et ne dederis hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominentur illis gentes : ne dicant in nationibus : Ubi est Deus eorum ? » Hic ergo aperte ostendit, fore ut ob Sennacherimum supplicationes instituantur, ob quem etiam rex Ezechias magnum prophetam Isaiam rogavit, ut pro populo legationem ad Deum obiret. [18] Quæ vero subjiciuntur, docent, **1395** terræ quoque fruges divinitus injectis plagis labefa-

A ιγ'. « Καὶ διαῤῥήξατε τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ μὴ τὰ ἱμάτια ὑμῶν. » Τουτέστι, Τοῖς τῆς κατανύξεως χρήσασθε λογισμοῖς, καὶ τὸ ἀπειθὲς τῆς διανοίας καταμαλάξατε, καὶ τὰς ἐπωφελεῖς ὑποδέξασθε συμβουλάς, καὶ τὴν τῆς κακίας καταλιπόντες ὁδὸν, τὴν πρὸς Θεὸν ἄγουσαν συντόνως ὁδεύετε· οἶκτου γὰρ καὶ ἐλέου πολλαὶ παρ' αὐτῷ πηγαὶ, καὶ μακροθυμίᾳ χρώμενος οἶδεν εἰς ἔργον μὴ φέρειν τὰς ἀπειλάς. Τοῦτο γὰρ παρεδήλωσεν εἰρηκώς· « Καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς κακίαις· » ἀντὶ τοῦ, δεδιττόμενος μὲν ταῖς τῶν κολάσεων ἀπειλαῖς, ταῖς δὲ τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολαῖς συμμεταβάλλων ἐπὶ τὸ θυμῆρες τὰς ἀπειλάς. Ὁ γὰρ τῶν ὅλων Θεὸς οὐ νῦν μὲν ταῦτα, νῦν δὲ ἐκεῖνα βουλεύεται, οὐδὲ παραπλησίως ἡμῖν [68], ἐφ' οἷς πράττει μετανοεῖ· ἀλλὰ καὶ B ἀπειλῶν ἔχει παρ' αὐτῷ τὸν ἔλεον, ὃν τοῖς μεταμελομένοις ἐφ' οἷς ἐξήμαρτον χορηγεῖ· καὶ ἀγαθὰ ὑπισχνούμενος οἶδε τούς τε ἀγαθοὺς, καὶ τοὺς ἀναξίους [68] τῶν δωρεῶν· καὶ τοῖς μὲν ταύτας ὀρέγει, τοῖς δὲ τἀναντία ὧν ὑπισχνεῖται δίδωσιν. Ὑποσχέσεσι γὰρ καὶ ἀπειλαῖς πρὸς ὠφέλειαν κέχρηται, ἵνα τὰς μὲν δεδιότες, τὰς δὲ ποθοῦντες, τὴν ἔννομον πολιτείαν ἀσπάσωνται. Εἶτα μετά τινος ἀμφιβολίας ὁ προφήτης τὴν θείαν εὐμένειαν ἐπαγγέλλεται, κἀν [67] τούτῳ τοὺς ἀναισθήτους φοβῶν.

ιδ'. « Τίς οἶδεν, εἰ ἐπιστρέψει, καὶ μετανοήσει, καὶ ὑπολείψεται ὀπίσω αὐτοῦ εὐλογίαν, θυσίαν, καὶ σπονδὴν Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν ; » Εἰκὸς, φησὶν, ὅτι C τὰς ἀπειλὰς καταλιπὼν ἀτελεῖς, τὴν συνήθη τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν ἀφθονίαν δωρήσεται, ὥστε καὶ τὴν συνήθη λατρείαν τῷ θυσιαστηρίῳ προσφέρειν. *Εὐλογίαν* γὰρ τὴν τῶν ἀγαθῶν ἐκάλεσε χορηγίαν. Μετ' αὐτῆς [68] τοίνυν, φησὶ, τῆς ἐλπίδος,

ιε'. « Σαλπίσατε σάλπιγγι ἐν Σιών· » ἐν νηστείᾳ καὶ Θεοῦ θεραπείᾳ πάντα συναθροίζοντες τὸν λαὸν, ὥστε πᾶσαν τὴν Ἐκκλησίαν ἐκθύμως τῇ μεταμελείᾳ προσέχειν. Ἡγείσθωσαν δὲ οἱ τὸν πλείονα βεβιωκότες χρόνον· παρέστω δὲ καὶ πᾶσα ἡλικία, μηδὲ τῶν ὑπομαζίων ὑπολειπομένων βρεφῶν. Καὶ οἱ ἄρτι δὲ δεξάμενοι τὸν τοῦ γάμου ζυγὸν, τὰς γαμηλίους εὐωχίας καταλιπόντες, μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ τὸ τῆς μετανοίας προχείτωσαν δάκρυον. Ὁ δὲ τῶν ἱερέων σύλλογος παρὰ τὰς τοῦ ναοῦ πύλας, καὶ τὸ πρὸ τού- D των θυσιαστήριον, ὀλοφυρόμενος καὶ ποτνιώμενος, τὸν τῶν ὅλων ἐξιλεούσθω Θεὸν, βοῶν·

ιϛ'. « Φεῖσαι, Κύριε, τοῦ λαοῦ σου, καὶ μὴ δῷς τὴν κληρονομίαν σου εἰς ὄνειδος, τοῦ κατάρξαι [69] αὐτῶν ἔθνη, ὅπως μὴ εἴπωσιν ἐν τοῖς ἔθνεσι· Ποῦ ἔστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν ; » Ἐνταῦθα μὲν οὖν σαφῶς ἐδίδαξεν, ὅτι [70] περὶ τοῦ Σενναχηρεὶμ ἡ ἱκετεία προσήγετο, δι' ὃν καὶ Ἐζεκίας ὁ βασιλεὺς τὸν μέγαν προφήτην Ἡσαΐαν ἐλιπάρησε τὴν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ πρεσβείαν προσενεγκεῖν τῷ Θεῷ. Τὰ δὲ ἐπαγόμενα διδάσκει, ὡς καὶ οἱ ἐκ γῆς καρποὶ ταῖς θεηλάτοις

VARIÆ LECTIONES.

[65] ἡμ. Des. in C. [66] ἀν. C ἀξίους. [67] C καί. [68] C μετὰ ταύτης. [69] κατ. Edit. prior præmittebat μή, quod expungendum fuit. [70] ὅτι. C ὡς.

Digitized by Google

πληγαῖς ἐλωβήθησαν. Δεξάμενος γὰρ τὴν μεταμέλειαν ὁ Δεσπότης, ὑπισχνεῖται αὐτοῖς δώσειν καὶ τὸν σῖτον, καὶ τὸν οἶνον, καὶ τὸ ἔλαιον, καὶ δώσειν μετὰ φιλοτιμίας ὅτι πλείστης. Προσέθηκε γάρ, ὅτι « Ἐμπλησθήσεσθε αὐτῶν. » Τουτέστιν, Εἰς κόρον αὐτῶν ἀπολαύσετε. « Καὶ οὐ δώσω ὑμᾶς οὐκέτι εἰς ὀνειδισμὸν ἐν [71] τοῖς ἔθνεσιν. » Κατάλληλος τῇ αἰτήσει ἡ δόσις· ἐπειδὴ γὰρ ἱκετεύοντες ἔλεγον· « Μὴ δῷς τὴν κληρονομίαν σου εἰς ὄνειδος, καὶ μὴ εἴπωσιν ἐν τοῖς ἔθνεσι· Ποῦ ἔστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν; » ἁρμόττουσαν ταῖς ἱκετείαις τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσατο, ὅτι Οὐκ ἐάσω ὑμᾶς ἐπιχάρπους τοῖς ὁμόροις γενέσθαι, ἀλλὰ τῆς παρ' ἐμοῦ μεταδώσω προνοίας, ὥστε γνῶναι κἀκείνους διὰ τῶν εἰς ὑμᾶς γιγνομένων, τοῦ Θεοῦ ὑμῶν τὴν ἰσχύν.

κ'. « Καὶ τὸν ἀπὸ βορρᾶ δὲ ἐκδιώξω ἀφ' ὑμῶν, καὶ ἐξοίσω [72] αὐτὸν εἰς γῆν ἄνυδρον, καὶ ἀφανιῶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν πρώτην, καὶ τὰ ὀπίσω αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν ἐσχάτην, καὶ ἀναβήσεται ἡ σαπρία αὐτοῦ, καὶ ἀναβήσεται ὁ βρῶμος αὐτοῦ, ὅτι ἐμεγάλυνε [73] τὰ ἔργα αὐτοῦ. » *Τὸν ἀπὸ βορρᾶ* τὸν Ἀσσύριον λέγει, ὃν πάλαι μὲν ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων ἐξήλασε, τοὺς πλείστους αὐτῶν δι' ἀγγέλου κατακοντίσας, μετὰ δὲ ταῦτα Βαβυλωνίων πεποίηκε παρανάλωμα, Βαβυλωνίους δὲ πάλιν τοῖς Πέρσαις παρέδωκε. *Θαλάσσας* τοίνυν τὰς στρατιὰς καλεῖ *πρώτην* μὲν τὴν Βαβυλωνίων, ὑφ' ὧν τὰ ἐν Νινευὶ κατελύθη βασίλεια· *ἐσχάτην* δὲ τὴν Περσῶν. Οὗτοι γὰρ ἡγουμένου [74] τοῦ Κύρου, καὶ εἷλον τὴν Βαβυλῶνα, καὶ τοὺς πλείστους ἀνεῖλον, τοὺς δὲ ἄλλους ἐξηνδραπόδισαν. *Σαπρίαν* δὲ καὶ *βρῶμον* τὴν μετὰ τὸν θάνατον δυσωδίαν ἐκάλεσεν· ἀτάφων γάρ, ὡς ἐν πολέμῳ, τῶν σωμάτων ῥιφέντων, καὶ ταῦτα παρηκολούθησε. Τοιγάρτοι τούτων, φησὶ, παρ' ἐμοῦ γιγνομένων,

κα'. « Θάρσει, γῆ, χαῖρε, καὶ εὐφραίνου, ὅτι ἐμεγάλυνε Κύριος τοῦ ποιῆσαι. » Καὶ ἵνα μὴ πάντα καταλέγων πέρα τοῦ μετρίου μηκύνω, καὶ τοῖς κτήνεσιν ὁμοίως παρακελεύεται θαρρεῖν, ὡς ὄμβρων συνήθως ἐσομένων, καὶ τῆς πόας φανησομένης, καὶ νομῆς ἐσομένης εἰς κόρον, καὶ ἀμπέλων, καὶ συκῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων τοῖς παντοδαποῖς βριθόντων καρποῖς. Δῆλον δὲ ὅτι τῇ γῇ καὶ τοῖς κτήνεσιν οὐχ ὡς λογικοῖς διαλέγεται, ἀλλὰ πάντοθεν [75] τοῖς ἀθυμοῦσι ψυχαγωγίαν προσφέρει. Διὸ καταλιπὼν εὐθὺς τὴν ἄψυχον γῆν, καὶ τῶν ἀλόγων τὰ γένη, ἐπὶ τὴν φύσιν μετέβη τὴν λογικήν.

κγ'. « Καὶ τὰ τέκνα Σιὼν, χαίρετε, καὶ εὐφραίνεσθε ἐπὶ Κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν. » Τὰς γὰρ ἀναγκαίας ὑμῖν χορηγήσει χρείας, καὶ παρέξει *τὸν ὑετὸν* εἰς καιρὸν, *τόν τε πρώϊμον καὶ τὸν ὄψιμον*, καθάπερ καὶ πρόσθεν ἀπελαύετε. Τοσαύτη δὲ ἔσται φορὰ τῶν ὡραίων, ὡς καὶ τὰς ἀλωὰς ὑπὸ τῶν ἀσταχύων στενοχωρεῖσθαι, καὶ τοῦ οἴνου καὶ τοῦ ἐλαίου τὰς ληνοὺς

A etatas esse. [19] Suscepta enim eorum pœnitentia, Dominus pollicetur se eis daturum esse frumentum, vinum et oleum, daturumque cum munificentia quam maxima. Adjecit enim : « Et implebimini ex eis. » Hoc est, ad saturitatem eis fruemini. « Et non dabo vos ultra in opprobrium in gentibus. » Convenit postulatis donum. Nam quia rogantes dixerant : « Ne dederis hæreditatem tuam in opprobrium, et ne dicant in gentibus : Ubi est Deus eorum ? » congruens precibus responsum dedit : Non permittam vos ludibrio et voluptati esse finitimis vestris ; sed vos cura mea dignabor, adeo ut illi quoque cognituri sint ex meis in vos benefactis Dei vestri robur.

B Vers. 20. « Et eum, qui ab aquilone est, repellam a vobis, et educam eum in terram quæ est sine aqua : et disperdam agmen ejus primum in mare primum, et postremam ejus partem in mare novissimum, et ascendet putredo ejus, et ascendet fetor illius, quoniam magnificavit opera sua. » Eum qui est *ab aquilone*, Assyrium vocat, quem Hierosolymis olim expulit, plurimis illorum per angelum interfectis : posthæc vero in Babyloniorum potestatem redegit, Babylonios autem rursus Persis tradidit. *Maria* igitur appellat exercitus : *primum* quidem Babyloniorum, a quibus regia, quæ erat apud Nineven, destructa est : *novissimum* vero, Persarum. Ili enim duce Cyro Babylonem ceperunt,

C et plurimos sustulerunt, alios vero captivos abduxerunt. **1396** *Putredinem* autem, et *fetorem* vocavit tetrum odorem post mortem : corporibus enim, ut in bello fit, insepultis, hæc etiam secuta sunt. Igitur his a me factis, inquit,

Vers. 21. « Confide, terra, gaude atque lætare, quia magnificavit Dominus ut faceret. » [22] Et ne omnia persequendo modum excedam, etiam jumenta confidere jubet, quod nimirum et pluviæ de more futuræ sint, et herbæ producendæ, pabulumque ad satietatem abundaturum : vineæ etiam, et ficus, et cæteræ arbores omnium fructuum copiam edituræ. Planum est autem, eum non tanquam illis ratio insit, terram alloqui et jumenta :

D sed omni ex parte mœstis et afflictis consolationem captat. Quamobrem inanimata terra mox relicta, rationeque expertibus jumentis, ad naturam ratione præditam se convertit.

Vers. 23. « Et filii Sionis, gaudete, atque lætamini de Domino Deo vestro. » Vobis enim usus necessarios suppeditabit, et præbebit suo tempore *imbrem matutinum et serotinum*, sicut antea fruebamini. [24] Tanta autem erit fructuum redundantia, ut areæ angustiores futuræ sint quam ut fruges recipere queant, et torcularia vino et oleo diffluant.

VARIÆ LECTIONES.

[71] ἐν. Ex C suppl. [72] Rec. lect. est ἐξώσω. [73] A ἐμεγαλύνθη. [74] ἡγησαμένου. [75] C πανταχόθεν.

Digitized by Google

docens aperte, illos non hostiem modo incursionem sustinuisse, sed a locusta etiam, aliisque graviter vexatos fuisse, statim subjungit :

VERS. 25. « Et reddam vobis pro annis, in quibus comedit locusta, et bruchus, et rubigo, et eruca, fortitudo mea magna, quam misi in vos. » *Magnam* autem *fortitudinem suam* vocavit erucam, **1397** non quod æque magnum robur habeat illa, quam « qui respicit terram, et facit eam tremere, qui tangit montes, et fumigant, qui increpat mare, et exsiccat [m], » et mille alia majora facere potest; sed quia major, quæ per hanc illis illata est pernicies, ideo *magnam* illam appellavit *fortitudinem suam*.

VERS. 26. « Et vescemini comedentes, et saturabimini, et laudabitis nomen Domini Dei vestri, qui fecit vobiscum mirabilia. » Hoc enim bonorum est caput, non bonis ad satietatem repleri, sed bonorum largitorem laudare. Iis vero qui sic grato sunt animo, et divinorum beneficiorum memoriam retinent, promittit futurum, « ut non confundatur populus ejus in æternum. » Quodsi nunc Judæi in confusione sunt, non ideo Deus, qui mentiri non potest, in promissionibus suis mentitus est; sed ipsi promissionibus indignos se reddiderunt, ingrati in benefactorem effecti, qui patremfamilias Beelzebub vocaverunt, hæredemque interfecerunt, et non solum fructus in tempore non retulerunt, sed etiam hæreditatem rapere conati sunt.

VERS. 27. « Et scietis, in medio Israelis me esse : et me esse Dominum Deum vestrum, nec quemquam amplius esse præter me. » Experimento enim percipietis, me, curam vestri gerentem, vobiscum habitare non gravari, cui cœlum thronus est, et terra scabellum pedum : cognoscetis vero etiam idolorum vestrorum imbecillitatem, et me solum esse Deum, qui delinquentes corrigere, et misereri pœnitentium **1398** possim. In his autem cogitationibus permanentes, in omni securitate vivetis, neque amplius gentium opprobria perferetis. Postquam hoc modo reditum prædixit, et servitutis depulsionem, et divinitus datam libertatem, et anni ubertatem fructuumque copiam, necnon erroris depulsionem, radiosque cognitionis Dei, ostendit pariter multiplicia divini Spiritus dona, quæ post Unigeniti incarnationem, et salutarem passionem, et resurrectionem, et in cœlum ascensum, apostolis, et per illos omnibus in omni orbe terrarum credentibus, largitus est universorum Deus.

VERS. 28, 29. « Et erit post hæc, » hoc est, post reditum et veritatis cognitionem, « effundam

[m] Psal. CIII, 32.

A ὑπερβλύζειν. Καὶ διδάσκων σαφῶς, ὡς οὐ μόνον πολεμικὴν ὑπέμειναν ἔφοδον, ἀλλὰ [76] καὶ ὑπὸ ἀκρίδος, καὶ τῶν ἄλλων λίαν ἐμαστιγώθησαν, εὐθὺς ἐπήγαγε·

κε'. « Καὶ ἀνταποδώσω ὑμῖν ἀντὶ τῶν ἐτῶν, ὧν κατέφαγεν ἡ ἀκρὶς, καὶ ὁ βροῦχος, καὶ ἡ ἐρυσίβη, καὶ ἡ κάμπη, ἡ δύναμίς μου ἡ μεγάλη, ἣν ἐξαπέστειλα εἰς ὑμᾶς. » *Δύναμιν* δὲ *αὐτοῦ μεγάλην* τὴν κάμπην ἐκάλεσεν, οὐκ ἐπειδὴ ταύτην ἔχει δύναμιν μεγάλην « ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν, ὁ ἁπτόμενος τῶν ὀρέων, καὶ καπνίζονται, ὁ ἐπιτιμῶν τῇ θαλάσσῃ, καὶ ξηραίνων αὐτὴν, » καὶ μυρία τούτων μείζονα δυνάμενος δρᾶν· ἀλλ' ἐπειδὴ μείζων ἡ ἐκ ταύτης αὐτοῖς ἐγένετο βλάβη, *μεγάλην* αὐτὴν προσηγόρευσε *δύναμιν*.

B κς'. « Καὶ φάγεσθε ἐσθίοντες, καὶ ἐμπλησθήσεσθε, καὶ αἰνέσετε τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν, ὃς ἐποίησε μεθ' ὑμῶν θαυμάσια. » Τοῦτο γὰρ τῶν ἀγαθῶν τὸ κεφάλαιον, οὐ τὸ εἰς κόρον ἀπολαῦσαι τῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ τὸ ὑμνῆσαι τὸν δοτῆρα τῶν ἀγαθῶν. Τοῖς δὲ οὕτως εὐγνωμόνως διακειμένοις, καὶ τῶν θείων εὐεργεσιῶν μεμνημένοις, ὑπισχνεῖται « τὸ μὴ καταισχυνθῆναι τὸν λαὸν αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα. » Εἰ δὲ ἐν αἰσχύνῃ νῦν εἰσιν Ἰουδαῖοι, οὐχ ὁ ἀψευδὴς Θεὸς τὰς ὑποσχέσεις ἐψεύσατο· ἀλλ' αὐτοὶ σφᾶς αὐτοὺς ἀπέφηναν ἀναξίους τῶν ὑποσχέσεων, ἀχάριστοι [77] περὶ τὸν εὐεργέτην γεγενημένοι, καὶ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἀποκαλέσαντες, καὶ τὸν κληρονόμον ἀποκτείναντες, καὶ μὴ μόνον τοὺς καρποὺς εἰς καιρὸν [78] οὐκ ἀποδεδωκότες, ἀλλὰ καὶ τὴν κληρονομίαν ἁρπάσαι C πειρασθέντες.

κζ'. « Καὶ ἐπιγνώσεσθε, ὅτι ἐν μέσῳ τοῦ Ἰσραὴλ ἐγώ εἰμι, καὶ ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι πλὴν ἐμοῦ. » Δι' αὐτῆς [79] γὰρ τῆς πείρας μαθήσεσθε, ὅπως ὑμῶν κηδόμενος συνοικεῖν ὑμῖν ἀνέχομαι, ὁ τὸν οὐρανὸν ἔχων θρόνον, τὴν δὲ γῆν ὑποπόδιον· εἴσεσθε δὲ καὶ τῶν ὑμετέρων εἰδώλων τὴν ἀσθένειαν, καὶ ὅτι ἐγὼ μόνος ὑπάρχω Θεὸς, καὶ παιδεύειν τοὺς πλημμελοῦντας, καὶ ἐλεεῖν τοὺς μεταμελουμένους δυνάμενος. Τούτοις δὲ τοῖς λογισμοῖς ἐπιμένοντες, ἐν ἀδείᾳ πάσῃ βιώσεσθε, οὐκέτι τὰ τῶν ἐθνῶν ὀνείδη δεχόμενοι. Οὕτω τὰ κατὰ τὴν ἐπάνοδον προαγορεύσας, καὶ τὴν τῆς δουλείας ἀπαλλαγὴν, καὶ τὴν θεόσδοτον ἐλευθερίαν, καὶ τὴν εὐετηρίαν, καὶ τῶν D καρπῶν τὴν ἀφθονίαν, καὶ τὴν τῆς πλάνης ἀπαλλαγὴν, καὶ τῆς θεογνωσίας προειπὼν τὰς ἀκτῖνας, μηνύει καὶ τὰς παντοδαπὰς τοῦ θείου Πνεύματος δωρεὰς, ἃς μετὰ τὴν τοῦ Μονογενοῦς ἐνανθρώπησιν, καὶ τὸ σωτήριον πάθος, καὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν, τοῖς ἱεροῖς ἐχορήγησεν ἀποστόλοις ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, καὶ δι' ἐκείνων ἅπασι τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην πεπιστευκόσι.

κη', κθ'. « Καὶ ἔσται μετὰ ταῦτα. » Τουτέστι, μετὰ τὴν ἐπάνοδον καὶ τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν. « Καὶ [80]

VARIÆ LECTIONES.

[76] ἀλλὰ — ἐμαστ. Des. ibid. [77] C ἄχρηστοι. [78] καιρ. Ita cum C leg. Sirm. κόρον. [79] C Διὰ ταύτης. [80] καί. Des. in C.

Digitized by Google

ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνυπνιασθήσονται, καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται. Καί γε ἐπὶ τοὺς δούλους μου, καὶ ἐπὶ τὰς δούλας μου, ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου. » Τοῦτο δὲ ἀναφανδὸν μὲν καὶ διαῤῥήδην κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς τὸ πέρας ἐδέξατο, ὅτε ἑλάλουν ἑτέραις γλώσσαις οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, καθὼς τὸ Πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι· καὶ μετὰ ταῦτα δὲ δι' ἐκείνων ἡ χάρις διενεμήθη τοῖς πιστεύουσιν ἅπασιν· ἐξ ὧν ἦσαν καὶ οἱ ἐν Ἀντιοχείᾳ προφῆται, καὶ Ἄγαβος ὁ τὴν ζώνην τοῦ Παύλου λαβών, καὶ οἱ ἐν Κορίνθῳ, πρὸς οὓς ὁ Παῦλος γράφει· « Ἐὰν δὲ πάντες προφητεύητε[81], εἰσέλθῃ δέ τις ἄπιστος, ἢ ἰδιώτης, ἐλέγχεται ὑπὸ πάντων, ἀνακρίνεται ὑπὸ πάντων, καὶ οὕτω[82] πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον προσκυνήσει τῷ Θεῷ, λέγων[83] ὅτι ὄντως ὁ Θεὸς ἐν ὑμῖν ἐστιν. » Καὶ αἱ τέτταρες δὲ τοῦ Φιλίππου θυγατέρες τὸ τῆς προφητείας ἐδέξαντο χάρισμα. Περὶ γὰρ τοῦ θεσπεσίου Παύλου τί δεῖ καὶ λέγειν, ὃς ἐν Μιλήτῳ μὲν τοῖς Ἐφεσίων ἔλεγε πρεσβυτέροις· « Οἶδα γάρ, ὅτι μετὰ τὴν ἄφιξίν μου εἰσελεύσονται λύκοι βαρεῖς εἰς ὑμᾶς, μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου, καὶ ἐξ ὑμῶν δὲ αὐτῶν ἀναστήσονται ἄνδρες λαλοῦντες διεστραμμένα; » Τιμοθέῳ δὲ γράφων βοᾷ, ὅτι « Ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποί· ἔσονται γὰρ ἄνθρωποι φίλαυτοι, φιλάργυροι, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ πάλιν· « Τὸ δὲ Πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ἐσχάταις ἡμέραις[84] ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλὰ γὰρ περιττὸν ποιῶ, δεικνύναι τῆς προφητείας πειρώμενος τὴν ἀλήθειαν. Ἄχρις γὰρ καὶ ἡμῶν τοῦτο διεφυλάχθη τὸ δῶρον, καὶ εἰσὶν ἐν τοῖς ἁγίοις ἄνδρες καθαρὸν τῆς διανοίας τὸ ὀπτικὸν ἔχοντες, οἳ πολλὰ τῶν μελλόντων καὶ προγινώσκουσι, καὶ προλέγουσιν. Οὕτως εἰρηκὼς τὰ μετὰ τὴν πρώτην τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφάνειαν χορηγηθέντα ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος δῶρα, προλέγει καὶ τὰ πρὸ τῆς δευτέρας ἐπιφανείας ἐσόμενα.

A de Spiritu meo super omnem carnem : et prophetabunt filii vestri et filiæ vestræ, et senes vestri somnia somniabunt, et juvenes vestri visiones · videbunt. Et super servos meos, et super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo. » Hoc vero palam quidem et aperte die Pentecostes ad finem perductum est, cum loquerentur aliis linguis divini apostoli, prout Spiritus dabat eis loqui [n] : post hæc vero per illos gratia distributa fuit omnibus credentibus, e quibus fuerunt qui in Antiochia erant prophetæ, et Agabus, qui zonam Pauli sumpsit · (eumque ligavit) ; et ex Corinthiis ii ad quos Paulus scribit : « Si autem omnes prophetetis, intret autem infidelis quidam, vel idiota, **1399** convincitur ab omnibus, dijudicatur ab B omnibus, et ita procidens in faciem adorabit Deum, pronuntians, vere Deum in vobis esse [p]. » Sed et quatuor filiæ Philippi prophetiæ quoque gratiam acceperunt. Nam de divino Paulo quid opus est dicere, qui Mileti quidem Ephesios seniores sic alloquebatur : « Scio enim, intraturos esse post discessum meum lupos rapaces apud vos, non parcentes gregi, et fore ut ex vobis ipsis exsurgant viri loquentes perversa? [q] » Ad Timotheum vero scribens, clamat : « In novissimis diebus instabunt tempora periculosa : erunt enim homines seipsos amantes, cupidi [r], » et reliqua. Et rursus : « Spiritus autem manifeste dicit, fore ut in novissimis temporibus discedant quidam a fide, attendentes C spiritibus erroris [s], » et reliqua. Sed supervacaneum est, quod conor, prophetiæ veritatem demonstrare. Permansit enim ad nostra usque tempora hoc donum : et sunt inter sanctos, qui puram mentis aciem habentes, multa de futuris et prænoscunt et prædicunt. Explicatis ad hunc modum donis quæ Spiritus divinus post primum Salvatoris nostri adventum largitus est, prædicit etiam ea, quæ ante secundum adventum futura sint.

λ', λα'. « Καὶ δώσω τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, αἷμα, καὶ πῦρ, καὶ ἀτμίδα καπνοῦ. Ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα, πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου, τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ. » Ταῦτα καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις προηγόρευσεν· « Ἔσται γάρ, φησί, σημεῖα ἐν οὐρανῷ, καὶ ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστροις. » *Ἡμέραν* δὲ *μεγάλην* καὶ *ἐπιφανῆ* τὴν δευτέραν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφάνειαν ὀνομάζει. Ἐπειδὴ γὰρ κατὰ τὴν προτέραν ἐτέχθη μὲν ὑπὸ πενιχρᾶς γυναικὸς ἐν σπηλαίῳ, τεχθεὶς δὲ ἐπὶ φάτνης ἐτέθη, καὶ ἕως ἤρξατο τῶν θαυμάτων, ἄδηλος ἦν τοῖς πολ-

Vers. 30, 31. « Et dabo prodigia in cœlo et super terram, sanguinem, et ignem, et vaporem fumi. Sol in tenebras convertetur : et luna in sanguinem, priusquam veniat dies Domini magnus et illustris. » D **1400** Hæc etiam in sacris Evangeliis Dominus prædixit : « Erunt enim, inquit, signa in cœlo, sole, luna et stellis [t]. » *Diem* vero *magnum* et *illustrem* appellat secundum Salvatoris nostri adventum. Quoniam enim tempore prioris adventus ex paupere muliere in spelunca natus est, natusque positus in præsepi, et usquedum · miracula edere cœpit, ignotus fuit plerisque : veniens autem in

[n] Act. II, 4. [o] Act. XXI, 11. [p] I Cor. XIV, 24, 25. [q] Act. XX, 29, 30. [r] II Tim. III, 1, 2. [s] I Tim. IV, 11. [t] Luc. XXI, 25.

VARIÆ LECTIONES.

[81] προφ. Lectio rec. προφητεύωσιν exstat infra, t. III, ad I Cor., l. c. [82] καὶ οὕτω, κ. τ. λ. Des. h. l. quæ l. c. præcedunt, καὶ οὕτω — γίνεται. [83] λέγ., κ. τ. λ. Infra, t. III, l. c. est, ἀπαγγέλλων, ὅτι ὁ Θ. ὄντως ἐν ὑμ. ἐστι. [84] ἐσχ. ἡμ. Rec. lectio l. c. est, ὑστέροις χρόνοις.

Digitized by Google

nubibus conspicietur, mille myriadibus præeuntibus, et mille millibus laudantibus, et illi omne genu flectitur cœlestium, terrestrium, et inferorum [u], merito diem illum (magnum et) illustrem appellat.

VERS. 32. « Et erit, omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit. » Opportune hic apponere possumus illud apostolicum : « Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt ? aut quomodo credent ei, quem non audierunt ? quomodo autem audient sine prædicante [v] ? » Quam ob causam apposite adjecit : « Quia in monte Sion, et in Hierosolyma erit qui salvatus erit, sicut dixit Dominus, et annuntiantes, quos Dominus vocavit. » Clare enim hic nobis sanctos apostolos expressit, quibus præceptum fuit, ut (omni creaturæ) Evangelium annuntiarent, dicentes, « Appropinquavit regnum cœlorum [x]. » In monte autem Sione, et in Hierosolyma futurus est, ait, qui salvatus erit : ostendens fore ut omnis credens in eum qui ibi in crucem actus et supplicio pro nobis datus est, salutem assequatur. Post prædictionem spiritualium donorum, ad aliud argumentum transtulit prophetiam, prædicens de Gogo et Magogo, **1401** de quibus divinus etiam Ezechiel vaticinatus est, quemadmodum post reditum ex captivitate maximis copiis bellum Hierosolymæ illaturi sint, vicinis gentibus illos, ut verisimile est, ad hanc rem sollicitantibus. Cum enim post reditum præclari evasissent et illustres [y], quia Cyrus (primus Persarum rex) tunc orbi terrarum imperans, eos cum donis omnique honore dimiserat, et templum ædificari jusserat, invidia in eos flagrantes, undique magnas copias coegerunt, sperantes, se urbem cum incolis capturos esse. At eos spes fefellit : quoniam ad illam ipsam urbem, Domino propugnante, et efficiente ut hostes semetipsos mutuo interficerent, funditus perierunt. Hæc Dominus per divinum Joelem prædicens, ait :

CAP. III.

VERS. 1. « Quia ecce ego in diebus illis et in tempore illo. » Tum indicans quo tempore, subjunxit : « Quando convertero captivitatem Judæ et Hierosolymæ. » Non enim tempore spiritualium gratiarum, sed statim post reditum e Babylone,

VERS. 2. « Congregabo, inquit, omnes gentes. » Hoc est, congregari permittam, et primum eorum consilium et impetum non prohibebo ; hoc enim dicit *congregabo* : non enim invitos duxit, sed volentes venire non prohibuit [z].

« Et deducam eas in vallem **1402** Josaphat, et

λοῖς · ἐρχόμενος δὲ ἐπὶ τῶν νεφελῶν ὀφθήσεται, τῶν μυρίων μυριάδων ἐκείνων ἡγουμένων, καὶ τῶν χιλίων χιλιάδων ὑμνουσῶν, καὶ αὐτῷ κάμπτει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, εἰκότως τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐπιφανῆ προσαγορεύει.

λβ'. « Καὶ ἔσται, πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται. » Ἀλλὰ γὰρ καιρὸς εἰπεῖν τὴν ἀποστολικὴν ἐκείνην φωνήν · « Πῶς οὖν ἐπικαλέσονται εἰς ὃν οὐκ ἐπίστευσαν ; πῶς δὲ πιστεύσουσιν οὗ οὐκ ἤκουσαν ; πῶς δὲ ἀκούσωσι χωρὶς κηρύσσοντος ; » Οὗ χάριν εἰκότως ἐπήγαγεν · « Ὅτι ἐν τῷ ὄρει Σιὼν, καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἔσται ἀνασωζόμενος, καθότι εἶπεν ὁ Κύριος, καὶ εὐαγγελιζόμενοι, οὓς Κύριος προσκέκληκε [85]. » Σαφῶς γὰρ ἐνταῦθα τοὺς ἱεροὺς ἡμῖν ἀποστόλους ἐδήλωσεν, οἳ προσετάχθησαν εὐαγγελίζεσθαι, καὶ λέγειν · « Ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Ἐν τῷ ὄρει δὲ Σιὼν, καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἀνασωζόμενον λέγει, σημαίνων, ὡς πᾶς ὁ πιστεύων εἰς τὸν ἐκεῖ σταυρωθέντα καὶ τὰ ὑπὲρ ἡμῶν ἀναδεξάμενον πάθη, σωτηρίας τεύξεται. Μετὰ τὴν πρόῤῥησιν τῶν πνευματικῶν δωρεῶν, εἰς ἑτέραν ὑπόθεσιν τὴν προφητείαν μετήνεγκε, καὶ προλέγει περὶ τοῦ Γὼγ καὶ τοῦ Μαγὼγ, περὶ ὧν καὶ ὁ θεῖος Ἰεζεκιὴλ προεθέσπισε, καὶ προλέγει, ὡς παμπληθεῖ χρησάμενοι στρατιᾷ, μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἐπιστρατεύσουσι τῇ Ἱερουσαλὴμ, τῶν περιοίκων ἐθνῶν, ὡς εἰκὸς, αὐτοὺς προτρεπόντων εἰς τοῦτο. Ἐπειδὴ γὰρ περιφανεῖς λίαν καὶ περίβλεπτοι μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἐγεγόνεισαν, τοῦ τηνικάδε τῆς οἰκουμένης κρατοῦντος (Κῦρος δὲ ἦν ὁ πρῶτος Περσῶν βασιλεύσας [86]), μετὰ δώρων αὐτοὺς καὶ τιμῆς ἁπάσης προπέμψαντος, καὶ τὸν θεῖον νεὼν οἰκοδομηθῆναι παρεγγυήσαντος, φθόνῳ βαλλόμενοι πλήθη μυρία πανταχόθεν συνήθροισαν, αὐτανδρον λαβεῖν τὴν πόλιν ἐλπίσαντες. Ἀλλ' ἐψεύσθησαν τῆς ἐλπίδος · πανωλεθρίαν γὰρ παρ' αὐτὴν τὴν πόλιν ὑπέμειναν, τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ὑπερμαχήσαντος, καὶ ὑπ' ἀλλήλων αὐτοὺς ἀναιρεθῆναι παρασκευάσαντος. Ταῦτα ὁ [87] Δεσπότης διὰ τοῦ θείου Ἰωὴλ προαγορεύων, φησίν ·

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

α'. « Ὅτι ἰδοὺ ἐγὼ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ. » Δεικνὺς ποίῳ καιρῷ, ἐπήγαγεν · « Ὅταν ἐπιστρέψω τὴν αἰχμαλωσίαν Ἰούδα καὶ Ἱερουσαλήμ. » Οὐ γὰρ ἐν τῷ τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων καιρῷ, ἀλλ' εὐθὺς μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον,

β'. « Συνάξω, φησὶ, πάντα τὰ ἔθνη. » Ἀντὶ τοῦ, Συναχθῆναι συγχωρήσω, καὶ τὴν πρώτην αὐτῶν ὁρμὴν οὐ κωλύσω · τοῦτο γὰρ λέγει *συνάξω* · οὐ γὰρ ἄκοντας ἦγεν, ἀλλὰ βουλομένους ἐλθεῖν οὐκ ἐκώλυσεν,

« Καὶ κατάξω αὐτὰ εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ [88] Ἰωσα-

[u] Philipp. II, 10. [v] Rom. X, 14. [x] Matth. III, 2, et alibi passim. [y-z] I Esdr. I sqq.

VARIÆ LECTIONES.

[85] προ. Rec. lectio est, προσκέκληται. [86] βασ. Ita in C legimus. Sirm. βασιλείας. [87] ὁ. C præm. δέ. [88] τοῦ. Des. apud LXX et supra, p. 1009.

Digitized by Google

φάτ, καὶ διακριθήσομαι πρὸς αὐτοὺς ἐκεῖ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ μου, καὶ τῆς κληρονομίας μου Ἰσραήλ· οἱ διεσπάρησαν ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ τὴν γῆν μου καταδιείλαντο [89]. (γ'.) Καὶ ἐπὶ τὸν λαόν μου ἔβαλον κλῆρους, καὶ ἔδωκαν τὰ παιδάρια πόρναις, καὶ τὰ κοράσια ἐπώλουν ἀντὶ οἴνου, καὶ ἔπινον. » Ἐντεῦθεν δῆλον, ὡς τῶν ὁμόρων ἡγουμένων ἠκολούθουν οἱ ἄλλοι· αὐτοὶ γάρ, κατὰ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας καιρὸν, καὶ τὴν γῆν καταδιείλαντο, ὡς μηδενὸς ἔτι ὄντος, μήτε τοῦ δεσπόζοντος, μήτε τοῦ γεωργοῦντος, καὶ τὸν κλῆρον δὲ ἔβαλον, τὰς διαιρέσεις ποιούμενοι· καὶ τοὺς διαφυγόντας ἀπεδίδοντο, εἰς ἀσωτίαν καὶ τρυφὴν τὴν ὑπὲρ αὐτῶν καταβαλλομένην καταδαπανῶντες [90] τιμήν. Τὸ δὲ, « Διακριθήσομαι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ μου, » τέθεικε, διδάσκων, ὡς ἀπαιτήσει αὐτοὺς ποινὴν τῆς εἰς τὸν λαὸν τολμηθείσης παρανομίας. Ἐντεῦθεν ἐγκαλεῖ τῇ Τύρῳ καὶ τῇ Γαλιλαίᾳ τῶν ἀλλοφύλων (χώρα δὲ αὕτη τῆς Τύρου), ὅτι καὶ αὐτὴ [91] τῶν ταῦτα δρασάντων ἐγένετο, μνησικακίᾳ κατὰ τοῦ λαοῦ χρησαμένη. Οἰκειούμενος δὲ τὰ εἰς τὸν λαὸν τολμηθέντα, ἔφη· « Μὴ ἀνταπόδομα ὑμεῖς ἀν-αποδίδοτέ μοι, ἢ μνησικακεῖτε ὑμεῖς ἐπ' ἐμοί; » Ὥσπερ γὰρ τῶν ἀποστόλων διωκομένων ὑπὸ τοῦ Σαύλου, ἄνωθεν ἔλεγε· « Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις; » οἰκεῖα πάθη καλῶν τὰ κατ' ἐκείνων τολμώμενα· οὕτως ἐνταῦθα, πρὸς τὴν Τύρον διαλεγόμενος, τὸ πρόσωπον ἀνείληφε τοῦ λαοῦ, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνήνεγκε τὰ κατ' ἐκείνου γινόμενα. Ἀπειλεῖ δὲ αὐτοῖς τὴν ταχίστην ἀπόδοσιν [92], τῆς εἰς τὸν λαὸν παρανομίας τὴν δικαίαν ἀντίδοσιν. Εἶτα λέγει καὶ τῆς ἀδικίας τὰ εἴδη. Λαβόντες γάρ, φησὶ, τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ χρυσίον μου, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἀνακείμενά μοι, εἰς τοὺς τῶν εἰδώλων ὑμῶν εἰσηνέγκατε ναούς· τοὺς δὲ διαφυγόντας τῶν Βαβυλωνίων τὴν ἔφοδον Ἰουδαίους τοῖς υἱοῖς τῶν Ἑλλήνων ἀπέδοσθε, ἵνα σκοπὸν ἔχοντες, ὥστε πόρρω αὐτοὺς τῆς ὑπ' ἐμοῦ δοθείσης αὐτοῖς κατοικήσαι γῆς. Ἀλλ' ἐγὼ πάντοθεν αὐτοὺς συναθροίσας, αὖθις αὐτοὺς ἀνακτήσασθαι τὴν οἰκείαν παρασκευάσω δύναμιν, ὥστε ὑμᾶς ἐνδίκως ἀμύνασθαι, καὶ καταλῦσαι τὴν ὑμετέραν ὀφρὺν, καὶ ἐξανδραποδίσαι, καὶ εἰς τὰς τῆς οἰκουμένης ἐσχατιὰς ἀναγκάσαι δουλεύειν. Ἀπὸ τῆς Τύρου πάλιν εἰς τὰ Σκυθικὰ τὴν προφητείαν μετήνεγκε, καὶ κελεύει κηρῦξαι τοῖς ἔθνεσι, καὶ διεγεῖραι τοὺς μαχητὰς, καὶ ἀφορίσαι εἰς πόλεμον· τοῦτο γὰρ ἐκάλεσεν *ἁγιάσαι*. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ ἅγιος τῶν ἐναγῶν ἑαυτὸν ἀφορίζει πραγμάτων, πᾶν τὸ εἴς τι ἀφοριζόμενον *ἁγιάσαι* καλεῖ· οὕτως καὶ ἄνω, *Ἁγιάσατε*, ἔφη, *νηστείαν*, τουτέστιν, Ἀφορίσατε. Καὶ ὁ Ἡσαΐας περὶ τῶν Βαβυλωνίων· « Ἡγιασμένοι εἰσὶ, καὶ ἐγὼ ἄγω αὐτούς· » ἀντὶ τοῦ, εἰς τοῦτο ἀφωρισμένοι. Εἶτα κελεύει τὰ γεωργικὰ ὄργανα εἰς πολεμικὰ μετασκευάσαι, καὶ τὸν ἀσθενῶς διακείμενον, ὡς

A disceptabo cum eis ibi pro populo meo, et hæreditate mea Israele, qui dispersi sunt per gentes, et terram meam diviserunt. (Vers. 3.) Et super populum meum jecerunt sortes, et dederunt pueros meretricibus, et puellas vendiderunt pro vino, et biberunt. » Hinc planum fit, præeuntes finitimos populos secutos esse alios. Illi enim captivitatis tempore, et terram diviserunt, ut dominis et colonis carentem, et sortes miserunt, divisiones videlicet (agrorum) facientes; eos autem qui cædem effugerant, vendiderunt, ad libidines et delicias pecuniam, quæ in pretium soluta fuerat, convertentes. Illud autem, « Disceptabo pro populo meo, » posuit, ut doceret, se ab eis repeliturum esse pœnas scelerum in populum suum commis-
B sorum. [4] Deinde accusat Tyrum et Galilæam alienigenarum (hæc vero Tyri est regio), quod et ipsa eorum in numero esset qui hæc agebant, iram in corde retinens adversus populum. Ac sibi attribuens ea quæ in populum fuerant commissa, sic ait: « Nunquid retributionem vos redditis mihi, aut iram in corde retinetis adversus me? » Quemadmodum enim, cum Saulus apostolos persequeretur, desuper dixit: « Saule, Saule, quid me persequeris [a]? » suas clades vocans ea quæ in illos attentabantur: sic ad Tyrum hic verba faciens, personam populi recepit, et ad se retulit quæ in populum committebantur. Minatur autem illis, se quamprimum admissam ab eis contra
C **1403** populum iniquitatem justa retributione compensaturum esse. Postea iniquitatis quoque species exponit. [5-8] Accipientes enim, inquit, argentum et aurum meum, aliaque mihi dedicata, in idolorum vestrorum templa transtulistis: Judæos vero, qui Babyloniorum impetum effugerant, filiis Græcorum vendidistis, hoc unum spectantes, ut procul a terra ipsis a me data eos submoveretis. Verum ego undique illos congregans, ut vires suas denuo recuperent efficiam, atque ut vos jure ulciscantur, et supercilium vestrum deprimant, captivosque vos faciant, atque in ultimis terræ finibus servire cogant. [9] A Tyro rursus ad gentes Scythicas prophetiam convertit, et jubet prædicare gentibus, ut excitent pugnatores, et se-
D gregent in bellum: hoc enim vocavit *sanctificare*. Quia enim sanctus seipsum a rebus impuris separat, omne quod rei cuipiam destinatum est, *sanctificatum* vocat. Sic supra, *Sanctificate*, inquit, *jejunium*, hoc est, constituite. Et Isaias de Babyloniis verba faciens: « Sanctificati sunt, inquit, et ego duco eos [b]: » hoc est, ad id separati sunt. [10, 11] Jubet deinde, ut instrumenta rustica in bellicum usum transferant, et ut infirmus sicut

[a] Act. IX, 4. [b] Isa. XIII, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[89] Edit. prior hab. καταδιείλοντο. Ita quoque post pauca. [90] C δαπανῶντες. [91] Ib. αὕτη. [92] ἀπ. Ita cum C legimus. Sirm. ἀποδώσειν, commate ad αὐτοῖς posito.

Digitized by Google

robustus ad bellum instruatur, et mansuetudini assuetus, protinus immutatus, se strenuum præstet, omnesque ad vallem Josaphat congregentur.

VERS. 12. « Quia ibi, inquit, sedebo, ut judicem omnes gentes in circuitu. » Hoc est, circa Hierosolymam habitantes, Idumæos, Ammanitas, Moabitas, **1404** Amalecitas, Allophylos, Tyrios, Sidonios. Hi enim Scythicas etiam gentes contra Hierosolymam congregarunt. [13] Deinde figurate horum internecionem deridens, cædem *vindemiam* vocat; *falces* vero, hastas et gladios, quibus necati fuerunt; *torcular* autem et *lacum*, vallem illorum sanguine plenam. Et causam ultionis, « Quia completa sunt, inquit, mala eorum. » Deinde tumultum cum cædibus conjunctum depingit.

VERS. 14. « Sonitus exauditi sunt in valle judicii: quia propinquus est dies Domini, in valle judicii. » *Vallem* vero *judicii* vocavit vallem Josaphat, ut quæ judicium et sententiam in illos suscepit. [15] Solem porro dicit, et lunam, reliquasque stellas, lumine privatum iri. Ac verisimile quidem est hoc reipsa futurum, Deo in eos omnem creaturam commovente. Potest tamen et alia ratione intelligi. Vita enim defunctis et occisis, neque sol, neque luna, neque ulla ex stellis lucis radios immittit. Et vero repentinis malis oppressi in tenebris degebant, diem noctem existimantes.

VERS. 16. « Dominus autem de Sione clamabit, et ex Hierosolyma dabit vocem suam: et movebitur cœlum et terra; et * Dominus parcet populo suo. » His etiam demonstrat, illa revera facta fuisse; nam *vocem* vocat tonitru: sic enim vocatum in libris Regnorum invenimus: « Fecit, inquit, Dominus voces et pluviam [c]. » Docet itaque, futurum ut tonitribus suis **1405** circumstrepat, et terræ motibus concutiat, plagisque cœlitus illatis funditus perdat. Hæc autem omnium Dominus facturus est, misericordia in populum suum utens: ut hac fruens providentia, cognoscat, inquit,

VERS. 17. « Quod ego sim Dominus Deus, habitans in monte sancto meo. » His vero gestis, illustris erit Hierosolyma, quippe quæ cura mea regatur: metusque omnes exteras nationes invadet, ita ut ne viator quidem ex illis transire per eam audeat, quod erga illos facta extimescat. Hoc enim ostendit, cum dicit: « Et alienigena non transibit per eam amplius. » At prædictiones divinas ad finem pervenire impia eorum facta non sinunt. Nam omnium Deus leges ferens, et bona promittens, cum exceptione verba facit: « Si

[c] I Reg. XII, 17, 18, sec. LXX.

ρωμαλέον εἰς τὴν παράταξιν εὐτρεπίσασθαι, καὶ τὸν πραότητι συζῶντα, μεταβληθέντα προθύμως ἀνδραγαθίζεσθαι· πάντας δὲ εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ Ἰωσαφὰτ συναθροίζεσθαι.

ιβ'. « Ὅτι ἐκεῖ, φησὶ, καθίσω [93], διακρῖναι πάντα τὰ ἔθνη κυκλόθεν. » Τουτέστι, τὰ κύκλῳ τῆς Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦντα, Ἰδουμαίους, Ἀμμανίτας, Μωαβίτας, Ἀμαληκίτας, Ἀλλοφύλους, Τυρίους, Σιδωνίους· οὗτοι γὰρ τὰ Σκυθικὰ κατὰ τῶν Ἱεροσολύμων ἔθνη συνήθροισαν. Εἶτα τροπικῶς τούτων τὴν ἀναίρεσιν κωμῳδῶν, *τρυγητὸν* μὲν καλεῖ τὴν σφαγὴν, *δρέπανα* δὲ τὰ δόρατα, καὶ τὰ ξίφη, δι' ὧν ἀνῃρέθησαν *ληνὸν* δὲ καὶ *ὑπολήνιον*, τὴν φάραγγα τῶν αἱμάτων ἐκείνων πεπληρωμένην. Καὶ τὴν αἰτίαν τῆς τιμωρίας· « Ὅτι ἐπληθύνθη, φησὶ, τὰ κακὰ αὐτῶν. » Εἶτα τὸν ἐν ταῖς σφαγαῖς θόρυβον.

ιδ'. « Ἦχοι ἐξήχησαν ἐν τῇ κοιλάδι τῆς δίκης· ὅτι ἐγγὺς ἡμέρα [94] τοῦ Κυρίου ἐν τῇ κοιλάδι τῆς δίκης. » *Κοιλάδα* δὲ *δίκης* τὴν Ἰωσαφὰτ ὠνόμασε φάραγγα, ὡς τὸ κριτήριον καὶ τὴν κατ' αὐτῶν δεξαμένην ψῆφον. Λέγει δὲ καὶ τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀστέρας, τοῦ φωτὸς στερηθήσεσθαι [95]. Καὶ εἰκὸς μὲν τῷ ὄντι ταῦτα γενέσθαι, τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων πᾶσαν κατ' αὐτῶν τὴν κτίσιν κινήσαντος. Ἔστι δὲ ὅμως καὶ ἑτέρως νοῆσαι. Τοῖς γὰρ ἔξω τῆς ζωῆς γενομένοις, καὶ θανάτῳ παραδοθεῖσιν, οὔτε ἥλιος, οὔτε σελήνη, οὔτε τις ἀστέρων, τοῦ φωτὸς καταπέμπει τὴν αἴγλην. Καὶ μέντοι καὶ ὑπὸ τῶν ἀδοκήτων κατεχόμενοι κακῶν, ἐν σκότῳ διῆγον, νύκτα τὴν ἡμέραν νομίζοντες.

ις'. « Ὁ δὲ Κύριος ἐκ Σιὼν ἀνακράξεται, καὶ ἐξ Ἱερουσαλὴμ δώσει φωνὴν αὐτοῦ· καὶ σεισθήσεται ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ· ὁ δὲ Κύριος φείσεται τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. » Δηλοῖ δὲ διὰ τούτων, ὡς κἀκεῖνα τῷ ὄντι γεγένηται· *φωνὴν* γὰρ καλεῖ τὴν βροντήν· οὕτως γὰρ αὐτὴν προσαγορευομένην καὶ ἐν ταῖς Βασιλείαις εὑρίσκομεν. « Ἐποίησε γὰρ, φησὶ, Κύριος φωνὰς καὶ ὑετόν. » Διδάσκει τοίνυν, ὡς καὶ βρονταῖς αὐτοὺς κατακτυπήσει, καὶ σεισμοῖς κατακλονήσει, καὶ θεηλάτοις πληγαῖς ἄρδην καταναλώσει. Ταῦτα δὲ δράσει τῶν ὅλων ὁ Κύριος, οἰκτῳ περὶ τὸν οἰκεῖον κεχρημένος λαὸν, ἵνα ταύτης ἀπολαύσας τῆς προνοίας, γνῷ, φησὶν,

ιζ'. « Ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς κατασκηνῶν ἐν ὄρει [95] ἁγίῳ μου. » Τούτων δὴ γενομένων, περίβλεπτος ἔσται Ἱερουσαλὴμ, ἅτε δὴ τῆς ἐμῆς ἀπολαύσασα κηδεμονίας· καὶ δέος καθέξει τοὺς ἀλλοφύλους ἅπαντας, ὥστε μηδὲ ὁδίτην τοιοῦτον δι' αὐτῆς παροδεύειν, τὰ εἰς ἐκείνους γεγενημένα δειμαίνοντα. Τοῦτο γὰρ παρεδήλωσεν, εἰρηκώς· « Καὶ ἀλλογενὴς [96] οὐ διελεύσεται δι' αὐτῆς οὐκέτι. » Ἀλλὰ τὰς θείας προρρήσεις οὐκ ἐᾷ προβαίνειν εἰς πέρας ὑπ' αὐτῶν τὰ [97] παρανόμως γιγνόμενα. Καὶ γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς νομοθετῶν, καὶ τὰ ἀγαθὰ ὑπισχνούμενος,

VARIÆ LECTIONES.

[93] Rec. lectio est, καθιῶ τοῦ διακρ. [94] ἡμ. C præm. ἡ. [95] C στερήσεσθαι. [95'] ὄρ. A præm. Σιὼν, ἐν. [96] C ἀλλογενεῖς, et deinde διελεύσονται. A οὐκ εἰσελεύσονται. [97] τά. Des. in C.

Digitized by Google

μετὰ διορτσμοῦ ποιεῖται τοὺς λόγους· « Ἐὰν φυλάξῃ τὰς ἐντολὰς Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, καὶ ἐὰν πορεύησθε ἐν ταῖς ὁδοῖς σὐτοῦ, καὶ ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. » Ὥστε κἂν μὴ πανταχοῦ τοιαῦτα εὑρίσκωμεν, οὕτω νοῶμεν καὶ τὰ ἀορίστως λεγόμενα. A servaveris mandata Domini Dei tui, et si incesseritis in viis ejus, et si volueritis et audiveritis me, bona terræ comedetis : si autem nolueritis, neque audiveritis me, gladius vos devorabit[d]. » Licet itaque talia nullibi inveniamus, sic tamen intelligamus etiam ea quæ indefinite dicuntur.

ιη'. « Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἀποσταλάξει τὰ ὄρη γλυκασμὸν, καὶ οἱ βουνοὶ ῥυήσονται γάλα. » Τοὺς δὲ καρποὺς τῆς γῆς διὰ τούτων παραδηλοῖ, καὶ τῶν κτηνῶν τὴν εὐπάθειαν· τῶν γὰρ θρεμμάτων καὶ τὸ γάλα καρπός. « Καὶ πᾶσαι αἱ ἀφέσεις Ἰούδα ῥυήσονται ὕδατα, καὶ πηγὴ ἐξ οἴκου Κυρίου πορεύσεται, καὶ ποτιεῖ τὸν χειμάῤῥουν τῶν σχοίνων. » *Ἀφέσεις* μὲν οὖν *ὑδάτων* τὰς πηγὰς ὀνομάζει, *πηγὴν* δὲ *ἐξ οἴκου Κυρίου ἐκπορευομένην*, τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριν, περὶ ἧς καὶ ἄνω προηγόρευσεν, ἥτις οὐ μόνον Ἰουδαίους, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔθνη πάντα πεπότικε. *Χειμάῤῥουν* γὰρ *σχοίνων* τὰ ἔθνη προσαγορεύει, πάλαι μὲν τῇ πλάνῃ παρασύραντα τοὺς πελάσαντας, μετὰ δὲ τὴν εἰς τὸν Κύριον πίστιν τὰ διειδῆ τῆς ἁγίας πηγῆς ὕδατα δεξάμενα, καὶ τῶν σχοινίων τῆς ἁμαρτίας ἀπαλλαγέντα, περὶ ὧν Ἡσαΐας βοᾷ· « Οὐαὶ, οἱ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας[98] αὐτῶν ὡς σχοινίῳ μακρῷ! » Τούτων δὲ γινομένων, Vers. 18. « Et erit in die illo, stillabunt montes dulcedinem, et colles diffluent lacte. » Fruges autem terræ per hæc designat, et pecorum integram valetudinem : nam pecorum quoque fructus est lac. « Et omnes emissiones Judæ fluent aquis : et fons e domo Domini egredietur, et irrigabit torrentem funiculorum. » *Emissiones* quidem *aquarum* **1406** vocat fontes : *fontem* vero *e domo Domini egredientem*, Spiritus sancti gratiam, de qua etiam supra prædixit, quæ non solum Judæos, sed etiam omnes gentes irrigavit. *Torrentem* enim *funiculorum* vocat gentes, quæ olim quidem superstitionis errore vicinos implicabant suos ; postquam vero in Dominum crediderunt, limpidas aquas divini fontis exceperunt, funiculisque peccati se liberaverunt, de quibus Isaias clamat : « Væ illis qui trahunt peccata sua velut funiculo longo[e]! » His autem peractis, B

« Contestamini domum Israelis, dicit Dominus Deus omnipotens. (Vers. 14, 15.) Quia die, quo ulciscar iniquitates Israelis super eum, ulciscar et super altaria Bethelis, et suffodientur cornua altaris, et cadent super terram. Et conteram et percutiam domum, pinnatam super domum æstivam, et peribunt domus eburneæ, et destruentur domus aliæ multæ, dicit Dominus. » Non enim splendidas modo, inquit, domos, sed tenuiores quoque demoliar ignique **1424** tradam, simulque cum domibus ad hiemandum comparatis domos patentes ad
B æstatem accommodatas incendam. Cæterum *pinnatam*, *hiemalem* verterunt Aquila, Symmachus et Theodotio. Nam tanquam alis quibusdam, undequaque circumdantibus muris ejusmodi domus habitatores fovent. Demoliar autem quoque, inquit, altaria Bethelis, incitamenta impietatis: et quia non viri solum, sed mulieres etiam maximam impietatem exercebant, jure has quoque arguit, perniciemque comminatur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

α'. « Ἀκούσατε τὸν λόγον τοῦτον, δαμάλεις τῆς Βασανίτιδος [56], αἱ ἐν τῷ ὄρει Σαμαρείας, αἱ καταδυναστεύουσαι πτωχοὺς, καὶ καταπατοῦσαι πένητας, αἱ λέγουσαι τοῖς κυρίοις ἑαυτῶν· Ἐπίδοτε ἡμῖν ὅπως πίωμεν. » *Δαμάλεις* δὲ αὐτὰς *τῆς Βασανίτιδος* ὀνομάζει, ὡς ἁβροδιαίτους καὶ χλιδῇ παντοδαπῇ κεχρημένας· τοιαῦται γὰρ καὶ τῆς Βασανίτιδος αἱ δαμάλεις, διὰ νομῆς ἀφθονίαν σκιρτῶσαι. Τούτου δὲ χάριν, τά τε τῶν ὑποδεεστέρων ἐσφετερίζοντο, καὶ τοῖς ἀνδράσιν, οἷς κατὰ τὸν θεῖον ὑπετάγησαν νόμον, ἐπιτάττειν οὐ παρῃτοῦντο, καὶ τάξιν ὑπηρετῶν ὑπέχειν ἐκέλευον. Τοιαύτη ἦν καὶ Ἰεζάβελ, ὡς ἀνδραπόδῳ τῷ ἀνδρὶ κεχρημένη. Διὰ ταύτην ὑμῶν τὴν παρανομίαν,

Vers. 1. « Audite verbum istud, vaccæ Basanitidis, quæ estis in monte Samariæ, quæ opprimitis pauperes, et conculcatis egenos, quæ dicitis
C dominis vestris: Date nobis ut bibamus. » *Vaccas* autem *Basanitidis* eas vocat, tanquam luxu et omni voluptate diffluentes: ejusmodi enim erant vaccæ Basanitidis, ob pabuli copiam exsultantes. Unde fiebat ut bona tenuiorum sibi vindicarent, et viris, quibus ex divina lege subditæ erant, imperare non verererentur, et famulorum loco esse juberent. Talis et Jezabel fuit, quæ viro usa est ut mancipio. Propter hanc iniquitatem vestram:

β'. « Ὀμνύει Κύριος κατὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ, διότι ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται ἐφ' ὑμᾶς, καὶ λήψονται ὑμᾶς ἐν ὅπλοις, καὶ τοὺς μεθ' ὑμῶν εἰς λέβητας ὑποκαιομένους ἐμβαλοῦσιν ἔμπυροι λοιμοί [57]. » Καὶ ἑρμηνεύων τὸ εἰρημένον, ἐπήγαγε·

Vers. 2. « Jurat Dominus per sanctos suos: Quoniam ecce dies venient super vos, et tollent vos armis, et eos qui vobiscum sunt in ollas succensas injicient ignes pestilentes. » Tum interpretans
D quod dictum est, adjecit:

γ'. « Καὶ ἐξενεχθήσεσθε γυμνοὶ [58] γυνὴ καὶ ἀνὴρ κατέναντι ἀλλήλων, καὶ ἀπορριφήσεσθε [59] εἰς τὸ ὄρος τὸ Ἀρμανὰ [60], λέγει Κύριος. » Ἀραρότως, φησὶ, τὴν καθ' ὑμῶν εἰς καιρὸν τιμωρίαν ἐπάξω, καὶ παραδώσω τοῖς πολεμίοις ὑμᾶς, ὥστε τοὺς ἄνδρας ὑμῶν (τούτους γὰρ λέγει *τοὺς μεθ' ὑμῶν*), λέβησιν ὑποκαιομένοις ἐοικέναι ζηλοτυποῦντας, καὶ τὴν εἰς ὑμᾶς γιγνομένην θεωροῦντας ἀσέλγειαν. Οἷον γὰρ ὑπό

Vers. 3. « Et educemini **1425** nudi, vir et mulier, contra vos invicem, et projiciemini in montem Harmana, dicit Dominus. » Vobis, ait, convenienter et tempori pœnas infligam, daboque vos hostibus, ita ut viri vestri, hos enim dicit *qui vobiscum sunt*, ollis, quibus ignis subjectus est, similes sint ex zelotypia et conspectu stupri vobis illati. Nam velut flamma quadam flagrantes, furore qui-

VARIÆ LECTIONES.

[52] ἱερ. Ita quidem apud LXX, ab initio vers. 13, legi solet, sed recte Grabius Ἱερεῖς ad finem vers. 12 posuit, Hieronymum secutus, qui vocem istam ex עֵרֶשׁ corruptam esse, bene monuit. [53] Ἰσρ. A Ἰακώβ. [54] ἀφαν. A προστεθήσονται. [55] ἕτ. Ex A suppl. [56] A Βασάν. [57] ἔμπ. λοιμ. Des. in A. [58] A γυμναί. Ib. desunt sequentia, γυνὴ καὶ ἀνὴρ, quæ tamen exstant etiam in C et in duobus a Grab. nominatis codicibus. [59] C ἀποῤῥιφήσεσθε. [60] Ἀρμ. A Ἑρμωνά.

Digitized by Google

dem in viros vestros, in vos vero libidine ardebunt, omni amictu denudatos viros simul ac mulieres abigentes, et in Harmana montem abducentes. Symmachus autem *Harmana* vertit *Armeniam*, Theodotio, *excelsum montem*. Illud vero, *Juravit Dominus per sanctos suos*, Symmachus *per sanctitatem suam* posuit. Dictis autem jusjurandum præposuit, ut veram esse prophetiam confirmaret. (4) Hæc vero, inquit, sustinebitis, propterea quod in Bethel et in Galgalis impietatem admisistis, et trium dierum festa in honorem idolorum celebrare ausi, et quas decimas afferri meis sacerdotibus constitui, eas impietatis ministris afferentes, et fœdera quædam pactionesque cum idolis ineuntes, ut eorum leges sequeremini. Hoc enim indicavit, cum dixit :

Vers. 5. « Legerunt foris legem, et invocaverunt professionem. » *Legem* non divinam vocans, sed ab his, qui idolis **1426** serviebant, impositam. Deinde prophetæ præcipit, ut dicat : « Annuntiate, quia hæc dilexerunt filii Israelis, dicit Dominus Deus. » Non enim obiter talem impietatem commiserunt, sed ardenti studio et affectu in ista ferebantur.

Vers. 6. « Et ego dabo vobis stuporem dentium in cunctis urbibus vestris, et indigentiam panum in omnibus locis vestris, et non estis reversi ad me, dicit Dominus. » *Stuporem dentium* Symmachus et Theodotio *munditiam* interpretati sunt. Significat vero famem : eorum enim qui nihil edunt, nullas reliquias cibi dentes habent sibi inhærentes. Itaque cum fames et inopia vos comprehenderit, quoniam ob bonorum copiam in largitorem donorum insultastis, dentes etiam vestri stuporem perpetientur, non amplius cibo vesci valentes, sed similes facti his quos aut uva acerba aut aliud quidpiam austerius perstrinxerit, et cibum conficere nequeunt. (7, 8.) At vos, hac etiam vobis adhibita correctione, in pristinis malis permanetis. Verumtamen ne sic quidem desistam curare vos : quin alteram vobis inducam correctionem, et serotinam inhibens pluviam (id enim significat, cum dicit, *tribus mensibus ante messem*), terram sterilem reddam. Tum exhibens misericordiam, ostendensque non casu hæc fieri, sed nutu meo, huic quidem urbi pluviam dabo, illi vero irrigationem similem non impertiar : ita ut hæc terra prorsus exarescat, illa vero privatim pluvia madeat. Tanta **1427** autem erit aquarum penuria, ut duæ tresque urbes pariter ad urbem habentem aquam concurrant, potum expetentes, neque hoc modo ad saturitatem sitis restinguatur. Et tamen sic etiam pergetis insanabili morbo laborare :

τινος φλογὸς πυρπολούμενοι, θυμῷ μὲν κατὰ τῶν ὑμετέρων ἀνδρῶν, λαγνείᾳ δὲ καθ' ὑμῶν χρήσονται, πάσης περιβολῆς ἐστερημένους ἄνδρας καὶ γυναῖκας κατὰ ταὐτὸν ἄγοντες, καὶ εἰς τὸ Ἁρμανὰ ὄρος ἀπάγοντες. Ὁ δὲ Σύμμαχος τὸ *Ἁρμανὰ*, *Ἀρμενίαν*[61] ἡρμήνευσεν· ὁ δὲ Θεοδοτίων *ὑψηλὸν ὄρος*. Τὸ δὲ, *Ὤμοσε Κύριος κατὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ*, ὁ Σύμμαχος *κατὰ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ* τέθεικε· Τὸν δὲ ὅρκον τῶν εἰρημένων προτέθεικεν, ἀψευδῆ τὴν προφητείαν δεικνύς. Ὑπομενεῖτε δὲ, φησὶ, ταῦτα, ὡς καὶ ἐν Βαιθὴλ, καὶ ἐν Γαλγάλοις, τῇ δυσσεβείᾳ χρησάμενοι, καὶ τριημέρους ἑορτὰς τοῖς εἰδώλοις πανηγυρίζειν τετολμηκότες, καὶ τὰς ὑπ' ἐμοῦ προστεταγμένας δεκάτας τοῖς ἐμοῖς ἱερεῦσι προσφέρεσθαι τοῖς τῆς ἀσεβείας ὑπουργοῖς προσενεγκόντες, καὶ ὁμολογίας τινὰς καὶ συνθήκας πρὸς τὰ εἴδωλα πεποιηκότες, ὡς τοῖς ἐκείνων νόμοις ἀκολουθήσετε. Τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν, εἰρηκώς·

ε'. « Ἀνέγνωσαν ἔξω νόμον, καὶ ἐπεκαλέσαντο ὁμολογίαν[62]. » *Νόμον* οὐ τὸν θεῖον προσαγορεύων, ἀλλὰ τὸν ὑπὸ τῶν τὰ εἴδωλα θεραπευόντων τεθέντα. Εἶτα λέγειν[63] τῷ προφήτῃ παρακελεύεται, λέγων· « Ἀπαγγείλατε ὅτι ταῦτα ἠγάπησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, λέγει Κύριος ὁ Θεός[64]. » Οὐ γὰρ ἐν παρέργῳ τὴν τοιαύτην ἐτόλμων ἀσέβειαν, ἀλλὰ διαθέσει θερμῇ καὶ στοργῇ περὶ αὐτὰ κεχρημένοι.

ς'. « Καὶ ἐγὼ δώσω ὑμῖν γομφιασμὸν ὀδόντων ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν ὑμῶν, καὶ ἔνδειαν ἄρτων ἐν πᾶσι τοῖς τόποις ὑμῶν, καὶ οὐκ ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει Κύριος. » *Τὸν* δὲ *γομφιασμὸν* ὁ[65] Σύμμαχος καὶ ὁ Θεοδοτίων *καθαρισμὸν* ἡρμηνεύκασι· δηλοῖ δὲ τὸν λιμόν. Τῶν γὰρ μηδαμῶς ἐσθιόντων οὐδὲ λείψανον οἱ ὀδόντες ἐν αὐτοῖς τροφῆς ἐνισχύμενον ἔχουσι. Τοῦ λιμοῦ τοίνυν καὶ τῆς ἐνδείας καταλαβούσης ὑμᾶς, ἐπειδὴ διὰ τὴν τῶν ἀγαθῶν ἀφθονίαν κατὰ τοῦ χορηγοῦ τῶν δωρεῶν ἐσκιρτήσατε, καὶ οἱ ὀδόντες ὑμῶν γομφιασμὸν ὑπομενοῦσιν, οὐκέτι τροφῆς ἀπολαύειν δυνάμενοι, ἀλλ' ἐοικότες τοῖς ὑπὸ δμφακος, ἤ τινος τῶν στυφοτέρων πληττομένοις, καὶ[66] τροφὴν λεπτύνειν οὐ δυναμένοις. Ἀλλὰ καὶ ταύτης ὑμῖν τῆς παιδείας ἐπαγομένης τοῖς προτέροις ἐπιμενεῖτε κακοῖς. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως τῆς ὑμετέρας παύσομαι θεραπείας· καὶ ἑτέραν γὰρ ὑμῖν ἐπάξω παιδείαν, καὶ τὸν ὄψιμον ἐπισχὼν ὑετὸν (τοῦτο γὰρ εἶπε) *Πρὸ τριῶν μηνῶν τοῦ θερισμοῦ*), ἀκαρπίᾳ παραδώσω τὴν γῆν. Φιλανθρωπίᾳ δὲ χρώμενος, καὶ δεικνὺς, ὡς οὐκ ἀπὸ ταυτομάτου ταῦτα συμβαίνει, ἀλλ' ἐμοῦ νεύοντος γίνεται, ταύτῃ μὲν τῇ πόλει παρέξω τὸν ὑετὸν, ἐκείνῃ δὲ τῆς τοιαύτης ἀρδείας οὐ μεταδώσω, ὡς τὴν μὲν παντελῶς διαυανθῆναι γῆν, τὴν δὲ μερικῶς ὑσθῆναι. Τοιαύτη δὲ ἔσται σπάνις ὑδάτων, ὡς δύο καὶ τρεῖς πόλεις κατὰ ταὐτὸν τρέχειν εἰς τὴν ἔχουσαν πόλιν ὕδωρ, πόσεως ἐφιεμένας καὶ μηδὲ οὕτω κόρῳ θεραπεύειν τὸ δίψος. Ἀλλ' ὅμως ἐπιμενεῖτε καὶ οὕτω νοσοῦντες ἀνήκεστα, καὶ ταῦτα

VARIÆ LECTIONES.

[61] Alii Ἑρμηνίαν. [62] A ὁμολογίας. [63] λέγ. Des. in C. [64] ὁ Θεός. A Κύριος. [65] ὁ — Θεοδ. Imo etiam Aquila, juxta Montf. in Hexapl. ad h. l. [66] καὶ — δυναμένοις. Des. in C.

Digitized by Google

καὶ ἑτέροις ἤδη περιπεσόντες κακοῖς· ἐγὼ γὰρ, ἅτε δὴ ψυχῶν ἰατρὸς, καὶ ἄλλον καυτῆρα[67] προσήνεγκα, νόσους ὑμῖν διαφόρους ἐπαγαγών, νῦν μὲν πυρώσεις, νῦν δὲ ἴκτερους· ὑμεῖς δὲ τῆς ἀσεβείας οὐκ ἐπελήσθητε. Καὶ μετὰ ταύτην δὲ τὴν παιδείαν ἐδέξω καὶ τὴν κάμπην πᾶν ὅ τι τερπνὸν ἐν ἀμπελῶσιν, ἢ ἐλαιῶσιν, ἢ κήποις οἴχεται[68]· καὶ οὐδὲ τοῦτο πέπεικεν ὑμᾶς ἐπιγνῶναι τὸν τὰς παιδείας ἐπάγοντα. Τούτοις προστίθησιν, ὅτι καὶ τὸν Ἀσσύριον φεύγοντας, καὶ τὴν Αἴγυπτον καταλαβεῖν σπεύδοντας, τῇ τοῦ Ἀσσυρίου παραδέδωκα ῥομφαίᾳ, καθάπερ τινὶ πυρὶ τῇ ὀργῇ κεχρημένος· καὶ οὐδὲ ἐντεῦθεν τὸ δέον συνιδεῖν ἠβουλήθησαν. Διό φησι·

ια'. « Κατέστρεψα ὑμᾶς καθὼς κατέστρεψεν ὁ Θεὸς Σόδομα καὶ Γόμορρα. » Οὐκ ἄλλον παραδηλῶν τὸν ἐκεῖνα πεποιηκότα, ἀλλ' ὡς περὶ αὐτοῦ διαλεγόμενος. « Καὶ ἐγένεσθε, φησὶν, ὡς δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρὸς, καὶ οὐδ' οὕτως ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει Κύριος. » Καθάπερ γὰρ ὁ δαλὸς ἡμιφλεγὴς γενόμενος, δείκνυσι μὲν τοῦ πυρὸς τὴν ἐνέργειαν, ἄχρηστον δέ ἐστιν εἰς πᾶν ὁτιοῦν, μόνῳ δὲ πυρὶ χρήσιμος· οὕτως ὑμεῖς τῶν πλείστων ἀναιρεθέντων εἰς αἰχμαλωσίαν ἐπαγόμενοι, πάσης μὲν[69] δυνάμεως γυμνωθήσεσθε, εἰς δουλείαν δὲ μόνην ἐπιτήδειοι φανεῖσθε.

ιβ'. « Διὰ τοῦτο οὕτω ποιήσω σοι, Ἰσραήλ· πλὴν οὕτω ποιήσω σοι. » Ἀλλ' ὅμως καὶ ἀνήκεστα νοσοῦσι τὴν προσήκουσαν ὑμῖν θεραπείαν προσοίσω.

« Ἑτοιμάζου ἐπικαλεῖσθαι τὸν Θεόν σου, Ἰσραήλ. (ιγ'.) Διότι[70] ἰδοὺ στερεῶν βροντὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα, καὶ ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ· ποιῶν ὄρθρον καὶ ὁμίχλην, καὶ ἐπιβαίνων ὑψηλὰ[71] τῆς γῆς, Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ[72] Παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ. » Ταύτης τοίνυν ἀπαλλαγεὶς τῆς ἀναλγησίας, ὦ Ἰσραὴλ, τὸν ἐπικληθέντα σου Θεὸν ἐπιζήτησον, ὃς τοῦ ἀέρος τὸ μανὸν καὶ χαῦνον εἰς τὸν φρικώδη τῆς βροντῆς μεταβάλλει κτύπον, διὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένων ἀνέμων τοῦτον ἀνακινῶν καὶ συστρέφων. Οὗτός σοι καὶ τὸν εἰς τὴν σὴν ἐλευθερίαν ἀφωρισμένον μηνύει βασιλέα· λέγει δὲ τὸν Κύρον. Ῥᾴδιον δὲ αὐτῷ, καὶ μετὰ νύκτα βαθεῖαν ἀγαγεῖν τὸν ὄρθρον, καὶ μεθ' ἡμέραν ὁμίχλῃ κρῦψαι τὸ φῶς. Καθάπερ οὖν ἐν σταθερᾷ σοι μεσημβρίᾳ καθημένῳ (ταύτῃ γὰρ ἔοικεν ἡ εἰρήνη), τὴν τῆς αἰχμαλωσίας ὁμίχλην ἐπήγαγεν· οὕτω τῆς δουλείας καταπαύσας τὴν νύκτα, τὸν ἥδιστον τῆς ἐλευθερίας ὄρθρον ἀνατεῖλαι κελεύει[73]. « Ἐπιβαίνει γὰρ ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τῆς γῆς· » τουτέστι, πάντων ἐστὶν ὑψηλότατος, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην πληροῖ, ἅτε δὴ Κύριος ὢν καὶ Θεὸς, κατὰ πάντων ἔχων τὸ κράτος. Οὕτω τὰ θυμήρη μηνύσας, εἰς τἀναντία μεταφέρει τὸν λόγον, τούτοις μὲν φοβῶν, ψυχαγωγῶν δὲ ἐκείνοις, καὶ προσέχειν ἐκθύμως τῇ μετανοίᾳ παρασκευάζων.

idque cum aliis jam afflicti fueritis malis. (9) Ego enim, tanquam animarum medicus, aliud etiam cauterium vobis admovi, morbos videlicet varios vobis inferens, modo inflammationes, modo icteros: impietatis tamen non estis obliti. Jam vero, post correctionem hanc, erucam passi estis, et perdit quidquid in vineis vestris, vel in olivetis hortisve delectabile habebatis: et ne hoc quidem vobis persuasit, ut cognosceretis harum correctionum auctorem. (10) His adjungit, se et fugientes pro Assyrio et in Ægyptum pervenire studentes, Assyriorum gladio tradidisse, tanquam igne quodam ira usum, ac ne inde quidem quod conveniebat, agnoscere voluisse. Ideo ait:

VERS. 11. « Subverti vos, sicut subvertit Deus Sodomam et Gomorrham. » Non alium qui illa fecerit designans, sed quasi de illo ita loquens. « Et facti estis, inquit, sicut torris erutus ex igne: et ne sic quidem conversi estis ad me, dicit Dominus. » Quemadmodum enim torris semiustus, ignis quidem efficaciam ostendit, sed ad alia omnia inutilis, ad solum ignem utilis est: sic vos, plurimis cæsis, in captivitatem abducti, omni potentia spoliabimini, et ad solam servitutem apti eritis.

VERS. 12. « Propterea sic faciam tibi, Israel; verumtamen sic faciam tibi. » Etsi immedicabili morbo laboratis, **1428** tamen congruam vobis curationem afferam.

« Præparare, ut invoces Deum tuum, Israel. (VERS. 13.) Quia ecce firmans tonitru, et creans ventum, et annuntians inter homines Christum suum, faciens mane et caliginem, et ascendens super excelsa terræ, Dominus Deus, Omnipotens nomen ejus. » Ab hoc itaque stupore et indolentia liberatus, o Israel, Deum qui tuus appellatur require, qui aerem rarum et mollem in sonitum horribilis tonitru convertit, ac ventis qui ex eo exsistunt ipsum commovet et versat. Is tibi regem ad te liberandum delectum ostendit. Cyrum autem intelligit. Est autem illi perfacile, et post noctem obscuram diluculum producere, et per diem caligine lucem obtegere. Quemadmodum ergo tibi in medio die constituto (huic enim similis est pax) captivitatis caliginem invexit: sic servitutis noctem cessare faciens, lætissimum libertatis diluculum exoriri jubet. « Ascendit enim super excelsa terræ: » hoc est, omnium est excelsissimus, omnemque orbem terrarum implet, utpote Dominus et Deus, omnium rerum imperium tenens. Atque, ita explicatis prosperis et secundis rebus, ad contraria convertit sermonem, his perterrefaciens, et illis consolans, efficiensque ut pœnitentiæ ex animo dent operam.

VARIÆ LECTIONES.

[67] καυτ. ibid. præm. ὑμῖν. [68] οἴχ. C ἔχετε. [69] μέν. Des. in C. [70] διότι. Infra, in diat. 3. p. 330. Garn. leg. ὅτι. [71] C ὕψη. [72] ὁ. Des. in C. [73] Id. κελεύσει.

Digitized by Google

CAPUT V.

VERS. 1, 2. « Audite verbum illud Domini planctum quem ego instituam super vos: Domus Israelis cecidit, non **1429** amplius resurget. Virgo autem Israelis projecta est super terram suam, non est qui suscitet eam. » Misericors Dominus male affectos atque pœnitere nolentes non dedignatur lamentari. Hoc vero: *Non amplius resurget*, felici nuntio libertatis non est contrarium. Significat enim fore ut non amplius per suos regantur, neque proprium regem habeant. Si quis vero diligenter attendat, inveniet hæc evenisse post insaniam, quam in Salvatorem nostrum exercuerunt: tunc enim ceciderunt, ac in illo casu ad hunc usque diem permanserunt. *Virginem* autem eam vocat, propter priorem pietatem: projectam vero et corruptam, propter cultum, quem idolis postea detulit. Illud porro: *Non est qui suscitet eam*, ostendit, nullo illam subsidio humano fore adjutam. Deo enim universorum repugnante, nec Ægyptiorum rex, nec alius quispiam eis auxiliari potuit. Prænuntiat etiam eorum futuram paucitatem.

VERS. 3. In urbe enim, ait, e qua egrediebantur mille, relinquentur centum: et e qua egrediebantur centum, in ea relinquentur decem. » [4, 5] At tandem aliquando, Bethel et Galgala relinquentes, cultumque idolorum prope puteum juramenti, meam quærite providentiam. Inde enim vitam consequemini: Bethel autem et Galgala simul cum idolis tradentur hostibus. Manifesta vero insania erat, non solum ex puteo illo pietatis Abrahæ non recordari, sed etiam apud eum impietatem committere.

1430 VERS. 6. « Quærite Dominum, et vivetis, ne forte reluceat ut ignis domus Josephi, et devoret eam, et non sit qui exstinguat domui Israelis. » Ex his aperte cognoscimus quod peccatum nobis incendat flammam malorum, amor vero et affectus in Deum vitam nobis conciliet.

VERS. 7. « Dominus qui facit in excelso judicium, et justitiam in terra posuit. » Quod sibi videtur, inquit, decernit cum sit justus, et judicia ejus in terra perficiuntur.

VERS. 8. « Qui facit omnia, et transformat, et convertit in mane umbram mortis, et diem quasi noctem obtenebrat: qui evocat aquam maris, et effundit eam super faciem terræ; Dominus Deus omnipotens nomen ejus. » Confidite, inquit, Dei potestati, et hanc spem amplectimini. Facile enim et facit et transformat quod vult, facileque est ei vel maxima pericula in lætitiam transferre. *Umbram* enim *mortis* magna pericula nominavit. Felicibus etiam facile miserias inferre potest. Quin et aquam maris nutu suo in aerem subvehens, nubibus irri

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

α', β'. « Ἀκούσατε τὸν λόγον Κυρίου τοῦτον, ὃν ἐγὼ λαμβάνω ἐφ' ὑμᾶς θρῆνον· Οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ ἔπεσεν, οὐκέτι οὐ μὴ προσθῇ τοῦ ἀναστῆναι. Παρθένος δὲ τοῦ Ἰσραὴλ ἔσφαλεν ἐπὶ τῆς γῆς αὐτῆς· οὐκ ἔστιν ὁ ἀνιστῶν αὐτήν. » Φιλανθρωπίᾳ χρώμενος ὁ Δεσπότης οὐδὲ θρῆνον ὑφαίνειν παραιτεῖται τοὺς κακῶς διακειμένους, καὶ μετανοεῖν οὐκ ἐθέλουσι. Τὸ δὲ, *Οὐκέτι οὐ μὴ προσθῇ τοῦ ἀναστῆναι*, οὐκ ἐναντίον τοῖς τῆς ἐλευθερίας εὐαγγελίοις. Σημαίνει γὰρ ὡς οὐκέτι καθ' ἑαυτοὺς πολιτεύσανται, οὐδὲ ἴδιον σχήσουσι βασιλέα. Εἰ δέ τις ἀκριβῶς προσχεῖν ἐθελήσειεν, εὑρήσει τούτων τὴν ἔκβασιν μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μανίαν· τηνικαῦτα γὰρ πεσόντες μεμενήκασι μέχρι καὶ τήμερον ἐπὶ τοῦ πτώματος. *Παρθένον* δὲ αὐτὴν καλεῖ, διὰ τὴν προτέραν εὐσέβειαν· σφαλεῖσαν δὲ καὶ διαφθαρεῖσαν, διὰ τὴν μετὰ ταῦτα τῶν εἰδώλων λατρείαν. Τὸ δὲ, *Οὐκ ἔστιν ὁ ἀνιστῶν αὐτήν*, τὸ μηδεμιᾶς αὐτὴν ἀνθρωπίνης ἐπικουρίας ἀπολαῦσαι σημαίνει· τοῦ Θεοῦ γὰρ τῶν ὅλων ἀνθισταμένου, οὔτε ὁ Αἰγυπτίων αὐτοῖς βασιλεὺς, οὔτ' ἄλλος τις ἴσχυσεν ἐπαμῦναι. Προαγορεύει δὲ καὶ τὴν ἐσομένην αὐτῶν ὀλιγότητα.

γ'. « Ἡ πόλις γὰρ, φησὶν, ὅθεν [74] ἐξεπορεύοντο χίλιοι, ὑπολειφθήσονται ἑκατὸν, καὶ ἐξ ἧς ἐξεπορεύοντο ἑκατὸν, ὑπολειφθήσονται δέκα. » Ἀλλ' ὀψὲ γοῦν ποτε τὴν Βαιθὴλ καὶ τὴν Γάλγαλα καταλιπόντες, καὶ τὴν παρὰ τὸ φρέαρ τοῦ ὅρκου τῶν εἰδώλων λατρείαν, τὴν ἐμὴν ἐπιζητήσατε πρόνοιαν· ζωὴν γὰρ ἐντεῦθεν πορισεῖσθε. Βαιθὴλ δὲ καὶ Γάλγαλα σὺν τοῖς εἰδώλοις τοῖς πολεμίοις παραδοθήσονται. Μανία δὲ σαφὴς, τὸ μὴ μόνον τῆς τοῦ Ἀβραὰμ εὐσεβείας ἐκ τοῦ φρέατος ἐκείνου μὴ παραλαμβάνειν [75] μνήμην, ἀλλὰ καὶ παρ' ἐκεῖνο τολμᾷν τὴν ἀσέβειαν.

ς'. « Ἐκζητήσατε τὸν Κύριον, καὶ ζήσεσθε [76], ὅπως μὴ ἀναλάμψῃ ὡς πῦρ ὁ οἶκος Ἰωσὴφ, καὶ καταφάγῃ αὐτὸν, καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ. » Σαφῶς ἐκ τούτων μανθάνομεν, ὡς ἡ ἁμαρτία ἡμῖν ἐξάπτει τὴν φλόγα τῶν κακῶν· ἡ δὲ περὶ τὸν Θεὸν στοργὴ, καὶ διάθεσις, ζωὴν ἡμῖν προξενεῖ.

ζ'. « Κύριος [77] ὁ ποιῶν εἰς ὕψος κρῖμα, καὶ δικαιοσύνην εἰς γῆν ἔθηκε. » Ψηφίζεται, φησὶν, ὃ βούλεται δίκαιος ὢν, καὶ πέρας ἐν τῇ γῇ τὰ κρινόμενα δέχεται.

η'. « Ὁ ποιῶν πάντα, καὶ μετασκευάζων, καὶ ἐκτρέπων εἰς τὸ πρωῒ σκιὰν θανάτου, καὶ ἡμέραν εἰς νύκτα συσκοτάζων· ὁ προσκαλούμενος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐκχέων αὐτὸ ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς [78], Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ ὄνομα αὐτοῦ [79]. » Θαρρήσατε, φησὶ, τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει, καὶ ταύτης ἔχεσθε τῆς ἐλπίδος. Εὐπετῶς γὰρ καὶ ποιεῖ καὶ μετασκευάζει ὃ βούλεται, καὶ ῥᾴδιον αὐτῷ καὶ τοὺς μεγίστους κινδύνους εἰς εὐθυμίαν μεταβαλεῖν. *Σκιὰν* γὰρ *θανάτου* τοὺς μεγάλους κινδύνους ὠνόμασεν. Εὐμαρῶς δὲ καὶ τοῖς ἐν εὐημερίᾳ δυσπραξίαν ἐπ-

VARIÆ LECTIONES.

[74] δθ. A ἐξ ἧς. [75] C λαμβάνειν. [76] A ζήσατε. [77] Κύρ. Des. in A. [78] τ. γῆς. Supra t. I, p. 809 præm. πάσης. [79] A αὐτῷ.

Digitized by Google

ἄγειν. Καὶ μέντοι καὶ τὸ θαλάττιον ὕδωρ νεύματι ἀνέλκων εἰς τὸν ἀέρα, ἄρδει τὴν γῆν διὰ τῶν νεφῶν· Θεὸς γάρ ἐστι, καὶ τῶν ἁπάντων Δεσπότης.

A gat terram. Deus enim est et omnium rerum Dominus.

θ'. « Ὁ διαιρῶν συντριμμὸν ἐπὶ ἰσχὺν, καὶ ταλαιπωρίαν ἐπὶ ὀχύρωμα ἐπάγων. » Μετὰ πολλῆς δὲ τῆς εὐκολίας, καὶ τοὺς ἠσθενηκότας ἐπὶ τὴν προτέραν ἰσχὺν ἐπανάγει, καὶ ταλαιπωρίᾳ τοὺς ἰσχυροὺς παραδίδωσι.

Vers. 9. « Qui dividit contritionem super robur et miseriam super munitionem adducit. » Nullo autem negotio infirmatos ad pristinum robur educit, et robustos in ærumnas dejicit.

ι'. « Ἐμίσησαν ἐν πύλαις ἐλέγχοντα[80], καὶ λόγον ὅσιον ἐβδελύξαντο. » Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς, ὥς τινές φασι, περὶ τὰς πύλας τοὺς συλλόγους ποιεῖσθαι, καὶ τὰ συνέδρια. Ἔνθα τοίνυν συνηθροίζοντο, ἐκεῖ καὶ τοὺς ἐλέγχους οἱ προφῆται προσέφερον· ἀλλ' ἀδικίαις καὶ παρανομίαις συζῶντες, οὔτε τοῖς τῆς ἀληθείας προσεῖχον ἐλέγχοις, οὔτε τὸν τοῦ δικαίου προσεδέχοντο λόγον. Ἐπειδὴ τοίνυν καὶ ταῦτα εἰργάζεσθε, καὶ πρὸς τούτοις, τοὺς πενίᾳ κατεχομένους καὶ χειρὶ καὶ γλώττῃ παροινοῦντες διετελεῖτε, καὶ δωροδοκίᾳ χαίροντες ἐσπουδάζετε κακῶς αὔξειν τὸν πλοῦτον, γινώσκετε, ὡς οὔτε ἐν ταῖς εὖ καὶ καλῶς ὑφ' ὑμῶν ἠσκημέναις καὶ κεκοσμημέναις οἰκήσετε οἰκίαις, οὔτε τοὺς ὑφ' ὑμῶν μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας φυτευθέντας ἀμπελῶνας τρυγήσετε· ἀφαιρεῖται γὰρ ὑμᾶς τὴν τούτων ἀπόλαυσιν ἡ τῆς ἀσεβείας καὶ παρανομίας ὑπερβολή· ἐπατεῖτε γὰρ τὸ δίκαιον, δῶρα μὲν παρὰ τῶν δυνατωτέρων λαμβάνοντες, ἐν δὲ τῷ δικάζειν τοὺς πένητας κατακρίνοντες.

Vers. 10. « Odio habuerunt in portis arguentem, et verbum sanctum abominati sunt. » In more erat antiquis, ut nonnulli ferunt, conventus ad portas habere **1431** et concilia. Ubi ergo congregabantur, ibi et prophetæ reprehensiones proferebant. Sed qui injuste ac impie vivebant, nec veris objurgationibus obtemperabant, nec justi verba recipiebant. [11, 12] Cum itaque et hæc egeritis, et pauperes præterea manu ac lingua contumeliose acceperitis, tum munerum corruptelis gaudentes, facultates vestras perperam augere studueritis, scitote fore ut non habitetis in domibus, quas belle et pulchre instruxistis et ornastis, neque vineas, quas magno studio plantastis, vindemietis : nam immensa impietas vestra et iniquitas horum usu vos privabit. Conculcastis enim justitiam, munera a potentioribus accipientes, pauperes judiciis vestris condemnantes.

ιγ'. « Διὰ τοῦτο ὁ συνιὼν ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ σιωπήσεται, ὅτι ὁ καιρὸς πονηρός ἐστι. » Πᾶς γὰρ ἐχέφρων, καὶ τὸ δέον συνιδεῖν δυνάμενος, ὁρῶν τῶν ἐπαγομένων ὑμῖν[81] κακῶν τὸ νέφος, τεθηπὼς καὶ θαυμάζων τὸ τῆς προῤῥήσεως ἀψευδὲς, φθέγξασθαι οὐδὲν ἐξ ἀθυμίας δυνήσεται.

Vers. 13. « Ideo qui intelligit, tempore illo silebit, quia tempus malum est. » Omnis enim prudens, quique honestum intelligere potest, malorum quæ vobis illata sunt, nubem et copiam videns, cum stupore admirans prædictionis veritatem, præ tristitia loqui nihil poterit.

ιδ', ιε'. « Ἐκζητήσατε οὖν τὸ καλὸν, καὶ μὴ τὸ πονηρὸν, ὅπως ζήσητε, καὶ ἔσται οὕτω μεθ' ὑμῶν[82] Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὃν τρόπον εἴπατε· Μεμισήκαμεν τὰ πονηρὰ, καὶ ἠγαπήκαμεν τὰ καλὰ· καὶ ἀποκαταστήσατε ἐν πύλαις κρῖμα, ὅπως ἂν ἐλεήσῃ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ τοὺς καταλοίπους τοῦ Ἰωσήφ. » Ἀκολουθείτω, φησὶ, τοῖς λόγοις τὰ ἔργα, καὶ λέγοντες ἐρᾷν μὲν τῶν ἀγαθῶν, βδελύττεσθαι δὲ τὴν πονηρίαν, ἔργῳ δείξατε τὴν τῶν λόγων ἀλήθειαν. Τοῦτο γὰρ ποιοῦντες, τεύξεσθε παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ζωῆς[83]. Τούτου δὲ παρ' ὑμῶν μὴ γιγνομένου, θρῆνοι καὶ ὀλοφύρσεις, καὶ τὰς πλατείας, καὶ τὰς ὁδοὺς καταλήψονται· ὡς καὶ τοὺς γηπόνους ἀντὶ γεωργίας τῇ θρηνῳδίᾳ προσέχειν. Ἔσται δὲ ταῦτα ἐμοῦ παρόντος, καὶ τὰς τιμωρίας ἐπάγοντος.

Vers. 14, 15. « Quærite igitur bonum et non malum, ut vivatis, et sic erit Dominus Deus omnipotens vobiscum, sicut dixistis : Odio habuimus mala, et dileximus bona : et restituite in portis judicium, ut misereatur Dominus Deus eorum qui reliqui sunt de Josepho. » Verbis, inquit, facta respondeant, et qui profitemini vos amare honesta, et a vitiis abhorrere, reipsa veritatem **1432** verborum ostendite. Hoc enim si faciatis, ab omnipotente Deo vitam consequemini. [16, 17] At si non feceritis, plateæ et viæ lamentis et gemitibus personabunt : ita ut etiam agricolæ, agrorum cultu abjecto, planctibus sint vacaturi. Hæc autem præsente me fient, et supplicia infligente.

ιη'. « Οὐαὶ οἱ ἐπιθυμοῦντες τὴν ἡμέραν Κυρίου! καὶ[84] ἵνατί ὑμῖν[85] αὕτη ἡ ἡμέρα Κυρίου; καὶ αὕτη ἐστὶ σκότος, καὶ οὐ φῶς. » Ἐπειδὴ γὰρ ἦσάν τινες θρασύτητι καὶ αὐθαδείᾳ συντεθραμμένοι, οἳ τοῖς προφητικοῖς θεσπίσμασιν ἀντέλεγον, φρυαττόμενοι[86]

Vers. 18. « Væ desiderantibus diem Domini! quid sane vobis hic dies Domini? et is est tenebræ, et non lux. » Cum enim quidam essent temeritate et contumacia innutriti, qui prophetarum vaticinationibus repugnarent, frementes in

VARIÆ LECTIONES.

[80] C ἐλέγχοντας. [81] ὑμ. Des. in C. [82] μεθ ὑμ. In A ponitur post παντοκράτωρ. [83] ζωῆς. Ita in C leg. Sirm. ζωήν. [84] καί. Des. in A. [85] ὑμ. In A post αὕτη ponitur. [86] φρ. C præm. ἀντικρυς.

Digitized by Google

eos, et falsa divina oracula vocitantes, et prædictionum eventum exigentes, eos Dominus lacrymis dignos ait, qui nimirum tenebras pro luce desiderent videre.' [19, 20] Qui prophetiæ finem, inquit, videre cupiunt, nihil differunt ab homine, qui cum leonem insectantem effugerit, mox in ursum incurrit, ac domum deinde metu plenus perveniens, et inconsiderate ob animi perturbationem manum ad parietem innixam applicans, ab acerbissimo colubro mordetur. Nam quemadmodum ille tenebras et non lucis splendorem illo die videt : sic isti altissimis tenebris die ultionis tradentur.

A κατ' αὐτῶν, καὶ ψευδεῖς ἀποκαλοῦντες τοὺς θείους χρησμοὺς, καὶ τὸ τέλος τῶν προρρήσεων ἀπαιτοῦντες, θρήνου τούτους ἀξίους ὁ Δεσπότης ἀποκαλεῖ, ὡς σκότος ἀντὶ φωτὸς ἐπιθυμοῦντας ἰδεῖν. Οὐδὲν διαφέρουσι [87], φησὶν, οἱ τὸ πέρας τῆς προφητείας ἐπιθυμοῦντες ἰδεῖν, ἀνδρὸς φυγόντος μὲν λέοντα ἐπιόντα, μετ' ἐκεῖνον δὲ ἄρκῳ περιπεσόντος, εἶτα τὴν οἰκίαν μετὰ δέους κατειληφότος, καὶ ἀπροόπτως ἀπὸ τοῦ τὴν ψυχὴν κατέχοντος θορύβου, ἐπερείσαντος τῷ τοίχῳ τὴν χεῖρα, καὶ ὑπὸ ὄφεως πικροτάτου δηχθέντος. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ζόφον, ἀλλ' οὐ φωτὸς αἴγλην, κατ' ἐκείνην ὁρᾷ τὴν ἡμέραν· οὕτως οὗτοι σκότῳ βαθεῖ κατὰ τὴν τῆς τιμωρίας ἡμέραν παραδοθήσονται.

Vers. 21-23. « Odio habui et repuli festivitates vestras, nec odorabor in conventibus vestris. Et si obtuleritis mihi holocausta et sacrificia vestra, non suscipiam, et salutare præsentiæ vestræ non respiciam. **1433** Transfer a me sonitum carminum tuorum, et psalmum organorum tuorum non audiam. » Eadem etiam per Isaiam eis dixit Dominus Deus : « Quorsum mihi multitudo victimarum vestrarum ? dicit Dominus. Plenus sum holocaustis arietum, et adipem agnorum, et sanguinem vitulorum et hircorum nolo [l]. » Et deinceps omnia enumerat, quæ ex lege ei offerebantur, omnia dicens pariter se exsecrari. Sic etiam hoc loco dicit se odio habere dies festos, et sacrificia in publicis celebritatibus oblata non suscepturum esse : nam *non odorabor* posuit pro *non suscipiam*. Sic et de Noacho beatus Moses ait : « Odoratus est Dominus odorem suavitatis [m] ; » hoc est, approbavit eorum qui obtulerant voluntatem. Neque enim his Deus eget : ac ne pro salute quidem sua victimas offerentibus, meam, inquit, præsentiam præstabo. Desine igitur cantare et musicis instrumentis uti ; his enim non delector, etsi a principio hæc fieri jussi, ut rebus jucundis ad seria te ducerem.

κα'-κγ'. Μεμίσηκα, ἀπῶσμαι τὰς ἑορτὰς ὑμῶν, B καὶ οὐ μὴ ὀσφρανθῶ [88] ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ὑμῶν. Διότι ἐὰν ἐνέγκητέ μοι ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίας ὑμῶν, οὐ προσδέξομαι, καὶ σωτηρίου ἐπιφανείας ὑμῶν οὐκ ἐπιβλέψομαι. Μετάστησον [89] ἀπ' ἐμοῦ ἦχον ᾠδῶν σου, καὶ ψαλμὸν [90] ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσομαι. » Ταῦτα καὶ διὰ Ἡσαΐου πρὸς αὐτοὺς εἶρηκεν ὁ Δεσπότης Θεός· « Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν ; λέγει Κύριος. Πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων κριῶν· καὶ στέαρ ἀρνῶν, καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι. » Καὶ ἑξῆς δὲ καταλέγει πάντα τὰ κατὰ τὸν νόμον αὐτῷ προσφερόμενα, πάντα λέγων ὁμοίως βδελύττεσθαι. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα μισεῖν μὲν ἔφη τὰς ἑορτάς· οὐ προσδέχεσθαι δὲ τὰς ἐν ταῖς πανηγύρεσι προσφερομένας θυσίας· τὸ γὰρ *οὐ μὴ ὀσφρανθῶ*, ἀντὶ τοῦ, *οὐ μὴ δέξομαι* τέθεικεν. C Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Νῶε ὁ μακάριος Μωσῆς, « Ὠσφράνθη, ἔφη, Κύριος ὁ Θεὸς ὀσμὴν εὐωδίας· » ἀντὶ τοῦ, ἐπήνεσε τὸν τῶν προσενηνοχότων σκοπόν. Οὐδὲ γὰρ δεῖται τούτων Θεός [91]· ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ὑπὲρ τῆς σφῶν αὐτῶν σωτηρίας προσφέρουσι τὴν ἐμαυτοῦ, φησὶ, παρέξομαι ἐπιφάνειαν. Παῦσαι τοίνυν καὶ ᾀδων, καὶ τοῖς μουσικοῖς κεχρημένος ὀργάνοις· οὐδὲ γὰρ ἐπιτέρπομαι τούτοις, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρχὴν διὰ τῶν τερπνῶν σε ποδηγῶν ἐπὶ τὰ σπουδαῖα ταῦτα προσέταξα γίνεσθαι.

Vers. 24. « Volvetur sicut aqua judicium, et justitia sicut torrens invius. » Prolata, inquit, contra te justa sententia, torrentis instar, et violentæ aquæ, tibi supplicium inferet, exitumque invenire non poteris. [25, 26] Recordamini autem, vos, per quadraginta annos in **1434** deserto agentes, sacrificiis me non coluisse, sed ibi eamdem quoque impietatem exercuisse, omnigenas idolorum fabricantes statuas, tum his, tum sideribus quibusdam cultum omnem exhibentes. *Mo-*

κδ'. « Κυλισθήσεται ὡς ὕδωρ κρῖμα, καὶ ἡ δικαιοσύνη, ὡς χειμάρρους ἄβατος. » Ἡ ἐξενεχθεῖσα, φησὶ, κατὰ σοῦ δικαία ψῆφος χειμάρρου σοι δίκην, καὶ σφοδροῦ ὕδατος, τὴν τιμωρίαν ἐποίσει, καὶ διέξοδον εὑρεῖν οὐ δυνήσῃ· ἀναμνήσθητε [92] δὲ, ὡς τεσσαράκοντα ἔτη κατὰ τὴν ἔρημον διαγαγόντες [93], οὐ τὴν ἀπὸ θυμάτων μοι λατρείαν προσενηνόχατε, ἀλλὰ κἀκεῖ τὴν αὐτὴν ἀσέβειαν ἐπεδείξασθε, παντοδαπὰς [94] εἰδώλων πεποιηκότες εἰκόνας, καὶ τούτοις, καὶ μέντοι καὶ ἄστροις τισὶ πᾶσαν θεραπείαν προσέ-

[l] Isa. 1. 11. [m] Gen. II, 21.

VARIÆ LECTIONES.

[87] διαφ. C præm. γάρ. [88] ὀσφρ. Cod. Vat. et Alex. addunt θυσίας, quod in A et C des. [89] μετ. Supra, t. I, p. 1585, et infra, *Gr. Aff. Cur.* serm. 7, leg. ἀπόστησον. [90] A ψαλμῶν. Locis jam cit. leg. φωνῆς. [91] Θεός. C præm ὁ. [92] ἀναμν. Ita cum C legimus. Sirm. ἀναμνήσθητε. Vers. 25, 26, quorum textus h. l. desideratur, supra, t. I, p. 205 a Nostro allegati sunt. Iis quæ ad l. c. jam diximus, addendum est codicem Aug. quoad vers. 25, respondere codici Vaticano. Sed incunte vers. 26, A omittit Καί, in medio versiculi habet Ῥαιφάν, et deinde, τοὺς τύπους, οὓς ἐποιήσατε αὐτούς. [93] C διάγοντες. [94] C παντοδαπῶν.

Digitized by Google

ροντες. *Μολὸχ* γὰρ καὶ *Ῥεφὰν* εἰδώλων ὀνόματα· τοῦ δὲ Μολὸχ καὶ ἐν τοῖς προοιμίοις τῆς προφητείας ἐμνημόνευσε. Τούτων γὰρ χάριν,

κζ'. « Μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Δαμασκοῦ, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ Παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ. » Ἐπειδὴ γὰρ καὶ τῶν πλησιαζόντων αὐτοῖς Σύρων ἐδυσχέραινον τὴν δουλείαν, τὴν πορρώτερω προλέγει, καταπλῆξαι αὐτοὺς τῇ προρρήσει βουλόμενος· λέγει δὲ τὴν Ἀσσυρίων. Καὶ τοῦτο ὁ μακάριος Στέφανος ἐν ταῖς Πράξεσιν ἑρμηνεύων, « Μετοικιῶ ὑμᾶς, εἶπεν, ἐπέκεινα [25] Βαβυλῶνος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

α'. « Οὐαὶ τοῖς ἐξουθενοῦσι Σιὼν, καὶ πεποιθόσιν ἐπὶ τὸ ὄρος Σαμαρείας! ἀπετρύγησαν ἀρχὰς ἐθνῶν, καὶ εἰσῆλθον ἑαυτοῖς [26]. » Ἄθλιοι, φησὶ, καὶ τρισάθλιοι οἱ τῆς μὲν Σιὼν καταφρονοῦντες, τῇ δὲ Σαμαρείᾳ θαῤῥοῦντες, καὶ μὴ σκοποῦντες, ὡς ὁ ἐν τῇ Σιὼν θεραπευόμενος Θεὸς, εἰς τὴν τῆς ἐπαγγελίας αὐτοὺς ἐπήγαγε [27] γῆν, τοὺς πρόσθεν ταύτην οἰκοῦντας παντελῶς ἀναλώσας, καὶ λίαν αὐτοῖς εὐρεῖαν τὴν οἴκησιν χαρισάμενος. Εἰ δὲ οὐχ οὕτω ταῦτα ἔχειν ὑπολαμβάνετε,

β'. « Διάβητε εἰς Χαλάνην [28], καὶ διέλθετε ἐκεῖθεν εἰς Ἐμὰθ τὴν μεγάλην [29], καὶ κατάβητε εἰς Γὲθ, τῶν ἀλλοφύλων τὰς κρατίστας ἐκ πασῶν τῶν βασιλειῶν τούτων, εἰ πλείονά ἐστι [1] τὰ ὅρια αὐτῶν τῶν ὑμετέρων ὁρίων. » Εἰς τὰς προειρημένας πόλεις, αἵπερ εἰσὶ μέγισται, καὶ τῶν προλεχθεισῶν δὲ βασιλειῶν αἱ ἔγκριτοι, πορευθέντες ἀκριβῶς καταμάθετε, ὡς οὐκ ἐλάττων ἐστὶν ἡ ὑφ' ὑμῶν γεωργουμένη τῆς ὑπ' ἐκείνων κατεχομένης.

γ'. « Οἱ ἐρχόμενοι εἰς ἡμέραν κακήν· » ὡς ἀξίους ἑαυτοὺς τιμωρίας πεποιηκότες. *Ἡμέραν* γὰρ *κακὴν*, τὴν τῆς τιμωρίας ἡμέραν καλεῖ. « Οἱ ἐγγίζοντες καὶ ἁπτόμενοι Σαββάτων ψευδῶν. » Οἱ τῷ δοκεῖν τιμῶντες τὰ Σάββατα, μυρία δὲ ἐν αὐτοῖς παράνομα δρῶντες. Εἶτα πρὸς τούτοις ἐπιμέμφεται αὐτοῖς τρυφὴν, κλίνας ἐλεφαντίνας ὑπεστρῶσθαι αὐτοῖς λέγων, καὶ πᾶσαν αὐτοῖς προκεῖσθαι [2] χλιδὴν· ἐρίφων μὲν ἐκ ποιμνίων, μόσχων δὲ ἐκ βουκολίων κομιζομένων· ὀργάνων δὲ τὴν ἠχὴν ἀποτελούντων· κρότου [3] δὲ χειρῶν πρὸς τὴν ἠχὴν γινομένου [4]· οἴνου δὲ ἀνθοσμίου, καὶ τούτου διηθημένου [5] προσφερομένου· μύρου δὲ εὐώδους τὴν ἀσωτίαν ἀποπληροῦντος. Οὕτω, φησὶν, ἐκδεδιητημένοι, καὶ τὸ ἀβροδίαιτον ἀσπασάμενοι, καὶ νομίσαντες μόνιμα ταῦτα εἶναι καὶ διαρκῆ, οὐ διαλογισάμενοι [6] δὲ αὐτῶν τὸ διαῤῥέον. Τοῦτο γὰρ ἐσήμηνεν, εἰρηκώς· « Ὧς ἑστῶτα ἐλογίσαντο καὶ οὐχ ὡς φεύγοντα. Οὐκ ἔπασχον οὐδὲν ἐν τῇ συντριβῇ τοῦ Ἰωσήφ· » ἀλλ' ἀναλγήτως ἔφερον τοσαύτας παρανομίας τολμῶντες. *Ἰωσὴφ* γὰρ αὐτοὺς

loch enim et *Rephan* idolorum nomina sunt; Molochi autem jam ab initio prophetiæ mentionem fecit.* Horum enim gratia,

Vers. 27. « Transferam vos trans Damascum, dicit Dominus Deus, Omnipotens nomen ejus. » Cum enim etiam Syrorum finitimorum suorum servitutem graviter ferrent, perterrefacere illos prædictione sua volens, magis longinquam prædicit. Intelligit autem Assyriacam. Atque hoc beatus Stephanus in Actis explanans : « Transferam, inquit, vos trans Babylonem [n].

CAPUT VI.

Vers. 1. « Væ illis qui despiciunt Sionem, et confidunt in monte Samariæ! vindemiarunt primitias gentium, et ingressi sunt sibi. » Miseri, inquit, et ter infelices, qui Sionem contemnentes Samariæ confidunt : et non animadverterunt, quemadmodum Deus qui colitur in Sione, in terram promissionis eos induxit, antiquis ejus habitatoribus penitus deletis, ipsisque valde latam habitationem largitus est. Sin hæc non ita se habere opinamini,

Vers. 2. « Transite Chalanem, et pertransite inde Ematham magnam, et descendite **1435** versus Geth, alienigenarum optimas ex omnibus regnis his : num ampliores sint termini eorum terminis vestris? » Proficiscentes in supradictas urbes, quæ sunt maximæ, et commemoratorum regnorum præstantissimæ, plane cognoscite non esse minorem terram quam colitis, ea quam illi tenent.

Vers. 3. « Qui venitis in diem malum : » utpote qui vos dignos effecistis ut pœnas daretis. *Diem* enim *malum* vocat ultionis et pœnarum diem. « Qui appropinquatis, et tangitis sabbata falsa. » Qui in speciem videmini venerari Sabbata, et in eis mille flagitia committitis. [4, 5] Deinde increpat eorum delicias, dicens eos sibi lectos sternere eburneos, omnique luxu diffluere, hædis ex grege et vitulis ex armento allatis, instrumentisque suavi harmonia resonantibus, plausuque manuum ad sonum accommodato, vino odorato et defæcato adhibito, et unguento suaveolenti luxum cumulante. Cum, inquit, sic ageretis, et molle ac dissolutum vitæ genus essetis amplexi, atque hæc stabilia et perpetua existimaretis, nec cogitaretis eorum statum fluxum, et parum diu stabilem. Hoc enim significavit, cum dixit, « Quasi' stantia putaverant, et non quasi fugientia. Nihil patiebantur super contritione Josephi; » sed nullo sensu doloris afficiebantur tanta scelera admit-

[n] Act. VII, 43.

VARIÆ LECTIONES.

[25] ἐπ. Expungendum fuit εἰς, quod in edit. Sirm. præcedebat. [26] ἑαυτ. C ἐν αὐταῖς. [27] C εἰσήγαγε. [28] εἰς Χαλ. Bosius Nostro tribuit lectionem πάντες εἰς Χαλ., sed πάντες des. in A et C. [29] Ἐμ. τ. μεγ. A Ἐματραββά. [1] ἐστι. In A post αὐτ. ponitur. [2] C προσκεῖσθαι. [3] κρότου — γιν. Hinc colligitur, Nostrum vers. 5. habuisse lectionem emendatam ἐπικροτοῦντες pro ἐπικρατοῦντες, quæ est rec. lectio. [4] C γιγνομένου. [5] C διηνθισμένου. [6] C λογισάμενοι.

Digitized by Google

tentes. *Joseph* enim eos appellavit, quoniam Josephi filius fuit Ephraim, *Ephraim* autem appellat decem tribus.

προσηγόρευσε· τοῦ γὰρ Ἰωσὴφ ὁ Ἐφραὶμ υἱός· *Ἐφραὶμ* δὲ τὰς δέκα φυλὰς ὀνομάζει.

Vers. 7, 8. « Propterea nunc captivi erunt a principatu fortium, et auferetur hinnitus **1436** equorum ex Ephraimo. Quia juravit Dominus per semetipsum, dicens, Dominus Deus virtutum : Quia ego abominor omnem contumeliam Jacobi, et regiones ejus odi, et auferam civitatem cum habitatoribus suis. » Principes, inquit, viribus præstantes eos captivos abducent, et tandem Ephraimi potentia capietur. Verax enim et fortis est, qui hanc sententiam contra eum tulit. Tulit autem, ejus arrogantiam impietatemque detestans.

ζ', η'. « Διὰ τοῦτο νῦν αἰχμάλωτοι ἔσονται ἀπ' ἀρχῆς δυναστῶν, καὶ ἐξαρθήσεται χρεμετισμὸς ἵππων ἐξ Ἐφραΐμ. Ὅτι ὤμοσε Κύριος καθ' ἑαυτοῦ, λέγων [7], Κύριος ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων· Διότι βδελύσσομαι ἐγὼ πᾶσαν τὴν ὕβριν Ἰακὼβ, καὶ τὰς χώρας αὐτοῦ μεμίσηκα, καὶ ἐξαρῶ πόλιν σὺν τοῖς [8] κατοικοῦσιν αὐτήν. » Ἄρχοντες, φησὶ, δυνατοὶ δορυαλώτους αὐτοὺς παραλήψονται, καὶ τέλος ἡ τοῦ Ἐφραΐμ δυναστεία λήψεται· ἀψευδὴς γὰρ καὶ δυνατὸς ὁ ταύτην κατ' αὐτοῦ τὴν ψῆφον ἐξενεγκών. Κατεψηφίσατο δὲ, αὐτοῦ τὴν ἀλαζονείαν καὶ τὴν ἀσέβειαν βδελυξάμενος.

Vers. 9-11. « Et erit, si remanserint decem viri in domo una, et ipsi morientur et remanebunt reliqui. Et tollent domestici eorum, et cogent, ut efferant ossa eorum de domo : et dicet his qui præsunt domui : An adhuc est apud te? Et dicet : Nequaquam; et dicet : Tace, ne nominet nomen Domini. » Tanta, inquit, incolarum urbis internecio fiet, ut quædam ædes mortuos habeant habitatores omnes, vicinique, aut propinqui genere ex aliis ædibus profecti, mortuorum cadavera humanda curent, deinde investigent, et inter se interrogent, nunquid sit aliud insepultum. Respondentibus autem illis qui intus sunt, nihil esse : silentio, inquit, attoniti exeunt, hoc facere invicem hortantes, ut prolata a Deo universorum hac sententia.

θ'-ια'. « Καὶ ἔσται, ἐὰν ὑπολειφθῶσι δέκα ἄνδρες ἐν οἰκίᾳ μιᾷ, ἀποθανοῦνται [9], καὶ [10] ἀπολειφθήσονται οἱ κατάλοιποι. Καὶ λήψονται οἱ οἰκεῖοι αὐτῶν, καὶ παραβιῶνται τοῦ ἐξενεγκεῖν [11] τὰ ὀστᾶ αὐτῶν ἐκ τοῦ οἴκου ναοῦ [12], καὶ ἐρεῖ τοῖς προεστηκόσι τοῦ οἴκου [13], Εἰ ἔτι ὑπάρχει παρὰ σοί; Καὶ ἐρεῖ· Οὐκέτι· καὶ ἐρεῖ· Σίγα, ἕνεκεν τοῦ μὴ ὀνομάσαι τὸ ὄνομα Κυρίου. » Τοσαύτη, φησὶ, φθορὰ τῶν ἐνοικούντων τὴν πόλιν γενήσεται, ὡς ἑνίας οἰκίας πάντας ἔχειν τοὺς ἐνοικοῦντας νεκροὺς, καὶ τοὺς πελάζοντας, ἢ γένει προσήκοντας, ἐξ ἑτέρων οἰκιῶν παραγινομένους τῶν τετελευτηκότων τὰ σώματα παραδιδόναι ταφῇ· εἶτα ἐρευνᾷν, καὶ ἀλλήλους ἀνερωτᾷν, μὴ ἄρα εἴη ἕτερον ἄταφον. Ἀποκρινομένων δὲ τῶν ἐνδοτέρων, ὡς οὐκ εἴη· σιγῇ, φησὶ, τεθηπότες ἐξίασι, τοῦτο ποιεῖν ἀλλήλοις παρακελευόμενοι, ὡς τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ταύτην ἐξενεγκόντος τὴν ψῆφον.

Vers. 12. « Propterea ecce Dominus mandat, et percutiet domum magnam ruinis, et domum parvam scissionibus. » Nam pauperes æque ac magnates destruet.

ιβ'. « Διότι ἰδοὺ Κύριος ἐντέλλεται, καὶ πατάξει τὸν οἶκον τὸν μέγαν θλάσμασι, καὶ τὸν οἶκον τὸν μικρὸν ῥήγμασιν. » Ὁμοίως γὰρ τοῖς ἐν πενίᾳ, καὶ τοὺς δυνατοὺς καταλύσει.

Vers. 13, 14. « An persequentur **1437** in petris equi? an reticebunt ad feminas? quoniam convertistis in furorem judicium, et fructum justitiæ in amaritudinem. Qui lætamini super nullo verbo bono, dicentes : Nonne per fortitudinem nostram habuimus cornua? » Equi quidem, inquit, in petris currere non possunt : hostes vero contra vos proficiscentur, priorem vestram celsitatem ob flagitia a vobis admissa aspernati. Et quemadmodum equi, cum equas conspicati fuerint, hinniunt : sic hostes prompto animo in vos irruent, quoniam judicis iracundiam in vos concitastis, acerbamque et justam sententiam ferre coegistis. Nam non honestis rebus vos oblectatis, sed fastu et superbia ferocientes, vestris viribus prius imperium vestrum ascribitis. [15] Idcirco ego, omnis exercitus et virtutis Dominus, potenti vos genti tradam. « Ut non introeatis in Emath, et usque ad torrentem Occidentis; » hoc est, Ex omni terra quam

ιγ', ιδ'. « Εἰ διώξονται ἐν πέτραις ἵπποι, εἰ παρασιωπήσονται ἐν θηλείαις, ὅτι ἐξεστρέψατε εἰς θυμὸν κρῖμα, καὶ καρπὸν δικαιοσύνης εἰς πικρίαν. Οἱ εὐφραινόμενοι ἐπ' οὐδενὶ λόγῳ ἀγαθῷ [14], οἱ λέγοντες· Οὐκ ἐν τῇ ἰσχύϊ ἡμῶν ἐσχομεν κέρατα; » Ἵπποι μὲν, φησὶ, κατὰ πετρῶν θέειν οὐ δύνανται, οἱ δὲ πολέμιοι χωρήσουσι καθ' ὑμῶν, τοῦ προτέρου ὑμῶν ὕψους διὰ τὴν παρ' ὑμῶν τολμηθεῖσαν παρανομίαν καταφρονήσαντες. Καὶ ὥσπερ ἵπποι χρεμετίζουσι θεασάμενοι θηλείας· οὕτως οἱ πολέμιοι χρήσονται προθύμως τῇ καθ' ὑμῶν ἐφόδῳ, ὅτι τὸν κριτὴν εἰς θυμὸν καθ' ὑμῶν ἐκινήσατε, καὶ πικρὰν ὁμοῦ καὶ δικαίαν ἐξενεγκεῖν τὴν ψῆφον κατηναγκάσατε. Τὴν γὰρ εὐθυμίαν οὐκ ἐπ' ἀγαθοῖς ἔχετε, ἀλαζονευόμενοι δὲ καὶ βρενθυόμενοι τῇ σφετέρᾳ δυνάμει τὸ πρότερον ὑμῶν ἐπιγράφετε κράτος. Τούτου χάριν ἐγὼ ὁ πάσης στρατιᾶς [15] καὶ δυνάμεως Κύριος ἔθνει ὑμᾶς δυνατῷ παραδώσω. « Τοῦ μὴ εἰσελθεῖν εἰς Ἡμὰθ [16], καὶ ἕως τοῦ χειμάρρου τῶν δυσμῶν. »

VARIÆ LECTIONES.

[7] A λέγει. [8] τοῖς. A præm. πᾶσι. [9] ἀποθ. A præm. καὶ. [10] καὶ — κατάλ. Des. in A et in Ald. Scd in C leg. ὑπολειφθήσονται [11] C ἐξενέγκαι. [12] ναοῦ. Des. in A. [13] A τῆς οἰκίας. [14] ἀγ. Des. in A. [15] C στρατείας. [16] A Ἐμάθ.

Digitized by Google

Ἀντὶ τοῦ, Πάσης ὑμᾶς τῆς πρόσθεν ὑφ' ὑμῶν γεωργουμένης ἐξελάσω γῆς· Ἱεροβοὰμ γὰρ, ἐφ' οὗ ἡ προφητεία αὕτη ἐγένετο, ἀποκατέστησε, φησὶ, τὸ ὅριον Ἰσραὴλ ἀπὸ Ἡμὰθ ἕως θαλάσσης τῆς πρὸς ἑσπέραν, ὡς ἡ τῶν Βασιλειῶν ἱστορία διδάσκει. Λέγει τοίνυν, ὅτι Πάντα ὑμῶν τὰ ὅρια παραδώσω τοῖς πολεμίοις.

A antea colebatis, vos expellam. Jeroboam enim, sub quo hæc prophetia edita est, propagavit, inquit, fines Israelis ab Emath usque ad mare occidentale, ut Regnorum docet historia. Ait ergo : Vestros fines omnes hostibus tradam.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

α'-γ'. « Οὕτως ἔδειξέ μοι Κύριος [17], καὶ ἰδοὺ ἐπιγονὴ τῶν [18] ἀκρίδων ἐρχομένη ἑωθινὴ, καὶ ἰδοὺ βροῦχος εἷς Γὼγ βασιλεύς. Καὶ ἔσται, ἐὰν συντελέσῃ τοῦ φαγεῖν [19] τὸν χόρτον τῆς γῆς. Καὶ εἶπα [20]· Κύριε [21], ἵλεως γενοῦ· τίς ἀναστήσει τὸν Ἰακὼβ, ὅτι ὀλιγοστός ἐστι; Μετανόησον, Κύριε, ἐπὶ τούτῳ. Καὶ τοῦτο οὐ μὴ γένηται [22], λέγει Κύριος. » Θεασάμενος, φησὶ, τὴν φοβερὰν ἐκείνην θέαν, ἱκέτευσα τὸν Θεὸν ἵλεων γενέσθαι, καὶ παῦσαι τὸν ὄλεθρον· οὐκ ἐπένευσε δὲ, ὡς εἰκὸς, διὰ τὴν τῆς παρανομίας ὑπερβολήν. *Ἐπιγονὴν* δὲ *ἀκρίδων* ἐκάλεσε τὸν Ἀσσύριον· *βροῦχον* δὲ τὸν Βαβυλώνιον· τὸ δὲ, *εἷς Γὼγ βασιλεύς*, τὸ τῆς στρατιᾶς μέγεθος παραδηλοῖ. Ὥσπερ γὰρ, φησὶν, ὁ Γὼγ, ὁ τῶν Σκυθικῶν ἐθνῶν βασιλεὺς, κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ πλῆθος ὅτι πλεῖστον ἀθροίσει· οὕτως Ἀσσύριοι καὶ Βαβυλώνιοι μετὰ πολλῆς παραγενήσονται στρατείας. Καὶ ἀκρίδι δὲ καὶ βρούχῳ παρέδωκεν αὐτῶν καρποὺς, ὡσαύτως δὲ καὶ τῇ κάμπῃ· τοῦτο γὰρ ἄνω προείρηκεν.

δ'. « Οὕτως ἔδειξέ μοι Κύριος [23]· καὶ ἰδοὺ ἐκάλεσε τὴν δίκην ἐν πυρὶ Κύριος ὁ Θεὸς [24], καὶ κατέφαγε τὴν ἄβυσσον τὴν πολλὴν, καὶ κατέφαγε τὴν μερίδα. » *Δίκην* μὲν καλεῖ τὴν δικαίαν τοῦ Θεοῦ ψῆφον· *πῦρ* δὲ καλεῖ, τοὺς πολεμίους· *ἄβυσσον* δὲ *πολλὴν*, τὰ μυρία ἔθνη τὰ ὑπ' ἐκείνων δουλωθέντα· *μερίδα* δὲ τὸν Ἰσραήλ. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ μακάριος ἔφη Μωσῆς· « Καὶ ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ. Ἀλλὰ καὶ ταῦτα, φησὶ, θεασάμενος τὴν αὐτὴν ἱκετείαν τῷ Δεσπότῃ προσενήνοχα μὲν, οὐκ ἔπεισα δέ.

ζ', η'. « Οὕτως ἔδειξέ μοι Κύριος, καὶ ἰδοὺ ἄνηρ ἑστηκὼς ἐπὶ τείχους ἀδαμαντίνου, καὶ [25] ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ἀδάμας. Καὶ εἶπε Κύριος πρός με· Τί σὺ ὁρᾷς, Ἀμώς [26]; Καὶ εἶπον· Ἀδάμαντα. Καὶ εἶπε Κύριος πρός με· Ἰδοὺ, ἐγὼ ἐντάσσω ἀδάμαντα ἐν μέσῳ λαοῦ μου Ἰσραήλ. » Ἰσχυρὰν αὐτοῖς, φησὶ, καὶ στερεὰν λίαν ἐπάξω πληγὴν, καὶ ἀδάμαντι ἐοικυῖαν, ὃς τῶν ὑλῶν ἐστιν ἁπασῶν στερεώτερός τε καὶ ἰσχυρώτατος. Οὐ γὰρ ἀνέξομαι λοιπὸν περιιδεῖν τὴν ὑπ' αὐτῶν τολμωμένην ἀσέβειαν, ἀλλὰ σὺν αὐτοῖς καὶ τοὺς τῶν εἰδώλων ἀφανιῶ βωμοὺς, καὶ τὰς τούτων ἑορτὰς καταπαύσω, καὶ ἀπαξαπλῶς πᾶσαν αὐτῶν καταλύσω τὴν βασιλείαν· τὸν γὰρ *οἶκον Ἱεροβοὰμ* τὴν βασιλείαν ὠνόμασεν. Οὐ γὰρ ἐπὶ τούτου, ἀλλὰ καὶ μετὰ τοῦτον, καὶ ἄλλους ἓξ βασιλεῖς, τέλος ἡ *πρόῤῥησις*

CAPUT VII.

Vers. 1-3. « Sic ostendit mihi Dominus : Et ecce fetus locustarum venit matutinus : et ecce bruchus unus Gog rex. Et erit si compleverit, ut devoret fenum terræ. **1438** Et dixi : Domine, propitius esto ; quis suscitabit Jacobum, quoniam modicus est ? Pœniteat te, Domine, hujus. Et hoc non fiat, B dicit Dominus. » Cum horribile, inquit, spectaculum illud vidi, Deum rogavi ut misereretur, utque internecio cessaret. Non annuit ille tamen, propter iniquitatis, ut verisimile est, magnitudinem. *Fetum* autem *locustarum* appellavit Assyrium, *bruchum* vero Babylonium ; *unus* porro *Gog rex* magnitudinem exercitus indicat. Quemadmodum enim, inquit, Gog, Scythicarum gentium rex, contra Hierosolymam maximam multitudinem congregabit, sic Assyrii et Babylonii maximo cum exercitu advenient. Quin etiam et brucho, et locustæ fructus eorum tradidit, et similiter erucæ : hoc enim superius prædixit.

Vers. 4. « Sic ostendit mihi Dominus : et ecce vocavit judicium insigne Dominus Deus, et devoravit abyssum multam, et comedit partem. » *Judicium* quidem vocat justam Dei sententiam, *ignem* vero hostes, *abyssum multam* autem infinitas gentes ab illis in servitutem redactas : *partem* vero appellat Israelem. Sic enim etiam beatus Moses ait : « Et facta est pars Domini populus ejus Jacob [o]. » [5,6] Tum rursus, ut hæc vidi, inquit, eamdem quidem orationem Domino obtuli, sed non persuasi.

Vers. 7, 8. « Sic ostendit mihi Dominus, et ecce vir stabat super murum adamantinum, et in manu ejus adamas. Et dixit Dominus ad me : Quid tu vides, Amos ? et dixi : Adamantem. Et dixit Dominus ad me : Ecce ego **1439** injicio adamantem in medio populi mei Israelis. » Validam, inquit, et D valde duram plagam illis inferam, similemque adamanti, qui ex omnibus materiis durissimus est et validissimus. [9] Non enim patiar in posterum, ut ab his admissa impietas maneat impunita : quin una cum ipsis altaria idolorum delebo, eorumque festos dies cessare faciam : omne denique eorum regnum penitus evertam ; siquidem *domum Jeroboami* regnum vocavit. Non enim tempore Jeroboami tantum, sed post hunc quoque et post

[o] Deut. xxxii, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[17] Κύρ. Repetitur in A. [18] τῶν. Des. in A et C. [19] A καταφαγεῖν. [20] Sic A, al. εἶπε. [21] Κύρ. Reperitur in A et C. [22] οὐ μὴ γέν. A οὐκ ἔσται. [23] Κύρ. Repet. in A ut plerumque fit. [24] ὁ Θεός. A Κύριος. [25] καὶ — ἀδάμας. Ex A et C suppl. [26] Ἀμ. Des. in C.

Digitized by Google

sex alios reges, prædictio finem habuit. [10] Cum autem hæc a propheta dicerentur, et Amasias, Bethele sacerdos, metueret, ne comminationibus divinis perterrefactus populus, et ad pœnitentiam conversus, desineret idola colere, et faciendi quæstus occasiones ipse amitteret, ad regem defert prophetam, falsa veris astruens in hunc modum :

Vers. 11. « Dicit enim Amos : Gladio morietur Jeroboam, populus autem captivus ducetur e terra sua. » Quæ enim de populo et de regno retulit, vera erant : quod vero de rege dixit, non obscurum erat mendacium. Sed hoc tamen Jeroboamum ad vexandum prophetam minime commovit : nec Amasiæ persuasit, ut desisteret. [12, 13] At ipse prophetam jubet excedere, et in Judæa vitam agere, ibique futura prædicere, quod Bethel assignata et addicta esset regno Israelis. **1440** At Amos libere et institutum suum profitetur, et divinitus sibi donatam gratiam aperit.

Vers. 14. « Non enim eram propheta ego, inquit, neque filius prophetæ, sed caprarius eram vellicans sycomoros. » Quod vero ait, *vellicans sycomoros*, Aquila interpretatus est, *scrutans sycomoros*, et Theodotio, *fossa muniens sycamina*, et Symmachus, *habens sycomoros*. Arboris vero species est *sycomorus*, in Palæstina : cujus mentionem facit beatus Lucas evangelista, cum dixit [p], in arborem sycomorum ascendisse Zacchæum. Audivi porro ex quodam, cum ea de re sermonem haberet, harum (arborum) fructum non maturescere, nisi facta prius brevi quadam incisione. Hanc igitur vero proximum est Septuaginta intellexisse, et *vellicans* pro *fossa muniens*, vel * *colligens*, posuisse. [15, 16] Agriculturæ igitur, inquit, et ovillo pecori vacantem assumpsit me Dominus ex ovibus, et prophetare jussit. Suscipe igitur, Amasia, et contra te prædictionem, quoniam me populo Israelis prophetare vetas, ne iniqua lucra tua impediam. [17] Scito igitur visurum te esse uxorem, quam nunc habes, palam et publice ab hostibus vitiatam, quia tu quoque populum ad idololatriæ insaniam pellexisti. Quin etiam omnes a te genitos occisos videbis : tu vero in extera terra e vita excedes, et universus populus easdem, quas tu, pœnas dabit : vobis autem sic affectis, terra aliis tradita dividetur.

1441 CAPUT VIII.

Vers. 1, 2. « Sic ostendit mihi Dominus, et ecce vas aucupis. Et dixit, ad me : Quid tu vides, Amos? et dixi : Vas aucupis. » Visio hæc celerem Israelis venationem designat. Quemadmodum enim aves

[p] Luc. XIX, 4.

ἔλαβε. Τούτων ἀπὸ τοῦ προφήτου λεγομένων, Ἀμασίας ὁ τῆς Βαιθὴλ ἱερεὺς, δείσας μὴ τὰς θείας ἀπειλὰς καταπλαγεὶς ὁ λαὸς, καὶ μεταμελείᾳ χρησάμενος, τῆς τῶν εἰδώλων ἀποστῇ θεραπείας, καὶ τὰς τῆς ἐμπορίας ἀφορμὰς [27] αὐτὸς ἀπολέσῃ, εἰσαγγέλλει παρὰ τῷ βασιλεῖ τὸν προφήτην, συκοφαντίας τοῖς ἀληθέσι λόγοις συῤῥάψας.

ια'. « Λέγει γὰρ Ἀμὼς [28], ὡς [29] Ἱεροβοὰμ ἐν ῥομφαίᾳ πεσεῖται, καὶ ὁ λαὸς αἰχμάλωτος ἀχθήσεται ἀπὸ τῆς γῆς αὐτοῦ [30]. » Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τοῦ λαοῦ καὶ τῆς βασιλείας ὑπῆρχεν ἀληθῆ· τὸ δὲ περὶ τοῦ βασιλέως εἰρημένον ψεῦδος ἦν προφανῶς· ἀλλ' ὅμως ἥκιστα τοῦτο τὸν Ἱεροβοὰμ εἰς τὴν κατὰ τοῦ προφήτου παροινίαν ἐξέμηνε· τὸν δὲ Ἀμασίαν οὐδὲ τοῦτο πέπεικεν ἀγαγεῖν ἡσυχίαν. Ἀλλ' αὐτὸς [31] ὑποχωρῆσαι τῷ προφήτῃ παρεκελεύσατο, καὶ εἰς τὴν Ἰουδαίαν βιοτεύειν, καὶ προλέγειν τὰ μέλλοντα, ὡς τῆς Βαιθὴλ ἀφωρισμένης τῇ βασιλείᾳ. Ὁ δὲ Ἀμὼς μετὰ παῤῥησίας, καὶ τὸ ἐπιτήδευμα τὸ οἰκεῖον λέγει, καὶ τὴν θεόθεν αὐτῷ δοθεῖσαν χάριν ἀποκαλύπτει.

β'. « Καὶ ἐπισυνάξω [33] πάντα τὰ ἔθνη ἐπὶ Ἰερουσαλὴμ εἰς πόλεμον, καὶ ἁλώσεται ἡ πόλις, καὶ διαρπαγήσονται αἱ οἰκίαι, καὶ αἱ γυναῖκες μολυνθήσονται· καὶ ἐξελεύσεται τὸ ἥμισυ τῆς πόλεως ἐν αἰχμαλωσίᾳ· οἱ δὲ κατάλοιποι τοῦ λαοῦ μου οὐ μὴ ἐξολοθρευθῶσιν ἐκ τῆς πόλεως· » Φασὶ γὰρ, Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου μελλόντων ἐπιστρατεύειν, τοὺς τηνικαῦτα πιστοὺς ἐξ ἀποκαλύψεως τὴν πόλιν καταλιπεῖν. Τοῦτο δὲ καὶ διὰ τῶν θείων Εὐαγγελίων ἐκέλευσεν ὁ Δεσπότης Χριστός· « Ὅταν ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἰερουσαλὴμ, γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς τὸ τέλος αὐτῆς· τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη, καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος μὴ καταβάτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας. » Περὶ τούτων καὶ διὰ τοῦ μακαρίου προεθέσπισε Ζαχαρίου, ὅτι

« Οἱ κατάλοιποι [34] οὐ μὴ ἐξολοθρευθῶσι. (γ'.) Καὶ C ἐξελεύσεται Κύριος ἐν παρατάξει [35] ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις, καθὼς ἡμέρα παρατάξεως αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ πολέμου. » Παρατάξεται δὲ, οὐχ Ἰουδαίων ὑπερμαχῶν, ἀλλὰ κατ' ἐκείνων στρατηγῶν. « Καὶ [36] παρέσται Κύριος ὁ Θεός μου, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι [37] μετ' αὐτοῦ. » Λέγει δὲ τῶν ἀγγέλων τὰ τάγματα.

δ'. « Καὶ στήσονται οἱ πόδες αὐτοῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπὶ τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν, τὸ κατέναντι Ἰερουσαλὴμ ἐξ ἀνατολῶν. » Ὅθεν γὰρ εἰς οὐρανοὺς ἀνελήφθη, ἐκεῖθεν δίδωσι τοῖς κατ' Ἰουδαίων στρατευομένοις τὴν νίκην. Εἶτα λέγει, ὅτι διαιρεθήσεται τετραχὰ τὸ ὄρος, ὡς τὸ μὲν κατ' ἀνατολὰς, τὸ δὲ κατὰ δυσμὰς, τὸ δὲ κατὰ βορρᾶν, τὸ δὲ κατὰ νότον D χωρῆσαι.

« Καὶ [38] σχισθήσεται γὰρ, φησὶ, τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν, τὸ ἥμισυ αὐτοῦ [39] πρὸς ἀνατολὰς, καὶ τὸ [40] ἥμισυ αὐτοῦ πρὸς δύσιν θάλασσαν [41], χάος μέγα σφόδρα, καὶ κλινεῖ τὸ ἥμισυ τοῦ ὄρους πρὸς βορρᾶν, καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ πρὸς νότον, φάραγξ μεγάλη [42]. (ε'.) Καὶ ἐμφραχθήσεται ἡ [43] φάραγξ τῶν ὀρέων ἕως Ἰασσὰ, καὶ ἐμφραχθήσεται, ὃν τρόπον

[1] Isa. x, 22. [1] Luc. xxi, 20; Marc. xiii, 14, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[28] τ. πεπ. Loco cit. post Ἰουδαίων ponitur. [29] C φησίν. [30] A ἡμέραι ἔρχονται τοῦ Κυρ. [31] C λέγει Κύριος. [32] A διασκορπισθήσονται. [33] A ἐπισυναγάγω. [34] οἱ κατ. Des. in C. [35] ἐν παρ. A καὶ παρατάξεται. [36] Καὶ — αὐτοῦ. Des. in A. [37] ἄγ. Alii ἄγγελοι. [38] Καί. Des. in C. [39] αὐτοῦ. Des. in A. [40] τὸ — δύσιν. Des. in A. [41] δύσ. θάλ. Duplex h. l. coaluit interpretatio. [42] φάρ. μεγ. Des. in A [43] ἡ — Ἰασσά. A ἡ κοιλὰς τῶν ὀρέων μου, καὶ ἐγκολληθήσεται φάραγξ ὀρέων ἕως Ἀσαήλ.

Digitized by Google

ἐνεφράγη ἀπὸ προσώπου τοῦ σεισμοῦ ἐν ἡμέραις [46] Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα. » Ὄρος δὲ, ὡς οἶμαι, καλεῖ τὴν φάλαγγα τῶν πολεμίων, εἰς τὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ πολιορκίαν διαιρουμένην, καὶ τοὺς μὲν τὸ ἑῷον αὐτῆς μέρος, τοὺς δὲ τὸ ἑσπέριον καταλαβόντας, καὶ ἄλλους μὲν τὰ βόρεια, ἄλλους δὲ τὰ νότια φρουροῦντας. Εἰκὸς δὲ ἦν καὶ τὸ ὄρος αὐτὸ τὴν διαίρεσιν ταύτην ὑπομεῖναι, τοῦ Θεοῦ τὴν κατ' αὐτῶν δεικνύντος ὀργήν. Καὶ γὰρ ἡνίκα τὸν Δεσπότην τῷ σταυρῷ προσήλωσαν, σκότος μὲν ἐξεχύθη κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, κλονουμένη δὲ ἡ γῆ τάφος αὐτοῖς αὐτοσχέδιος γενέσθαι ἠπείγετο, τὰ δὲ ὄρη κατ' αὐτῶν ἤφιει τὰς πτέρυγας. Λέγει τοίνυν ὅτι τούτων τῶν ὀρέων ῥαγέντων, καὶ τῶν φαράγγων αἱ διαβάσεις ἐμφραχθήσονται· καθάπερ ἐπὶ τοῦ Ὀζίου τοῦ μεγάλου σεισμοῦ γενομένου. Εἰ γὰρ δι' ἐκεῖνον ἐλάττονα πλημμελήσαντα, καὶ τῆς ἱερωσύνης παρανόμως κατατολμήσαντα, οὕτως ἔσεισε τὴν γῆν τῶν ὅλων ὁ Κύριος [48], μειζόνων οὗτοι πειραθῆναι δίκαιοι συμφορῶν, τὰ μείζονα τολμήσαντες δυσσεβήματα. Οὐδὲ γὰρ θεασάμενοι συγκινουμένην τὴν κτίσιν ἐπὶ τῷ τολμήματι τοῦ σταυροῦ, τὰ τῆς μεταμελείας προσεδέξαντο φάρμακα. Διόπερ ὁ Ηροφήτης καταλιπὼν τὰ ἐν τῷ καιρῷ τῆς τιμωρίας γεγενημένα, μεταφέρει τὸν λόγον ἐπὶ τὰ συμβάντα κατὰ τὴν τῆς παρανομίας ἡμέραν.

A motus in diebus Oziæ regis Judæ. » *Montem* autem, mea **1662** sententia, vocat phalangem hostium ad obsidendam Hierosolymam divisam; et alios partem ejus orientalem, alios occidentalem occupantes, et alios rursus partem aquilonarem, alios meridionalem custodientes. Par autem erat, ipsum etiam montem hanc divisionem sustinere, Deo contra eos iram suam demonstrante. Etenim cum Dominum in crucem egissent, tenebræ factæ sunt super universam terram, et terra mota repentinus eis tumulus fieri properabat : montes vero contra eos alas emittebant. Ait ergo : His montibus abruptis, vallium quoque transitus obturabuntur, quemadmodum sub Ozia magno terræ motu facto. Si enim propter illum, qui minus peccarat et sacerdotium illicite usurparat, universorum Dominus terram ita concussit, majoribus hos par est calamitatibus affici, qui majorem impietatem ausi sunt. Neque enim, cum elementa viderent ad crucis facinus commoveri, pœnitentiæ admiserunt remedia. Quare propheta, iis omissis quæ tempore ultionis facta sunt, convertit sermonem ad ea quæ acciderunt die iniquitatis.

ς'. « Ἐν ἐκείνῃ γὰρ, φησὶ, τῇ ἡμέρᾳ, » καθ' ἣν ὁ τῆς οἰκουμένης σταυρωθήσεται Σωτὴρ, « οὐκ ἔσται φῶς. » Καὶ τοῦτο ἡ ἱστορία ἐδίδαξεν· « Ἀπὸ [49] γὰρ ἕκτης ὥρας μέχρις ἐννάτης σκότος ἐγένετο καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης, » ἵνα πάντες οἱ ἄνθρωποι τῇ τῆς προφητείας μαρτυρήσωσιν ἀληθείᾳ. « Ἀλλὰ [47] ψύχος καὶ πάγος ἔσται μίαν ἡμέραν [50]. » Καὶ τούτου δὲ οἱ εὐαγγελισταὶ μάρτυρες, καὶ τῶν ἀποστόλων ὁ κορυφαῖος ἐν τῷ πυλῶνι παρὰ τὴν πυρὰν θερμαινόμενος.

Vers. 6. « Illo enim, inquit, die, » quo orbis terræ Conservator in crucem agetur, « non erit lux. » Quod historia (evangelica) docet [k] : « Ab hora enim sexta usque ad nonam tenebræ factæ sunt super universam terram, » ut omnes homines prophetiæ **1663** veritati testimonio essent. « Sed frigus et gelu erit uno die. » Hujus vero etiam evangelistæ testes, et apostolorum coryphæus in atrio ad ignem calefaciens sese.

ζ'. « Καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη γνωστὴ [51] τῷ Κυρίῳ. » Ἄνω γὰρ ἅπαντα προεγίνωσκεν ὁ Θεός. « Καὶ οὐχὶ [52] ἡμέρα, καὶ οὐ [51] νύξ. » Ἐὰν γὰρ *ἡμέραν* αὐτὴν προσαγορεῦσαι θελήσω, ἐπέχει με τῆς μεσημβρίας τὸ σκότος· ἐὰν δὲ *νύκτα* βουληθῶ ὀνομάσαι διὰ τὸ σκότος, κωλύει με τὸ μέχρις ἕκτης ὥρας, καὶ τὸ μετὰ τὴν ἐννάτην γενόμενον φῶς. Τοῦτο καὶ διὰ τοῦ Προφήτου προλέγει· « Καὶ [52] πρὸς ἑσπέραν ἔσται φῶς. » Εἶτα τὰ ἐντεῦθεν φυόμενα ἀγαθά.

Vers. 7. « Et dies ille notus Domino. » A principio enim omnia præsciebat Deus. « Et non dies, neque nox. » Si enim *diem* illum appellare velim, prohibent me tenebræ meridiei : sin *noctem* nominare propter tenebras velim, vetat quæ usque ad horam sextam et post horam nonam exorta est lux. Hoc etiam per prophetam prædicit : « Et ad vesperam erit lux. » Deinde bona inde nata.

η'. « Ἐν [53] τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξελεύσεται ὕδωρ ζῶν ἐξ Ἱερουσαλὴμ, καὶ [54] τὸ ἥμισυ αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν πρώτην, καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν [55] ἐσχάτην. » Αἰνίττεται δὲ διὰ τούτου τὸ σωτήριον κήρυγμα, τὸ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην δραμὸν, καὶ τά τε ἑῷα, τά τε ἑσπέρια τῆς θείας διδασκαλίας ἐμπλῆσαν. Καὶ κατ' αὐτὴν μέντοι τὴν ἱστορίαν ἔστιν ἰδεῖν τὴν τῆς προφητείας ἀλήθειαν·

Vers. 8. « Die illo egredietur aqua viva ex Hierosolyma : dimidium ejus ad mare primum, et dimidium ejus ad mare novissimum. » Per hoc designat salutarem prædicationem, quæ universum orbem pervasit, et orientem atque occidentem divina doctrina cumulavit. Juxta historiam quoque cernere licet prophetiæ veritatem. Illo enim die ex sancto latere patuit salutis fons, ex quo

[k] Matth. xxvii, 45.

VARIÆ LECTIONES.

[46] ἐν ἡμ. Ex A et C suppl. [47] Κύρ. C ποιητής. [48] ἀπὸ, κ. τ. λ. Aliter l. c. leg. [47] ἀλλά. A καί. [49] ἔστ. μ. ἡμ. Hæc solent initium facere vers. 7. [50] A γνωσθήσεται. [51] A οὐχ. Ita quoque supra, p. 1039. [51] οὐ. Ed. prior hab. ἡ. [52] Καί. Ex A suppl. [53] Ἐν. A præm καί. [54] καί. Des. in A. [55] τήν. Ex A et C suppl.

Digitized by Google

duplices mysteriorum latices suscepimus, aquam, A inquam, et sanguinem, quæ qui vidit, testatus est [l]. Quorum unum purgat nos et liberat a peccatis; alterum nutrit, et rigat, et germinare facit. Explicat etiam tempus, quo hæc acciderint. « In **1664** æstate et in vere erit sic. » Quoniam enim quidam bifariam dividunt annum, in hiemem et æstatem; quidam in quatuor partes distribuunt, in ver, æstatem, autumnum et hiemem, utrumque posuit propter Judæorum impudentiam, ut ex horum et illorum sententia veritatem ostendat. Sive enim in æstatem et hiemem annum distribuitis, æstatis erit principium, si hæc accident; sive quatuor ponitis tempestates, cognoscite veris esse tempus hujus tempus. Tunc aperte imperabit orbi terræ ille quem in crucem egistis, et error B quidem de multitudine deorum funditus peribit.

Vers. 9. « Erit autem Dominus unus, et nomen ejus unum, circuiens omnem terram et desertum. » Non enim Judæi tantum hæc intelligent, sed etiam gentes, tum quæ ad austrum, tum quæ ad aquilonem Hierosolymæ habitant, quæ olim Dei cognitione caruerunt. Hoc enim dixit propheta.

Vers. 10. « A Gabaa usque ad Remmon ad austrum Hierosolymæ: Rhama vero in loco permanebit, a porta Benjaminis usque ad portam primam. » Per hæc designat Bethleem. Etenim beatus Matthæus, cum cædem puerorum narraret, propheticum testimonium attulit, « Vox in Rhama C audita est, ploratus, ejulatus et ululatus multus: Rachel deplorans filios suos [m]. » Dicit autem: Sublatis impiis illis, **1665** fideles habitabunt etiam in terra ad Benjaminem pertinente.

Vers. 11. « Et anathema non erit amplius, et habitabit in Hierosolyma confidenter. » Per *anathema* vero a Deo abalienationem significavit. Non enim idolis amplius adhærescent in Christum credentes, sed cum pietate inhabitabunt Hierosolymam. His ita prædictis, convertit sermonem ad Gogum et Magogum, et ad eos qui simul cum his bellum urbi Hierosolymæ intulerunt. Ait enim:

Vers. 12. « Et erit ruina, qua percutiet Dominus omnes populos, qui militaverunt contra Hierosolymam: Tabescent carnes eorum stantium super pedes suos, et oculi illorum defluent de foraminibus eorum, et lingua eorum tabescet in ore eorum. » [13-15] Docet, cujusmodi pœnis divinitus afficiendi sint: fore enim ut corpora eorum tabescant, et

κατ' ἐκείνην γὰρ τὴν ἡμέραν ἐκ τῆς ἁγίας ἀνεστομώθη πλευρᾶς ἡ τῆς σωτηρίας πηγή, ἀφ' ἧς τὰ διπλᾶ τῶν μυστηρίων ἐδεξάμεθα νάματα· τὸ ὕδωρ, φημὶ, καὶ τὸ αἷμα, ἅπερ ὁ ἑωρακὼς μεμαρτύρηκε. Τὸ μὲν καθαῖρον ἡμᾶς, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἐλευθεροῦν· τὸ δὲ διατρέφον, καὶ ἄρδον, καὶ τεθηλέναι παρασκευάζον. Λέγει δὲ καὶ τὸν καιρὸν ἐν ᾧ ταῦτα συνέβη. « Ἐν θέρει καὶ ἔαρι ἔσται οὕτως. » Ἐπειδὴ γὰρ οἱ μὲν διχὰ εἰς χειμῶνα καὶ θέρος, οἱ δὲ τετραχὰ εἰς ἔαρ, καὶ θέρος, καὶ μετόπωρον, καὶ χειμῶνα, τὸν ἐνιαυτὸν διαιροῦσιν, ἀμφότερα τέθεικε διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀναίδειαν, ἵνα καὶ κατὰ τούτους καὶ κατ' ἐκείνους τὴν ἀλήθειαν δείξῃ. Εἴτε γὰρ εἰς θέρος καὶ χειμῶνα τὸν ἐνιαυτὸν διαιρεῖτε, θέρους ἔσται [56] ἀρχὴ, ὅτε ταῦτα συμβήσεται· εἴτε τέσσαράς φατε τὰς τροπὰς, γινώσκετε ἔαρος εἶναι καιρὸν τὸν τούτου καιρόν. Τότε προφανῶς βασιλεύσει τῆς οἰκουμένης ὁ παρ' ὑμῶν ἀνασκολοπισθεὶς, καὶ ἡ μὲν πολύθεος πλάνη λήψεται πέρας.

Ο'. « Ἔσται [57] δὲ Κύριος εἷς, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἕν, κυκλοῦν [58] πᾶσαν τὴν γῆν καὶ τὴν ἔρημον. » Οὐ γὰρ μόνον Ἰουδαῖοι ταῦτα φρονήσουσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ πάλαι θεογνωσίας ἔρημα ἔθνη, τά τε ἀπὸ νότου τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰ ἀπὸ βορρᾶ· τοῦτο γὰρ εἶπεν ὁ Προφήτης.

π'. « Ἀπὸ Γαβαᾶ [59], καὶ ἕως Ῥεεμὼν [60], κατὰ νότον Ἱερουσαλήμ· Ῥαμᾶ δὲ ἐπὶ τοῦ τόπου μενεῖ, ἀπὸ τῆς πύλης Βενιαμὶν, ἕως τῆς πύλης [61] τῆς πρώτης. » Αἰνίττεται δὲ διὰ τούτων τὴν Βηθλεέμ· καὶ γὰρ ὁ μακάριος Ματθαῖος, τῶν παίδων ἱστορήσας τὸν φόνον, τὴν προφητικὴν τέθεικε μαρτυρίαν, βοῶσαν· « Φωνὴ ἐν Ῥαμὰ ἠκούσθη, θρῆνος [62] καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολύς· Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς. » Λέγει δὲ, ὅτι τῶν δυσσεβῶν ἐκείνων ἀναιρεθέντων, οἱ πεπιστευκότες κατοικήσουσι καὶ τὴν τῷ Βενιαμὶν προσήκουσαν γῆν.

ια'. « Καὶ ἀνάθεμα οὐκ ἔσται ἔτι, καὶ κατοικήσει τὴν [63] Ἱερουσαλὴμ πεποιθότως. » Διὰ δὲ τοῦ *ἀναθέματος* τὴν τοῦ Θεοῦ ἐσήμανεν ἀλλοτρίωσιν· οὐκέτι γὰρ εἰδώλοις προσέξουσιν οἱ εἰς Χριστὸν πεπιστευκότες, ἀλλὰ μετ' εὐσεβείας τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκήσουσιν. Οὕτω ταῦτα προειρηκὼς, μεταφέρει τὸν λόγον ἐπὶ τὸν Γὼγ καὶ Μαγὼγ, καὶ τοὺς σὺν ἐκείνοις κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ στρατεύσαντας. Φησὶ γὰρ ὅτι·

ιβ'. « Καὶ αὕτη ἔσται ἡ πτῶσις, ἣν κόψει Κύριος πάντας τοὺς λαοὺς, ὅσοι ἐπεστράτευσαν ἐπὶ Ἱερουσαλήμ· Τακήσονται αἱ σάρκες αὐτῶν ἑστηκότων ἐπὶ τῶν ποδῶν [64] αὐτῶν, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ῥυήσονται ἐκ τῶν ὀπῶν αὐτῶν, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν τακήσεται ἐν τῷ στόματι αὐτῶν. » Διδάσκει οἵαις θεηλάτοις παραδοθήσονται τιμωρίαις· τά τε γὰρ

[l] Joan. XIX, 34, 35. [m] Matth. II, 18 et Jerem. XXXI, 15; vel juxta LXX, XXXVIII, 15

VARIÆ LECTIONES.

[56] C ἐστὶν. [57] Ἔσται, κ. τ. λ. Quæ ex hoc vers. desunt, infra, t. IV. *Gr. Aff. Cur.* serm. 10, ita leg. Καὶ ἔσται Κύριος εἰς βασιλέα ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν· ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται, κ. τ. λ. [58] A κυκλῶν. [59] A Γαβαέλ. [60] Leg. esse videtur Ῥεμμὼν, juxta rec. lect. [61] τ. πύλ. A præm. τοῦ τόπου. [62] θρ. — πολύς. Des. in edit. priori. [63] τήν. Des. in A. [64] A τοὺς πόδας.

Digitized by Google

σώματα αὐτῶν ἐκτακήσονται, φησὶ, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκκοπήσονται, καὶ φθορὰν ὑπομενοῦσιν αἱ γλῶσσαι· ἔξω δὲ αὐτοὺς τῶν οἰκείων καταστήσας φρενῶν τῶν ὅλων ὁ Κύριος, κατ' ἀλλήλων αὐτοὺς χωρῆσαι παρασκευάσει, ὥστε ταῖς ἀλλήλων δεξιαῖς τῷ θανάτῳ παραπεμφθῆναι· οἱ δὲ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ στρατηγούμενοι Ἰουδαῖοι θεαταὶ μόνον τοῦ θανάτου γενόμενοι, τὸν ἐκείνων σκυλεύσουσι πλοῦτον, χρυσὸν ὅτι πλεῖστον, καὶ ἄργυρον, καὶ ἐσθῆτα πολύτιμον κομιζόμενοι· οἱ γὰρ ἵπποι, σὺν τοῖς ὄνοις, καὶ ἡμιόνοις, καὶ καμήλοις, φθορᾷ μετὰ τῶν ἀνθρώπων παραδοθήσονται.

B oculi eorum effodiantur, et linguæ penitus corrumpantur, atque hos universorum Dominus mentis usu privatos, inter se confligere faciat, ut mutuis vulneribus interficiantur. Judæi vero, sub Deo duce militantes, spectatores tantum cædis facti, illorum divitias prædabuntur, aurum quam plurimum, et argentum, et vestem pretiosam auferentes. Equi enim una cum asinis, et mulis, et camelis, internecioni simul cum hominibus tradentur.

ις'. « Καὶ ἔσται, ὅσοι ἐὰν καταλειφθῶσιν ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν τῶν ἐλθόντων ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀναβήσονται ἐνιαυτὸν [68] κατ' ἐνιαυτὸν τοῦ προσκυνεῖν [66] τῷ βασιλεῖ Κυρίῳ παντοκράτορι, καὶ τοῦ ἑορτάζειν [67] τὴν ἑορτὴν τῆς Σκηνοπηγίας. » Ταύτης δὲ τῆς νίκης, φησὶ, γενομένης, τοσοῦτο δέος ἐπιπεσεῖται τοῖς καταλειπομένοις τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν, ὡς κατ' ἐνιαυτὸν εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ τρέχειν, καὶ τῷ Κυρίῳ τῶν ὅλων τὸ σέβας προσφέρειν, καὶ μετὰ τοῦ λαοῦ πανηγυρίζειν τῆς Σκηνοπηγίας τὴν ἑορτὴν· ἐπιτήδειος γὰρ εἰς ἀποδημίας ὁ ταύτης καιρὸς, θέρους ὑπάρχων καιρός.

1666 Vers. 16. « Et erit, quicunque derelicti fuerint de cunctis gentibus quæ venerunt contra Hierosolymam, ascendent per annos singulos, ut adorent regem Dominum omnipotentem, et celebrent festum tabernaculorum. » Hac autem, inquit, victoria reportata tantus metus injicietur reliquis exteris gentibus, ut quotannis Hierosolymam accurrant, et Domino universorum honorem deferant, et simul cum populo celebrent festum tabernaculorum; nam ad peregrinas profectiones hujus festi tempus erat idoneum, cum esset tempus æstivum.

ιζ'-ιθ'. « Καὶ ἔσται, ὅσοι [69] μὴ ἀναβῶσιν ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν τῆς γῆς εἰς Ἱερουσαλὴμ [69], τοῦ προσκυνῆσαι τῷ βασιλεῖ Κυρίῳ παντοκράτορι, καὶ οὗτοι ἐκείνοις [70] προστεθήσονται, καὶ [71] οὐκ ἔσται ἐπ' αὐτοὺς ὑετός. Ἐὰν δὲ φυλὴ Αἰγύπτου μὴ ἀναβῇ, μηδὲ ἔλθῃ ἐκεῖ [72], καὶ ἐπὶ τούτους [73] ἔσται ἡ πληγὴ [74], ἣν πατάξει [75] Κύριος πάντα τὰ ἔθνη, ὅσα ἂν μὴ ἀναβῇ τοῦ ἑορτάσαι τὴν ἑορτὴν τῆς Σκηνοπηγίας. Αὕτη [76] ἔσται ἡ ἁμαρτία Αἰγύπτου, καὶ ἡ ἁμαρτία πάντων τῶν ἐθνῶν, ὅσα ἂν μὴ ἀναβῇ τοῦ ἑορτάσαι τὴν ἑορτὴν τῆς Σκηνοπηγίας. » Ὅσοι δὲ, φησὶ, τῶν ἐθνῶν εὐσεβεῖν δοκιμάσαντες, εἶτα κατολιγωρήσαντες ὧν εὖ καὶ καλῶς προεῖλαντο, μὴ ἀφίκωνται κατὰ τὸ ἔθος εἰς τὴν προειρημένην πανήγυριν, ταυτὰ πείσονται τοῖς ἐπιστρατεύσασι καὶ δεξαμένοις τὴν τιμωρίαν. Καὶ οὗτοι γὰρ, φησὶν, « ἐκείνοις προστεθήσονται, καὶ οὐκ ἔσται ἐπ' αὐτοὺς ὑετός· » ἀντὶ τοῦ, φιλανθρωπίας οὐδεμιᾶς ἀπολαύσουσιν. Εἴτε δὲ Αἰγύπτιοι, εἴτε ἄλλοι τινὲς, ἐκπλαγέντες τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, καταμελήσωσι ταύτης τῆς ἑορτῆς, καὶ τὸ προσῆκον ἐν αὐτῇ τῷ Θεῷ μὴ προσενέγκωσι σέβας, *καὶ ἐπ' αὐτοῖς*, φησὶν *ἔσται ἡ πτῶσις*· ἐπειδὴ χαλεπὰ πλημμελοῦσι, μεμαθηκότες μὲν τὴν τῶν οἰκείων εἰδώλων ἀσθένειαν, προφανῶς δὲ θεασάμενοι τοῦ Θεοῦ τὴν ἰσχὺν, καὶ τῇ προτέρᾳ ῥᾳθυμίᾳ προσμένοντες.

Vers. 17-19. « Et erit, qui non ascenderint de familiis terræ Hierosolymam, ut adorent regem Dominum omnipotentem, et isti illis apponentur, et non erit super eos imber. Sin autem tribus Ægypti non ascenderit, nec venerit illuc, et super eos erit ruina, qua percutiet Dominus omnes gentes, quæ non ascenderint, ut celebrent solemnitatem Tabernaculorum. Hoc erit peccatum Ægypti, et peccatum omnium gentium quæ non ascenderint ut celebrent festum Tabernaculorum. » Quotquot autem, inquit, ex gentibus pietatem professi fuerint, deinde abjectis his quæ bene et honeste inchoarant, non venerint de more ad supradictum **1667** festum, eadem patientur ac illi qui bellum intulerunt et pœnas dederunt. Ili enim, ait, etiam « illis apponentur: et non erit super eos imber; » hoc est, nullam misericordiam assequentur. Sive autem Ægyptii, sive alii quidam, qui Dei potestatem admirati sunt, hoc festum neglexerint, et debitum in eo cultum Deo non attulerint, *super eos quoque* inquit, *erit ruina*, quia graviter delinquunt qui, cum idolorum suorum infirmitatem perceperint, plenissime vero Dei robur viderint, adhuc in priori inertia errantes permanent.

κ', κα'. « Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται τὸ ἐπὶ τὸν χαλινὸν [77] τοῦ ἵππου ἅγιον Κυρίῳ [78] παντοκράτορι, καὶ ἔσονται οἱ λέβητες ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου, ὡς φιάλαι πρὸ προσώπου τοῦ θυσιαστηρίου. Καὶ ἔσται πᾶς

Vers. 20, 21. « Die illo erit quod super frenum equi est sanctum Domino omnipotenti: et erunt lebetes qui in domo Domini sunt, sicut phialæ ante faciem altaris. Et erit omnis lebes in Hierosolyma

VARIÆ LECTIONES.

[68] ἐν. Des. in A. [66] A προσκυνῆσαι. [67] A ἑορτάσαι. [68] ὅσ. A addit ἐάν. [69] εἰς Ἱερ. Ex A suppl. [70] C ἐκεῖ. [71] καὶ ὑετός. Des. in A. [72] ἐκ. Des. in C. [73] A τούτου. [74] πλ. A πτῶσις. [75] C ἡ ἂν πατάξῃ. [76] Vers. 19 in A omissus est, ob ὁμοιοτέλευτον, ut videtur. [77] Infra, t. III, *Hist. eccl.*, l. c. 17 leg. τῷ χαλινῷ. [78] Κυρίῳ. A et C præm. τῷ.

Digitized by Google

e. in Juda sanctus Domino omnipotenti : et venient omnes qui immolant, et sument ex eis, et coquent in illis. » Infinitis enim gentibus illis interfectis, tanquam decimas quasdam, plurima ex spoliis Deo obtulerunt. Etenim frena dedicarunt gratias agentes ob stragem equorum : et lebetes quam plurimos velut phialas quasdam ante altare posuerunt, ad usus eorum qui undique eo proficiscebantur et victimas offerebant. Quicunque enim egebat, unum ex his sumebat, ad coquendas carnes victimarum. Lucente autem eo tempore divino beneficio, **1668** « Non erit amplius Chananæus in domo Domini omnipotentis. » Hoc est, qui partes Chananæorum sequatur ; qui impie vivat, et in ' iniquitate versetur. Dominus omnipotens autem hanc vocem veram esse hoc etiam tempore præstet, ut nemo in nobis Chananæus videatur : sed omnes secundum leges evangelicas vivamus, et beatam spem exspectemus adventumque magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, quocum Patri gloria, una cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A λέβης ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐν τῷ Ἰούδᾳ ἅγιος [79] τῷ Κυρίῳ παντοκράτορι, καὶ ἥξουσι πάντες οἱ θυσιάζοντες, καὶ λήψονται ἐξ αὐτῶν, καὶ ἑψήσουσιν ἐν αὐτοῖς. » Τῶν γὰρ μυρίων ἐκείνων ἀναιρεθέντων ἐθνῶν, οἷον ἀκροθίνια προσέφερον τῷ Θεῷ τῶν σκύλων τὰ πλεῖστα. Καὶ χαλινοὺς γὰρ ἀνέθηκαν, χάριν ὁμολογοῦντες ὑπὲρ τῆς τῶν ἵππων σφαγῆς· καὶ λέβητας δὲ ὅτι πλείστους, οἷόν τινας φιάλας πρὸ τοῦ θυσιαστηρίου τεθείκασιν, εἰς τὰς χρείας τῶν πανταχόθεν ἀφικνουμένων, καὶ προσφερόντων τὰ θύματα. Πᾶς γὰρ δεόμενος ἕνα τούτων λαμβάνων ἥψει τῶν ἱερέων τὰ κρέα. Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν τῆς θείας εὐεργεσίας λαμπούσης, « Οὐκ ἔσται Χαναναῖος ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου παντοκράτορος. » Τουτέστι, τὰ Χαναναίων φρονῶν, ἀσεβείᾳ συζῶν, παρανομίᾳ B χρώμενος. Παράσχοι δὲ τῶν ὅλων ὁ Κύριος τήνδε τὴν φωνὴν ἐπαληθεῦσαι καὶ νῦν, καὶ μηδένα ἐν ἡμῖν Χαναναῖον ὀφθῆναι, ἀλλὰ πάντας κατὰ τοὺς εὐαγγελικοὺς πολιτεύεσθαι νόμους, καὶ τὴν μακαρίαν περιμένειν ἐλπίδα, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

[79] A ἅγιον.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΡΟΦΗΤΗΝ ΜΑΛΑΧΙΑΝ.

BEATI THEODORETI

EPISCOPI CYRENSIS

INTERPRETATIO MALACHIÆ PROPHETÆ.

1669 ARGUMENTUM.

Moses magnus legislator, primus quidem divina eloquia nobis conscripta reliquit; divinus vero Malachias post omnes, qui prophetiam conscripserunt, divina oracula scriptis mandavit. Tempus autem non similiter quidem, ut alii prophetæ, expressit : ex his tamen quæ prænuntiavit, planum fecit quod post divini templi **1670** ædificationem, et populi pacem, hac gratia ornatus fuerit. Non enim eos negligentiæ circa ædificationem templi accusat, quemamodum beatus Aggæus et Zacharias; sed divina beneficia illis in memoria

C

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Μωσῆς μὲν ὁ μέγας ὁ νομοθέτης, πρῶτος ἡμῖν ἀνάγραπτα τὰ θεῖα καταλέλοιπε λόγια· ὁ δὲ θεσπέσιος Μαλαχίας μετὰ πάντας, τοὺς προφητείαν συγγεγραφότας τὰ θεῖα θεσπίσματα συγγραφῇ παραδέδωκε. Τὸν δὲ χρόνον, τοῖς ἄλλοις παραπλησίως, οὐκ εἴρηκεν· ἐδήλωσε δὲ δι' ὧν προεφήτευσεν, ὡς μετὰ τὴν οἰκοδομίαν τοῦ θείου ναοῦ, καὶ τοῦ λαοῦ τὴν εἰρήνην, ταύτης ἠξιώθη τῆς χάριτος. Οὐ ῥᾳθυμίαν γὰρ αὐτοῖς ἐγκαλεῖ τὴν περὶ τὴν οἰκοδομίαν, καθάπερ Ἀγγαῖος καὶ Ζαχαρίας οἱ μακάριοι, ἀλλὰ ἀναμιμνήσκει αὐτοὺς τῶν θείων εὐεργεσιῶν· ἐγκαλεῖ

Digitized by Google

δὲ χωρὶς μὲν τοῖς ἱερεῦσι, χωρὶς δὲ τοῖς ἄλλοις, τὰς ὑπ' αὐτῶν τολμωμένας παρανομίας φέρων εἰς μέσον. Προκηρύττει δὲ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ τὴν κατὰ σάρκα παρουσίαν, καὶ τὴν σωτηρίαν, ἧς διὰ ταύτην ἀπήλαυσε τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος. Προθεσπίζει δὲ καὶ τῶν ἐθνῶν τὴν κλῆσιν, καὶ Ἰουδαίων τὴν ἀπιστίαν, καὶ πρὸς τούτοις τὴν δευτέραν τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφάνειαν. Ἄγγελος δὲ τῇ Ἑλλάδι καλεῖται φωνῇ, *Μαλαχίας* δὲ τῇ Ἑβραίων. Ἄρχεται δὲ τῆς προφητείας οὕτως [80] ·

A revocat, et seorsim sacerdotes, seorsimque alios insimulat, ab eis admissa scelera in medium producens. Simul etiam Domini Jesu Christi adventum secundum carnem præsignificat, et salutem quam per eum genus humanum consecutum est. Prædicit insuper gentium vocationem, et Judæorum incredulitatem, tum præterea secundum adventum Dei Salvatoris nostri. Cæterum lingua Græca Angelus appellatur, Hebraica vero *Malachias*. Prophetiam vero sic exorditur :

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

CAPUT PRIMUM.

α'. « Λῆμμα λόγου Κυρίου ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, ἐν χειρὶ ἀγγέλου αὐτοῦ. » Ληφθεῖσά μου, φησὶν, ἡ διάνοια ὑπὸ θείας χάριτος, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἁπάντων ἐκτὸς γενομένη, τὴν περὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἐδέξατο προαγόρευσιν · οὐχ ἵνα μόνος ταύτην ἔχω τὴν γνῶσιν, ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτοῖς ἐπαγγείλω [84] τὰ δηλωθέντα. Τούτου χάριν [83] ἑαυτὸν ἄγγελον προσηγόρευσεν, ὡς τοῖς θείοις λόγοις ὑπηρετοῦντα. Οὕτως ὑποδείξας τὸν δι' αὐτοῦ φθεγγόμενον Κύριον, παραινεῖ τῷ λαῷ προσέχειν τοῖς λεγομένοις. « Θέσθε δὴ ἐπὶ τὰς καρδίας ὑμῶν. » Ἀντὶ τοῦ, Σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ τοῖς θείοις λογίοις προσέχετε.

1671 Vers. 1. « Assumptio verbi Domini super Israelem, in manu angeli ejus. » Mens mea, inquit, a divina gratia assumpta, et extra humana omnia constituta, de Israele prædictionem suscepit : non ut hanc ego notionem solus habeam, sed ut ipsis quoque annuntiem quæ (mihi) significata sunt. Hac enim de causa seipsum angelum appellavit, quod divinorum sermonum administer esset. Ubi ad hunc modum ostendit, Dominum ipsius ore verba facere, adhortatur populum ut ad ea quæ dicuntur attendat : « Ponite super corda vestra. » Hoc est, diligenter ad divinos sermones attendite.

β'. « Ἠγάπησα ὑμᾶς, λέγει Κύριος, καὶ εἴπατε· Ἐν τίνι ἠγάπησας ἡμᾶς [82] ; » Οὐχ ὡς ἐρωτήσεως τοιαύτης ὑπὸ τοῦ λαοῦ γενομένης τέθεικεν · ἀλλὰ τὸ ἄγνωμον αὐτῶν τῆς διανοίας ἐλέγχει, ὅτι τοσαύτης ἀγάπης παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἀπολαύσαντες, οὐ μόνον ἀγνώμονες περὶ τὸν εὐεργέτην ἐγένοντο, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τοῦτο ἠγνόησαν, ὅτι ἠγαπήθησαν. Διόπερ ἐλέγχει αὐτῶν τὴν ἀχάριστον γνώμην, ἄνωθεν ἐκ τῶν προγόνων δεικνὺς τὴν τῆς ἀγάπης ὑπερβολήν.

Vers. 2. « Dilexi vos, dicit Dominus, et dicitis : In quo dilexisti nos? » Non hoc posuit, quasi a populo facta sit interrogatio : sed ingratum eorum animum reprehendit, quod cum tantopere a Deo universorum dilecti fuissent, non solum ingrati erga benefactorem fuerint, sed etiam hoc ipsum ignorarint, quod dilecti essent. Quare ingratum eorum animum arguit, demonstrans jam olim a majorum tempore dilectionis magnitudinem.

« Οὐκ ἀδελφὸς ἦν Ἡσαῦ τοῦ Ἰακὼβ, λέγει Κύριος · καὶ ἠγάπησα τὸν Ἰακὼβ (γ'.), τὸν δὲ Ἡσαῦ ἐμίσησα ; » Ἴστε σαφῶς, φησὶ, καὶ ὑμεῖς ταῖς Μωσαϊκαῖς ἐντρεφόμενοι διηνεκῶς ἱστορίαις, ὡς Ἡσαῦ καὶ ὁ Ἰακὼβ ὁ ὑμέτερος γενάρχης, καὶ τὸν αὐτὸν ἔσχον πατέρα, καὶ ἐκ μιᾶς ἐβλάστησαν μήτρας, καὶ τὴν αὐτὴν κατ' αὐτὸν [84] ᾤκησαν γαστέρα · ἀλλ' ὅμως οὐδὲ ἡ κοινωνία τῆς φύσεως, οὔτε ὁ χρόνος τῆς γεννήσεως εἰς ὢν ἀμφοτέρων, ἴσην αὐτοῖς παρεσκεύασε τὴν ἐμὴν δοῦναι διάθεσιν · ἀλλὰ καὶ τοῦ πατρὸς τοῖς τῆς φύσεως νόμοις ἀκολουθοῦντος, καὶ τῷ Ἡσαῦ δοῦναι τὰ πρωτοτόκια φιλονεικοῦντος, τὸν Ἰακὼβ ἀντ' ἐκείνου τὰ πρεσβεῖα λαβεῖν ᾠκονόμησα. « Τὸν μὲν γὰρ ἐμίσησα, » διὰ τὴν πονηρίαν τοῦ τρόπου·

« Nonne frater erat Esau Jacob, dicit Dominus : et dilexi Jacob ; (Vers. 3) Esau autem odio habui? » Plane, inquit, nostis etiam vos, qui in Mosaicis historiis assidue versamini, Esau et Jacob generis vestri principem, et eumdem habuisse patrem, et ex eodem utero prodiisse, atque in eodem **1672** simul ventre habitasse : tamen nec communio naturæ, nec idem utriusque tempus geniturae, fecit ut pari eos affectu prosequerer. Sed quamvis pater eorum leges naturæ sequeretur, et Esau primogenituræ jura dare conaretur, curavi ut non hic, sed Jacob prærogativam acciperet. « Illum enim odio habui, » propter morum malitiam; « Jacob vero dilexi, » quod virtutis studiosus esset.

VARIÆ LECTIONES.

[80] F hoc loco, A autem in fine libri addit : Μαλαχίας ἑρμηνεύεται *ἄγγελος*. Οὗτος μετὰ τὴν ἐπιστροφὴν τίκτεται ἐν Σοφηρᾷ ἐκ γένους Λευΐ. Καὶ ἔτι πάνυ νέος ὢν καλὸν βίον ἔσχεν. Καὶ ἐπειδὴ πᾶς ὁ λαὸς ἐτίμα αὐτὸν ὡς ἄμεμπτον καὶ πραΰν ἐκάλεσεν Μαλαχίαν αὐτὸν, ὅ ἐστιν *ἄγγελος* · ἦν γὰρ καὶ τῷ εἴδει εὐπρεπής. Ἀλλὰ καὶ ὅσα αὐτὸς εἶπεν ἐν προφητείᾳ, αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἄγγελος ὀφθεὶς Θεοῦ ἐπεδευτέρου τοὺς λόγους αὐτοῦ. Τὸν δὲ ἄγγελον οὐδεὶς ἀνάξιος ἐθεώρει, ἀλλ' ἢ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἤκουσε μόνον. Οἱ δὲ ἄξιοι καὶ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἐθεώρουν, ὡς ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἀναρχίας, ὡς γέγραπται ἐφαρφωτειμ (ita), τουτέστιν ἐν βίβλῳ Κριτῶν. Καὶ ἔτι νέος ὢν προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ ἐν βίῳ ἀγαθῷ, καὶ ἐτάφη μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ. His addit F. ὅπως τὸ πνεῦμα ἀγαπητῶς ὁ Θεὸς ἐξελέξατο, αὐτοὶ δὲ εἰδώλοις προσέδραμον, καὶ τοῦ Θεοῦ τῆς δουλείας ἀπέστησαν. Καὶ οὐδὲ ἐξ αὐτῶν τὸν Χριστὸν σαρκωθέντα ἠδέσθησαν · ὅθεν αὐτοῖς ἀρὰ ἀκαρπίας καὶ τῆς εἰς τὰ ἔθνη διασπορᾶς ἐπάγεται. [81] C ἀπαγγείλω. [82] χάρ. C præm. γάρ. [83] ἡμ. C add. τὸ εἶπατε, Ἐν τίνι ἠγάπησας ἡμᾶς. [84] C κατὰ ταυτόν.

Digitized by Google

Quin etiam Esau posteri, quoniam progenitoris mores æmulati sunt, * curæ meæ expertes manserunt. Unde nunc quasi in solitudinem redacti sunt. Hoc enim sequentia declarant.

« Et posui terminos ejus in desolationem, et hæreditatem ejus in domo deserti. (VERS. 4.) Quare si dixerit : Idumæa destructa est, revertamur, et reædificemus desolatas ejus ; hæc dicit Dominus omnipotens : Ipsi ædificabunt, et ego destruam, et vocabuntur eis termini iniquitatis, et populus super quem constitutus est Dominus usque in æternum. » Si enim suas urbes reædificare aggrediantur, spem eorum vanam efficiam : et iniquitatis suæ fructus solitudinem percipient. Hoc enim est quod dicit : « Et vocabuntur eis termini iniquitatis. » Et hanc a me maledictionem semper possidebunt.

VERS. 5. « Et oculi vestri videbunt, et vos dicetis : Magnificatus est Dominus super terminos Israelis. » Hoc vero cernentes cognoscetis quantopere **1673** mihi curæ sitis. Patefacta in hunc modum sua in eos charitate, valde ingratum eorum animum redarguit.

VERS. 6. « Filius glorificat patrem, et servus dominum suum timebit : et si pater ego sum, ubi est gloria mea? et si Dominus sum ego, ubi est timor mei? dicit Dominus omnipotens. » Duo, inquit, affectus in omnibus subditis dominantur, dilectio et timor ; sed ille in filios, hic in servos cadit. Ego autem vobis utrumque nomen tribui : non enim modo servos sed etiam filios nominavi : « Ego enim dixi : Dii estis et filii Excelsi omnes [n], » Et : « Filios genui et exaltavi [o]. » Et : « Filius primogenitus meus Israel [p]. » Si igitur filiorum nomen adamatis, præstate honorem, quem patri offerre debetis. Sin autem servos vos esse arbitramini, cur timorem quem servos habere convenit, non habetis? præsertim cum ejusmodi habeatis Dominum, qui omnium rerum visibilium et invisibilium simul imperium tenet. Hactenus itaque in commune eos reprehendit : deinde vero separatim accusationem instituit ; et primo sacerdotum delicta arguit, quia majoribus accusationibus digni erant, qui non solum ipsi peccarent, sed etiam ad peccandum exemplo aliis essent.

« Vos sacerdotes, qui despicitis nomen meum, et dixistis : In quo despeximus nomen tuum? » Vestra negligentia in sacerdotalibus officiis **1674** abjectum me, nulliusque momenti * apud vulgus

« ἠγάπησα δὲ τὸν Ἰακώβ, » ὡς ἀρετῆς ἐραστήν. Καὶ μέντοι καὶ τὸ γένος τοῦ Ἡσαῦ, ἐπειδὴ τοῦ προπάτορος τὸν τρόπον ἐζήλωσεν, ἀμελούμενον παρ' ἐμοῦ διετέλεσε. Διόπερ καὶ τὴν ἐρημίαν ταύτην ὑπέμεινε· τοῦτο γὰρ διὰ τῶν ἑπομένων ἐδήλωσε.

« Καὶ ἔταξα τὰ ὅρια αὐτοῦ εἰς ἀφανισμὸν, καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ εἰς δώματα ἐρήμου. (Δ'.) Διότι ἐὰν εἴπῃ [85] · Ἡ Ἰδουμαία κατέστραπται, καὶ ἐπιστρέψωμεν, καὶ ἀνοικοδομήσωμεν τὰς ἠρημωμένας αὐτῆς· τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Αὐτοὶ οἰκοδομήσουσι [86], καὶ ἐγὼ καταστρέψω, καὶ ἐπικληθήσεται αὐτοῖς ὅρια ἀνομίας, καὶ λαὸς, ἐφ' ὃν παρατέταχται Κύριος ἕως αἰῶνος. » Κἂν γὰρ ἐπιχειρήσωσι [87] τὰς οἰκείας οἰκοδομῆσαι πόλεις, ψευδεῖς αὐτῶν ἀποφανῶ τὰς ἐλπίδας, καὶ λήψονται τῆς ἀνομίας τὴν ἐρημίαν καρπόν. Τοῦτο γὰρ εἶπε· « Καὶ ἐπικληθήσεται αὐτοῖς ὅρια ἀνομίας. » Καὶ ταύτην παρ' ἐμοῦ μέχρι τέλους λήψονται τὴν ἀράν.

ε'. « Καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν ὄψονται, καὶ ὑμεῖς ἐρεῖτε· Ἐμεγαλύνθη Κύριος ὑπεράνω τῶν ὁρίων Ἰσραήλ [88]. » Τοῦτο δὲ θεασάμενοι γνώσεσθε, ὅσης ὑμεῖς ἀπολαύετε παρ' ἐμοῦ προμηθείας. Οὕτω δείξας ἣν ἔσχε περὶ αὐτοὺς ἀγάπην, τὴν πολλὴν αὐτῶν ἀγνωμοσύνην ἐλέγχει.

ς'. « Υἱὸς δοξάζει πατέρα, καὶ δοῦλος τὸν κύριον αὐτοῦ [89] φοβηθήσεται· καὶ εἰ πατὴρ εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου; καὶ εἰ Κύριός εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ὁ φόβος μου ; λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Δύο, φησὶ, διαθέσεις ἐν τοῖς ἀρχομένοις ἅπασι πολιτεύονται, ἀγάπη καὶ φόβος· ἀλλ' ἡ μὲν υἱοῖς, ἡ δὲ δούλοις ἁρμόττει. Ἐγὼ δὲ ὑμῖν ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων μετέδωκα· οὐ γὰρ μόνον δούλους, ἀλλὰ καὶ υἱοὺς προσηγόρευσα· « Ἐγὼ γὰρ εἶπον· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες. » Καί· « Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα. » Καί· « Υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραήλ. » Εἰ μὲν οὖν τὴν τῶν υἱῶν προσηγορίαν ἀσπάζεσθε, δείξασθε [90] τὸ γέρας, ὅπερ ὡς πατρὶ προσφέρειν ἐπείγεσθε. Εἰ δὲ δούλους σφᾶς αὐτοὺς ὑπολαμβάνετε, τί δήποτε τὸ δέος, ὃ προσήκει δούλους ἔχειν, οὐκ ἔχετε; καὶ ταῦτα τοιοῦτον ἔχοντες Κύριον, ὃς πάντων ὁμοῦ τῶν ὁρωμένων καὶ τῶν ἀοράτων κρατεῖ; Μέχρι μὲν οὖν τούτου κοινῇ πᾶσιν αὐτοῖς ἐπεμέμψατο· ἐντεῦθεν δὲ κατὰ διαίρεσιν τὴν κατηγορίαν ποιεῖται· καὶ πρῶτον τῶν ἱερέων διελέγχει τὰ πλημμελήματα, ἐπειδὴ καὶ μειζόνων ἐγκλημάτων ἦσαν ἄξιοι, οὐ μόνον αὐτοὶ παρανομοῦντες, ἀλλὰ καὶ παρανομίας ἀρχέτυπον τοῖς ἄλλοις γενόμενοι [91].

« Ὑμεῖς οἱ ἱερεῖς, οἱ φαυλίζοντες τὸ ὄνομά μου, καὶ εἴπατε· Ἐν τίνι ἐφαυλίσαμεν τὸ ὄνομά σου; » Ἡ περὶ τὴν ἱερατικὴν λειτουργίαν ὑμῶν καταφρόνησις εὐτελῆ μέ τινα καὶ οὐδενὸς ἄξιον λόγου παρὼ

[n] Psal. LXXXI, 6. [o] Isa. I, 2. [p] Exod. IV, 22.

VARIÆ LECTIONES.

[85] ἐὰν εἴπῃ. A ἐρεῖ. [86] A ἀνοικοδομήσουσι. [87] C καὶ γὰρ εἰ ἐπιχειρήσουσι. [88] Ἰσρ. A præm. τοῦ. [89] A ἑαυτοῦ, omisso φοβηθήσεται. [90] C δείξατε. [91] C ἀρχή τε καὶ τύπος τ. ἄλλ. γινόμενοι.

Digitized by Google

τοῖς πολλοῖς δείκνυσιν· ὑμεῖς δὲ οὐδὲ τούτου λαμβάνετε αἴσθησιν, οὐδὲ γινώσκειν τὸ πλημμελούμενον βούλεσθε. Τὸ γάρ· « Εἴπατε· Ἐν τίνι ἐφαυλίσαμεν τὸ ὄνομά σου; » τοῦτο δηλοῖ· οὐκ ἐπειδὴ ῥήμασι τοιούτοις ἐκέχρηντο, ἀλλ' ἐπειδὴ λογισμοὺς τοιούτους ἐκέκτηντο. Εἶτα καὶ τοῦ φαυλισμοῦ λέγει τὰ αἴτια.

ζ'. « Προσάγοντες πρὸς τὸ θυσιαστήριόν μου τοὺς ἄρτους ἠλισγημένους, καὶ εἴπατε· Ἐν τίνι ἠλισγήσαμεν αὐτούς; Ἐν τῷ λέγειν ὑμᾶς· Τράπεζα Κυρίου ἐξουδενωμένη [92] ἐστί· καὶ τὰ ἐπιτιθέμενα ἐξουδενώσατε [93]. » *Τοὺς ἠλισγημένους* οἱ περὶ τὸν Ἀκύλαν καὶ Σύμμαχον *μεμολυσμένους* ἡρμηνεύκασιν, ἀντὶ τοῦ, οὐ κατὰ νόμον εἰργασμένους, ἀλλὰ παρανόμως γεγενημένους. Ταῦτα δὲ ἐτολμᾶτε, οὐχ ἡγούμενοι σεπτὴν εἶναι τὴν ἀφιερωμένην μοι τράπεζαν. Εἰ γὰρ ἐκείνῃ τὸ [94] προσῆκον ἀπενείμετε σέβας, πάσης ἂν ἠξιώσατε σπουδῆς τὰ ἐπ' αὐτῆς μοι προσφερόμενα. Ἔπειτα οὐ δεσποτικῶς, ἀλλὰ πατρικῶς αὐτοῖς ἐγκαλεῖ, ὅτι καὶ τυφλὰ καὶ χωλὰ προσέφερον θύματα, ἄρτια τοῦ νόμου σαφῶς ἱερατεύειν κελεύοντος. Καὶ δεικνὺς τὴν τῆς ἀσεβείας ὑπερβολήν· « Προσάγαγε δή, φησίν, αὐτὸ τῷ ἡγουμένῳ σου, εἰ προσδέξεται [95], εἰ λήψεται πρόσωπόν σου, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Εἰ γὰρ ὁ τὴν αὐτήν σοι περικείμενος φύσιν ὕβριν ἡγεῖται καὶ παροινίαν τὴν τοιαύτην τιμήν, καὶ οὐδὲ παρόντα ἐρυθριᾷ σε, ἀλλὰ τὸ κακῶς προσφερόμενον ἀποπέμπεται δῶρον, σκόπησον, ἡλίκον ἐστὶν ἀσέβημα τὸ τῷ Δημιουργῷ τῶν ὅλων τοιαῦτα προσφέρειν. Εἶτα χρήσασθαι μεταμελείᾳ συμβουλεύει, καὶ τὴν οἰκείαν εὐμένειαν ὑπισχνεῖται.

θ'. « Καὶ [96] νῦν ἐξιλάσκεσθε τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν, καὶ δεήθητε αὐτοῦ, » ἵνα ἐλεήσῃ ὑμᾶς. Καὶ πλείονα αὐτοῖς αἴσθησιν ἐντιθεὶς τοῦ τολμήματος, ἐναργέστερον ποιεῖται τὸν ἔλεγχον· Ἐν χερσὶν ὑμῶν γέγονε ταῦτα, οὐ πατρῴαν ὑμῖν ἐγκαλῶ παρανομίαν, ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν ὑφ' ὑμῶν τολμωμένην. « Εἰ λήψομαι ἐξ ὑμῶν πρόσωπα; λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Τοῦτο [97] κατ' ἐρώτησιν ἀναγνωστέον· Δίχα γὰρ μετανοίας ἵλεως ὑμῖν γενήσομαι;

ι'. « Διότι καὶ ἐν ὑμῖν συγκλεισθήσονται θύραι, καὶ οὐκ ἀνάψετε [98] τὸ θυσιαστήριόν μου δωρεάν. » Ἐπειδὴ δὲ ἀναλγησίαν ἐσχάτην νοσεῖτε, οἶδα ὡς τῆς ἐμῆς ὑμᾶς αὐλῆς ἀποπέμψομαι, καὶ οἷόν τινας θύρας ἀποκλείσω, τὴν κατὰ νόμον παύων λατρείαν· οὐ γὰρ ἀνέξομαι μάτην θυσίας προσφέρεσθαι, οὐδενὸς τὴν ἐντεῦθεν ὄνησιν δεχομένου. Οὕτως Ἰουδαίοις προαγορεύσας [99] τῆς νομικῆς ἱερουργίας τὴν παῦλαν, τὴν καθαρὰν καὶ ἀναίμακτον τῶν ἐθνῶν προκηρύττει θυσίαν. Καὶ πρῶτον μὲν πρὸς αὐτοὺς Ἰουδαίους φησίν· « Οὐκ ἔστι μοι [1] θέλημα ἐν ὑμῖν, λέγει Κύριος παντοκράτωρ [2], καὶ θυσίαν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν. » Εἶτα τῶν ἐθνῶν προδηλοῖ τὴν εὐσέβειαν·

haberi facit. Vos autem nec hujus rei sensum capitis, nec delictum cognoscere vultis. Illud enim : « Dixistis : In quo despeximus nomen tuum? » hoc significat : non quod ejusmodi verbis usi fuerint, sed quod istiusmodi cogitationes habuerint. Postea causam explicat contemptus.

Vers. 7. « Offerentes ad altare meum panes pollutos, et dixistis : In quo polluimus ipsos? In eo quod dicitis : Mensa Domini despecta est ; et quæ superposita sunt, despexistis. » *Pollutos* Aquila et Symmachus interpretati sunt *inquinatos*, hoc est, non secundum legem confectos, sed illegitime factos. Hæc autem patrabatis, non arbitrantes honorandam esse mensam mihi consecratam. Si enim debitum honorem huic habuissetis, omni studio curassetis ea quæ mihi offeruntur super eam. [8] Deinde non ut Dominus, sed ut pater eos arguit, quod cæcas et claudas offerrent victimas, cum lex aperte jubeat integras immolari. Et impietatis ostendens magnitudinem : « Offer illud, inquit, duci tuo, an susceperit te ; an acceperit faciem tuam, dicit Dominus Deus omnipotens. » Si is qui eadem qua tu natura est præditus, contumeliam et flagitium existimat ejusmodi honorem, nec te præsentem erubescit, sed male oblatum munus rejicit, considera quanta sit impietas omnium rerum Opifici **1675** talia offerre. Deinde ad pœnitentiam adhortatur, suamque benevolentiam pollicetur.

Vers. 9. « Et nunc placate faciem Dei vestri, et rogate eum, » ut misereatur vestri. Et majorem istorum delictorum sensum infigens, acrius accusat. In manibus vestris, inquit, hæc fuerunt : non paternæ iniquitatis vos accuso, sed illius quam vos etiam nunc admittitis. « An suscipiam ex vobis facies vestras? dicit Dominus omnipotens. » Hoc per interrogationem legendum est : An sine pœnitentia misericors erga vos ero?

Vers. 10. « Quia et in vobis claudentur ostia, et non succendetis meum altare gratis. » Cum autem extremo stupore et indolentia correpti sitis, certe ex aula mea vos ejiciam : et tanquam ostia quædam occludam, cultus secundum legem finem faciens. Non enim patiar temere victimas offerri, cum ad neminem utilitas ulla inde perveniat. Sic Judæis vaticinatus cessationem legalis sacerdotii, mundum et incruentum gentium prædicit sacrificium. Et primum quidem ad Judæos ipsos verba facit : « Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, et sacrificium non suscipiam de manibus vestris. » Deinde gentium pietatem ostendit :

VARIÆ LECTIONES.

[92] A ἐξουθενωμένη. [93] A ἐξουθένωται. [94] τό. Des. in C. [95] προσο. A add. σέ. [96] Vers. 9 deest in A ob ὁμοιοτέλευτον, ut videtur. [97] Τοῦτο — ἀναγν. Des. in C. [98] A ἀνάψεται. [99] προαγ. Ita C pro προσαγορεύσας, ut Sirm. legit. [1] μοι. Ita quoque supra, t. I, p. 1292 et 1407; ac infra, t. IV, *Gr. Aff. Cur.* serm. 10, legitur. A autem h. l. habet μου. [2] λ. κ. παντ. Des. t. I, II. cc., sed t. IV, l. c. deest tantum παντοκράτωρ.

Digitized by Google

VERS. 11. Quia « Ab ortu solis, usque ad occasum, A nomen meum glorificatum est in gentibus : **1676** et in omni loco incensum offertur nomini meo, et sacrificium mundum ; quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens. » Vos igitur penitus rejiciam ; quæ enim agitis, plurimum detestor : unde et victimas, quas offertis, respuo ; vestri autem loco universum orbem terrarum religiose me colentem habeo. Nam omnium terrarum habitatores, quas sol exoriens et occidens radiis suis illustrat, et ubique incensum mihi offerent, et hostiam puram mihique gratam sacrificabunt. Cognoscent enim nomen meum et voluntatem, et debitum cultum exhibebunt. Sic etiam Dominus ad Samaritanam : « Mulier, crede mihi, inquit, quia venit hora et nunc est, quando B nec in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis Patrem q. » — « Spiritus enim est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare r. » Hæc etiam edoctus beatus Paulus in omni loco jubet orare, « levantes puras manus, sine ira et disceptatione s. » Et divinus Malachias aperte nos his verbis pietatem docuit, quæ ubique nunc obtinet. Cessavit enim loco circumscriptus cultus sacerdotum, omnis autem locus ad Dei cultum idoneus est declaratus : et victimarum quidem ratione carentium cædes finem cepit, solus autem immaculatus Agnus sacrificatur, qui tollit peccatum mundi ; **1677** et tanquam signum virtutis odoratum offertur incensum. Judæi autem juxta divinam prædictionem rejecti sunt : quare dicit C eis :

« Quia nomen meum magnum in gentibus. (VERS. 12.) Vos autem contaminatis illud eo quod dicitis : Mensa Domini polluta est, et qui superponuntur, despecti sunt cibi ejus. » In tantam enim impietatem prolapsi estis, ut non modo præter legis morem offeratis, sed etiam abjectam appelletis mensam mihi consecratam ; et accusati cur talia dona offeratis, dicere ausi estis : Quia hæc ipsa multo sudore et labore colligimus. Idcirco vos hac etiam rerum copia spoliabo. Hæc enim per sequentia ostendit :

VERS. 13. « Et dixistis : Hæc de afflictione sunt. Et exsufflavi ea, dicit Dominus omnipotens. » [14] D Deinde maledicit his, qui masculis quidem pecoribus abundant, et promittunt hæc se oblaturos in sacrificium : relinquunt autem illa, et alia pro eis mutila offerunt. Nam ex rebus, inquit, ipsis intelligatis oportet, quanta sit regni et potentiæ meæ magnitudo, quam notam faciam omnibus gentibus.

ια'. Διότι [3] « Ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου, καὶ [4] ἕως δυσμῶν, τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα [5] προσάγεται [6] τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά· διότι μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Ὑμᾶς μὲν οὖν ἀπώσομαι παντελῶς· βδελύττομαι γὰρ κομιδῇ τὰ παρ' ὑμῶν γινόμενα· διότι καὶ τὰς παρ' ὑμῶν προσφερομένας ἀποστρέφομαι θυσίας· ἀνὺ' ὑμῶν δὲ πᾶσαν ἔχω σεβομένην τὴν οἰκουμένην. Οἱ γὰρ πᾶσαν οἰκοῦντες τὴν γῆν, ἣν ἥλιος ἀνίσχων τε καὶ δυόμενος καταλάμπει, καὶ θυμίαμά μοι προσοίσουσι παντα χοῦ, καὶ τὴν θυσίαν ἱερεύσουσι τὴν καθαρὰν καὶ φίλην ἐμοί. Γνώσονται γάρ μου τὸ ὄνομα, καὶ τὸ βούλημα, καὶ τὸ πρόσφορον προτάξουσι σέβας. Οὕτω καὶ ὁ Κύριος πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν ἔφη· « Γύναι, πίστευσόν μοι, ὅτι ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν [7], ὅτε οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις προσκυνήσετε τῷ Πατρί. » — « Πνεῦμα γὰρ ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. » Ταῦτα πεπαιδευμένος ὁ μακάριος Παῦλος, ἐν παντὶ τόπῳ κελεύει προσεύχεσθαι, αἴροντας [8] ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμῶν. Καὶ ὁ θεῖος δὲ Μαλαχίας σαφῶς ἡμᾶς διὰ τούτων ἐδίδαξε τὴν νῦν πολιτευομένην εὐσέβειαν· πέπαυται μὲν γὰρ ἡ περιγεγραμμένη τῶν ἱερέων λατρεία, πᾶς δὲ τόπος ἐπιτήδειος εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ θεραπείαν νενόμισται· καὶ τῶν μὲν ἀλόγων θυμάτων τέλος ἔλαβεν ἡ σφαγὴ, μόνος δὲ ὁ ἄμωμος ἀμνὸς ἱερεύεται, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ ὥσπερ τι σύμβολον τῆς ἀρετῆς τὸ εὐῶδες θυμίαμα. Ἰουδαίοι δὲ κατὰ τὴν θείαν πρόῤῥησιν ἀπεβλήθησαν· διό φησι πρὸς αὐτούς·

« Ὅτι μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσιν. (ιβ'.) Ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτὸ, ἐν τῷ λέγειν ὑμᾶς· Τράπεζα Κυρίου ἠλισγημένη ἐστὶ, καὶ τὰ ἐπιτιθέμενα ἐξουδένωται βρώματα αὐτοῦ. » Εἰς τοσαύτην γὰρ ἀσέβειαν ἐξεράπητε, ὡς μὴ μόνον παρανόμως προσφέρειν, ἀλλὰ καὶ εὐτελῆ προσαγορεύειν τὴν ἀφιερωμένην μοι τράπεζαν· καὶ ἐγκαλούμενοι, τί δήποτε τοιαῦτα δῶρα προσφέρετε, εἰπεῖν τετολμήκατε, ὡς Καὶ ταῦτα μετὰ πολλῶν ἱδρώτων καὶ κόπων συλλέγομεν. Οὗ χάριν καὶ ταύτης ὑμᾶς γυμνώσω τῆς εὐπορίας· ταῦτα γὰρ διὰ τῶν ἐπαγομένων ἐσήμανε.

ιγ'. « Καὶ εἴπατε· Ταῦτα ἐκ κακοπαθείας ἐστί. Καὶ ἐξεφύσησα αὐτὰ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Εἶτα ἐπαρᾶται τοῖς εὐπορουῦσι μὲν ἀῤῥένων θρεμμάτων, καὶ ὑποσχομένοις ἱερεῖα ταῦτα προσοίσειν, καὶ καταλιμπάνουσιν μὲν ἐκεῖνα, ἄλλα δὲ ἀντ' ἐκείνων πεπηρωμένα προσφέρουσι. Δι' αὐτῶν γὰρ, φησὶ, μαθεῖν ὑμᾶς δεῖ τῶν πραγμάτων τῆς ἐμῆς βασιλείας καὶ δυναστείας τὸ μέγεθος, ὃ γνώριμον ποιήσω πᾶσι τοῖς ἔθνεσι.

q Joan. IV, 21. r ibid. 24. s I Timoth. II, 8.

VARIÆ LECTIONES.

[3] T. I, II. cc. est, ὅτι [4] καὶ — δεδόξ. T. I, II. cc. est, μέχρι δυσμῶν μέγα τὸ ὄνομά μου. [5] θυμ. Locis cit. præm. τό. [6] Tom. I et IV, II. cc. est προσφέρεται. [7] καὶ νῦν ἐστ. Des. apud Joannem l. c. ex vers. 23 petitum. [8] Loco cit. est ἐπαίροντας.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

α'. « Καὶ νῦν ἡ ἐντολὴ αὕτη πρὸς ὑμᾶς, ὦ ἱερεῖς[9]. » Ἐὰν δὲ μὴ βουληθῆτε σπουδαίως προσχεῖν τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις, καὶ πάντων ὁμοῦ τὸ σέβας τὸ ἐμὸν προτιμῆσαι, « Ἐξαποστελῶ ἐφ' ὑμᾶς τὴν κατάραν, καὶ ἐπικαταράσομαι τὴν εὐλογίαν ὑμῶν, καὶ καταράσομαι αὐτὴν, καὶ διασκεδάσω τὴν εὐλογίαν ὑμῶν[10], καὶ οὐκ ἔσται ἐν[11] ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς οὐ τίθεσθε εἰς καρδίαν[12] ὑμῶν. » *Εὐλογίαν* καλεῖ τὴν ἱερωσύνην αὐτὴν, ἣν κατὰ θείαν ἔλαβον χάριν· ταύτην ἠπείλησε καταλύσειν καὶ διασκεδάσειν διὰ τὴν περὶ αὐτὴν γεγενημένην ἀτοπίαν.

γ'. « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀφορίζω ὑμῖν τὸν ὦμον[13], καὶ διασκορπιῶ ἔνυστρον[14] ἐπὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν, ἔνυστρον ἑορτῶν ὑμῶν, καὶ λήψομαι ὑμᾶς εἰς τὸ αὐτό. » Τοῦτο ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπιτιμῶ ὑμῖν σὺν τῷ βραχίονι, καὶ λικμήσω κόπρον ἐπὶ πρόσωπα ὑμῶν, κόπρον ἑορτῶν ὑμῶν. » Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς ἱερεῦσι κατὰ νόμον ἀφώριστό τε τὸ στηθύνιον, καὶ ὁ βραχίων ὁ δεξιὸς, ἀπειλεῖ καὶ αὐτοὺς ἀποῤῥίψειν, καὶ τὸν ἀφορισθέντα αὐτοῖς βραχίονα· ἀντὶ δὲ τοῦ στηθυνίου τὸ *ἔνυστρον* τέθεικε, τὸ τῆς κόπρου δοχεῖον. Πάλαι μὲν γὰρ αὐτοῖς εὐσεβοῦσιν ὁ Θεὸς τὸν βραχίονα τὸν δεξιὸν ἀπένειμεν, ὡς σύμβολον τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς· τὸ δὲ στηθύνιον, ὃ τῆς καρδίας καθάπερ τις θώραξ προβέβληται, φυλάττον αὐτὴν καὶ καλύπτον, σύμβολον τῶν τῆς εὐσεβείας δογμάτων. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῆς εὐσεβείας ἑκόντες ἐξέστησαν, καὶ τῆς ἀρετῆς ἐγυμνώθησαν, τὸ ἔνυστρον λέγει, τὸ τῆς κόπρου δοχεῖον, εἰς τὰ πρόσωπα αὐτῶν σκεδαννύναι, τὴν αἰσχύνην καὶ τὴν ἀτιμίαν διὰ τούτων σημαίνων. Τούτου δὲ, φησὶ, γινομένου, γνώσεσθε ὡς ἐγὼ τοῖς ὑμετέροις προγόνοις ἔδωκα τὴν περὶ τῶν θυσιῶν ἐντολήν. Εἶτα μέμνηται διὰ τοῦ Λευῒ τοῦ Ἀαρὼν τοῦ πρώτου ἱερέως. Ἔφη γὰρ οὕτως·

δ'. « Καὶ ἐπιγνώσεσθε, ὅτι[15] ἐγὼ Κύριος ἐξαπέσταλκα[16] πρὸς ὑμᾶς τὴν ἐντολὴν ταύτην, τοῦ εἶναι τὴν διαθήκην μου πρὸς τοὺς Λευίτας, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Εἶτα τούτοις ἐπήγαγεν·

ε'. « Ἡ διαθήκη μου ἦν μετ' αὐτοῦ τῆς ζωῆς καὶ τῆς εἰρήνης, καὶ ἔδωκα αὐτῷ φόβῳ[17] φοβεῖσθαί με, καὶ ἀπὸ προσώπου ὀνόματός μου στέλλεσθαι αὐτόν. » Ταῦτα γὰρ ποιοῦντι, φησὶ, ζωὴν καὶ εἰρήνην ἐπηγγειλάμην μισθόν· τούτου γὰρ εἵνεκα ζωῆς καὶ εἰρήνης αὐτὴν προσηγόρευσε *διαθήκην*, ὡς ταῦτα προξενοῦσαν τοῖς πειθομένοις.

ς'. « Νόμος ἀληθείας ἦν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, καὶ ἀδικία οὐχ ηὑρέθη ἐν τοῖς[18] χείλεσιν αὐτοῦ· ἐν εἰρήνῃ κατευθύνων ἐπορεύθη μετ' ἐμοῦ, καὶ πολλοὺς ἐπέστρεψεν[19] ἀπὸ ἀδικίας. » Ἡ γὰρ ἁμαρτία τὴν πρὸς Θεὸν ἔχθραν ἐργάζεται· ἡ δικαιοσύνη δὲ πραγματεύεται τὴν εἰρήνην. Λέγει τοίνυν ὅτι τὴν εὐθεῖαν

CAPUT II.

Vers. 1. « Et nunc mandatum hoc ad vos, o sacerdotes. » [2.] Quod si nolueritis ad ea quæ a me dicuntur animum diligenter attendere, atque omnibus simul rebus cultum meum anteferre : « Mittam super vos maledictionem : et **1678** maledicam benedictioni vestræ, et maledicam ei, et dissipabo benedictionem vestram : et non erit vobis, quia vos non reponitis ad cor vestrum. *Benedictionem* appellat sacerdotium ipsum, quod per divinam gratiam acceperunt. Hoc minatur se dissoluturum et dissipaturum esse, propter abusum perabsurdum in eo commissum.

Vers. 3. « Ecce ego separo vobis humerum, et dispergam ventriculum super facies vestras, ventriculum solemnitatum vestrarum, et suscipiam vos simul. » Hoc Aquila sic interpretatur : « Ecce ego vos increpabo cum brachio, et dispergam stercus super vultum vestrum, stercus solemnitatum vestrarum. » Quoniam enim sacerdotibus secundum legem separabatur pectusculum, et armus dexter, minatur se eos projecturum, atque armum eis assignatum. Pro pectusculo autem *ventriculum* posuit, stercoris receptaculum. Olim quidem, cum pietatem colerent, Deus armum dexterum eis attribuit, tanquam signum virtutis actuosæ : pectusculum vero, quod tanquam lorica quædam ante cor collocatum est, et illud tuetur ac protegit, ut signum dogmatum pietatis. Quoniam autem voluntarie, et a pietate desciverunt, et virtute sese spoliarunt, ventriculum dicit stercoris receptaculum in facies eorum se dispersurum : per hæc significans dedecus et ignominiam. Ex quo, inquit, cognoscetis me majoribus vestris de sacrificiis mandatum dedisse. Deinde per Levi meminit Aaronis primi sacerdotis. Sic enim **1679** ait :

Vers. 4. « Et cognoscetis me Dominum misisse ad vos mandatum hoc, ut esset testamentum meum ad Levitas, dicit Dominus omnipotens. » Deinde illis adjecit :

Vers. 5. « Testamentum meum fuit cum eo vitæ et pacis, et dedi ei ut timore timeret me, et a facie nominis mei pavore contraheretur ipse. » Hæc enim facienti, inquit, vitam et pacem promisi præmium. Eaque causa vitæ et pacis id *testamentum* appellavit, quod nempe obtemperantibus vitam et pacem conciliet.

Vers. 6. « Lex veritatis fuit in ore ejus, et iniquitas non est inventa in labiis ejus : in pace dirigens ambulavit mecum, et multos convertit ab iniquitate. » Peccatum enim Dei odium efficit, justitia vero pacem constituit. Recta itaque, inquit, via ingrediens, et veritatem colens, et ab injustitia ab-

VARIÆ LECTIONES.

[9] ὦ. A *al.* [10] ὑμ. A add. καὶ καταρῶμαι αὐτήν. [11] ἐν. Des. in A. [12] καρδ. A præm. τὴν. [13] τὸν ὦμ. *Hebr.* semen. [14] ἔνυ. *Hebr.* stercus. [15] A *et* C διότι. [16] A ἀπέσταλκα. [17] A φόβον. [18] τοῖς. Des. in A. [19] C ἀπέστρεψεν.

Digitized by Google

horrens, propitium me habuit, et pace mea fruens, multis errantibus dux ad veritatem exstitit. [7] Convenit enim præcipue sacerdotem observatorem esse legum divinarum, ut qui aliorum præceptor est constitutus, et cui divina eloquia perferendi negotium datum est; nuntius enim Domini omnipotentis est, annuntians aliis Dei voluntatem.

Vers. 8. « Vos autem declinastis de via mea, et infirmos fecistis multos in lege: corrupistis testamentum Levi, dicit Dominus omnipotens. » Quod ait, *infirmos fecistis multos*, Aquila et Symmachus *scandalum dedistis* interpretati sunt. **1680** Hæc autem est sententia: Cum iniquitatem amplexi estis, aliis etiam detrimentum intulistis. Postea prædicit eis mala, quæ hoc tempore patiuntur.

Vers. 9. « Et ego dedi vos contemptibiles, et dissolutos in omnes gentes, pro eo quod non custodivistis vias meas, sed accipiebatis personas in lege. » Symmachus interpretatus est, *reveriti estis facies in lege*. Eos autem accusat, ut legis prævaricatores, et qui in aliquorum gratiam inique judicarent, quique pecuniam acciperent ab iis qui victimas offerebant, et eas ab illis reciperent, quæ mutilæ membris essent.

Vers. 10. « Nonne pater unus omnium vestrum? nonne Deus unus creavit vos? quare reliquistis unusquisque fratrem suum, ut pollueret testamentum patrum vestrorum? » Ab uno, inquit, Deo producti, qui patris more in omnes vos amorem suum testatus est, sic eos qui ejusdem erant naturæ aspernati estis? et neque naturæ, neque gratiæ communionem estis reveriti, sed neglectos fratres vestros reliquistis: et cum iidem prævaricatores essent legum mearum, despexistis; idque cum haberetis Judam et Hierosolymam utilitatis exemplum?

Vers. 11. « Derelictus est Juda, et abominatio factus est in Israele et Hierosolyma, quia contaminavit Juda sancta Domini, quæ dilexit. » Tum ut aperte indicaret quænam dilexerit, adjecit: « Et operam dedit diis alienis. » Juda enim, **1681** inquit, *et in Israele et in Hierosolyma* exsecrabilis est habitus, qui palam deliquerit, et divinas leges conculcaverit, et deos non subsistentes pro eo qui exsistit adoraverit. Postea communem comminationem in ejusmodi omnes intentat:

Vers. 12. « Disperdet Dominus hominem qui faciet hæc, donec humilietur de tabernaculis Jacobi, et de his qui offerunt sacrificium Domino omnipotenti. » Qui enim impie vivit, alienus est a collegio bonorum. Inde in aliam accusationem sermonem convertit. Eos enim criminatur quod, uxo-

ὁδεύων, καὶ τιμῶν τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὴν ἀδικίαν μυσαττόμενος, πλεόων με εἶχεν, καὶ τῆς ἐμῆς ἀπολαύων εἰρήνης, πολλοῖς πλανωμένοις ἐγένετο πρὸς ἀλήθειαν ποδηγός· δίκαιον γὰρ διαφερόντως τὸν ἱερέα εἶναι τῶν θείων νόμων ἐργάτην· ἅτε δὴ κεχειροτονημένον τῶν ἄλλων διδάσκαλον, καὶ τὰ θεῖα λόγια διαπορθμεύειν πεπιστευμένον· ἄγγελος γὰρ Κυρίου παντοκράτορός ἐστιν, ἀπαγγέλλων τοῖς ἄλλοις τοῦ Θεοῦ βούλημα.

η'. « Ὑμεῖς δὲ ἐξεκλίνατε ἐκ τῆς ὁδοῦ μου[20], καὶ ἠσθενήσατε πολλοὺς ἐν νόμῳ[21], διεφθείρατε τὴν διαθήκην τοῦ Λευΐ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Τὸ, *ἠσθενήσατε πολλούς, ἐσκανδαλίσατε* ἡρμήνευσαν. Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος. Λέγει δὲ, ὅτι Τὴν παρανομίαν ἀσπασάμενοι, καὶ ἄλλοις λώβης ἐγένεσθε πρόξενοι. Εἶτα αὐτοῖς προλέγει τὰ νῦν αὐτοὺς κατειληφότα κακά.

θ'. « Καὶ ἐγὼ ἔδωκα[22] ὑμᾶς ἐξουδενωμένους, καὶ ἀπερριμμένους εἰς πάντα τὰ ἔθνη, ἀνθ' ὧν ὑμεῖς οὐκ ἐφυλάξατε[23] τὰς ὁδούς μου, ἀλλ' ἐλαμβάνετε πρόσωπα ἐν νόμῳ. » Ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν, *ἐδυσωπεῖσθε πρόσωπα ἐν νόμῳ*. Αἰτιᾶται δὲ αὐτοὺς, ὡς παραβάτας τοῦ νόμου γεγενημένους, καὶ εἰς χάριν τινῶν παρανόμως δικάζοντας, ἢ χρήματα κομιζομένους παρὰ τῶν προσφερόντων τὰ θύματα, καὶ δεχομένους παρ' αὐτῶν τά τινα λώβην ἐν τοῖς μέλεσιν ἔχοντα.

ι'. « Οὐχὶ πατὴρ εἷς πάντων ὑμῶν; οὐχὶ Θεὸς εἷς ἔκτισεν ὑμᾶς; τί ὅτι ἐγκατελίπετε ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, τοῦ[24] βεβηλῶσαι τὴν[25] διαθήκην τῶν πατέρων ὑμῶν; » Ὑφ' ἑνὸς, φησὶ, δημιουργηθέντες Θεοῦ, ὃς δίκην πατρὸς εἰς ἅπαντας ὑμᾶς τὴν οἰκείαν ἀγάπην ἐπεδείξατο, οὕτω τῶν ὁμοφυῶν ἠμελήσατε, καὶ οὔτε τῆς φύσεως, οὔτε τῆς χάριτος τὴν κοινωνίαν ᾐδέσθητε, ἀλλ' ἀτημελήτους τοὺς ὑμετέρους ἀδελφοὺς κατελίπετε, καὶ περιείδετε τῶν ἐμῶν νόμων παραβάτας γεγενημένους· καὶ ταῦτα ἔχοντες τὸν Ἰούδαν καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ὠφελείας παράδειγμα.

ια'. « Ἐγκατελείφθη γὰρ Ἰούδας, καὶ βδέλυγμα ἐγένετο ἐν τῷ Ἰσραὴλ καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ, διότι[26] ἐβεβήλωσεν Ἰούδας τὰ ἅγια Κυρίου, ἐν οἷς ἠγάπησε. » Καὶ δεικνὺς σαφῶς, ἃ ἠγάπησε, ἐπήγαγε· « Καὶ ἐπετήδευσεν εἰς θεοὺς ἀλλοτρίους. » Ὁ γὰρ Ἰούδας, φησὶ, *καὶ ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ*, μυσαρὸς ἐνομίσθη, ἀντικρὺς παρανομήσας, καὶ τοὺς θείους νόμους πατήσας, καὶ τοὺς οὐκ ὄντας ἀντὶ τοῦ ὄντος προσκυνήσας θεούς. Εἶτα κοινὴν κατὰ τῶν τοιούτων ἁπάντων ἐκφέρει τὴν ἀπειλήν·

ιβ'. « Ἐξολοθρεύσει Κύριος τὸν ἄνθρωπον τὸν ποιοῦντα ταῦτα, ἕως ἂν καὶ ταπεινωθῇ ἐκ σκηνωμάτων Ἰακὼβ, καὶ ἐκ προσαγόντων θυσίαν Κυρίῳ παντοκράτορι. » Τοῦ γὰρ συλλόγου τῶν εὐσεβῶν ἀλλότριος ὁ δυσσεβείᾳ συζῶν. Ἐντεῦθεν εἰς ἑτέραν μεταφέρει κατηγορίαν τὸν λόγον· ἐγκαλεῖ γὰρ αὐτοῖς,

VARIÆ LECTIONES.

[20] μου. Des. in A. [21] νόμ. C add. μου. [22] A δίδωκα. [23] A ἐφυλάξασθε. [24] τοῦ. Des. in A. [25] τήν. A præm. καί. [26] A ὅτι.

Digitized by Google

ὅτι τὰς ὁμόζυγας καταλιπόντες ἑτέραις παρανόμως ἐμίγνυντο γυναιξί.

ιγ'. « Καὶ ταῦτα, ἃ ἐμίσουν, ἐποιεῖτε [27] » ἃ δὲ μισεῖ ὁ Θεὸς, ἄθλιος ὁ φιλῶν. Τί δὲ ταῦτά ἐστι, διδάσκει· « Ἐκαλύπτετε ἐν [28] δάκρυσι τὸ θυσιαστήριον Κυρίου, καὶ κλαυθμῷ, καὶ στεναγμῷ ἐκ κόπων. » Αἱ γὰρ ὑπὸ τῶν οἰκείων ἀνδρῶν ἀδικούμεναι γυναῖκες, τῶν ἐπικουρούντων σπανίζουσαι, ὀδυρμοῖς καὶ δάκρυσι κεχρημέναι, τὸν δίκαιον ἐκάλουν κριτήν· ταῦτα δὲ ἠναγκάζοντο δρᾷν ὑπὸ τῆς συνεχούσης ὀδύνης. Τοῦτο γὰρ εἶπεν, *ἐκ κόπων*. Τοιγάρτοι τούτων γιγνομένων,

« Ἔτι ἄξιον ἐπιβλέψαι εἰς θυσίαν ὑμῶν [29] ; (ιδ'.) Καὶ εἴπατε· Ἕνεκεν τίνος ; » Τῆς γὰρ παρανομίας μυσαρὰ δεικνύσης τὰ ὑφ' ὑμῶν προσφερόμενα, ἀναλγήτως ἔτι διάκεισθε, καὶ τούτου τὴν αἰτίαν ἀγνοεῖν προσποιεῖσθε. Δι' ὃ [30] τῇ συνήθει μακροθυμίᾳ χρώμενος, ταύτην ὑμᾶς διδάσκω.

« Ὅτι Κύριος ἐμαρτύρατο [31] ἀναμέσον σοῦ καὶ ἀναμέσον γυναικὸς νεότητός σου, ἣν ἐγκατέλιπες· καὶ αὕτη κοινωνός σου, καὶ γυνὴ διαθήκης σου. (ιε'.) Καὶ οὐκ ἄλλος ἐποίησε, καὶ ὑπόλειμμα πνεύματός σου [32]. » Ἀναμνήσθητε γὰρ τοῦ πρώτου νόμου τοῦ δοθέντος τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ Εὔᾳ· εὐθὺς γὰρ τὴν γυναῖκα δημιουργήσας, καὶ οἱονεὶ νυμφοστόλος γενόμενος, προσάγει μὲν αὐτὴν τῷ ἀνδρί· δίδωσι δὲ τοῦ γάμου τοὺς νόμους· « Ἀντὶ τούτου, φήσας, καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. » Αὐτοῦ τοίνυν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων, καὶ δημιουργήσαντος ἀμφοτέρους, καὶ συνάψαντος, καὶ τοῦτον τεθεικότος τὸν νόμον, πῶς τολμᾶτε παραβαίνειν προφανῶς τὰ ἄνωθεν ὡρισμένα, οὐδὲ [33] τῆς θείας εὐλογίας ἀναμιμνήσκεσθε τῆς τοῖς ὑμετέροις πατράσιν ἐπηγγελμένης· « Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν ; » Τοῦτο γὰρ καὶ ἐνταῦθά φησι· « Καὶ ὑπόλειμμα πνεύματός σου. » Θνητὴν γὰρ ἔχοντες φύσιν, διὰ τῶν τικτομένων ἐπὶ πλεῖστον τὴν ὑμετέραν διασώζετε μνήμην· ἀλλὰ ταῦτα τοῦ Θεοῦ νομοθετήσαντος, ὑμεῖς ἀντιλέγετε φάσκοντες, οὐ γάμων σωφρόνων, ἀλλὰ πολυπαιδίας κήδεσθαι τὸν Θεόν. « Εἴπατε γὰρ, Τί ἄλλο ζητεῖ ὁ Θεὸς ἢ σπέρμα [34] ; » Ἀλλ' ἐγὼ παρεγγυῶ ὑμῖν, τούτων ἀποστάντας τῶν λόγων, τοὺς θείους νόμους φυλάξαι, καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς συζευχθεῖσαν γυναῖκα τοῦ ζυγοῦ μὴ χωρίσαι. Εἶτα τῆς ἐν νόμῳ γεγενημένης ἀναμιμνήσκει συγκαταβάσεως.

ις'. « Ἀλλ' ἐὰν μισήσῃς, ἐξαπόστειλον [35], λέγει Κύριος Ἰσραήλ [36]. » Καὶ γὰρ ἐν τῷ νόμῳ διαγορεύει δοῦναι βιβλίον ἀποστασίου τῇ γυναικὶ τὸν οὐκ εὖ περὶ αὐτὴν διακείμενον. Τοῦτον δὲ τὸν νόμον ἑρμηνεύων ὁ Κύριος τοῖς Φαρισαίοις φησί· « Μωσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐνομοθέτησεν οὕτως· ἐξ ἀρχῆς δὲ οὐκ ἐγένετο οὕτως· ὁ γὰρ ποιήσας αὐ-

ribus relictis, illegitime cum aliis mulieribus miscerentur.

Vers. 13. « Et hæc quæ oderam faciebatis. » Quæ vero Deus odio habet, infelix est qui diligit. Quæ porro ista sint, docet : « Operiebatis lacrymis altare Domini, et planctu et gemitu de laboribus. » Mulieres enim, quæ a viris suis injuriam accepissent, et auxilio destitutæ essent, plangentes et gementes justum judicem implorabant : hæc vero facere cogebantur præ dolore quo tenebantur. Iloc enim dixit, *de laboribus*. Hæc igitur cum ita fiant,

« Adhuc dignum respicere in sacrificium vestrum ? (Vers. 14.) Et dixistis : Propter quid ? » Nam cum iniquitas oblationes vestras exsecrabiles reddat, nullum adhuc sensum doloris percipitis, atque hujus causam ignorare vos simulatis. Quare solita **1682** utens patientia, hanc vos doceo.

« Quia Dominus testificatus est inter te et uxorem adolescentiæ tuæ, quam tu reliquisti : et hæc particeps tua, et uxor testamenti tui. (Vers. 15.) Et non alius fecit, et reliquiæ spiritus tui. » Recordamini enim primæ [t] legis datæ Adamo et Evæ. Simul enim atque mulierem creavit, velut quispiam nymphagogus eam ad virum adduxit, ac leges matrimonii constituit, dicens : « Propterea relinquet homo patrem suum, et matrem suam, et erunt duo caro una [t]. » Cum igitur idem universorum Deus ambos et creaverit et conjunxerit, et hanc legem tulerit, quomodo audetis tam aperte ea quæ sunt a principio constituta violare ? neque benedictio Dei vobis venit in mentem parentibus vestris facta : « Crescite et multiplicamini, et replete terram [u] ? » Iloc enim hic etiam ait : « Et reliquiæ spiritus tui. » Mortali enim natura cum sitis, per prolem vestri memoria diutissime durat. At cum Deus hæc sanxerit, vos contradicitis, dicentes non castitatem matrimoniorum, sed multitudinem liberorum curæ Deo esse. « Dixistis enim, Quid aliud præter semen quærit Deus ? » Verum ego vos moneo, ut his sermonibus abstinentes divinas leges observetis, et **1683** uxorem a principio conjunctam non repudietis. Tum in memoriam revocat indulgentiam, quæ in lege reperitur.

Vers. 16. « Sed si odio habeas, dimitte (illam), dicit Dominus Israelis. » Siquidem in lege præcipit ut, si quis erga uxorem non bene affectus sit, det ei libellum repudii : hanc legem exponens Dominus Pharisæis, ait : « Moses ob duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud : ab initio autem non ita fuit : qui enim eos fecit, masculum et

[t] Gen. II, 24. [u] Gen. I, 28.

VARIÆ LECTIONES.

[27] A ἐποιήσατε. [28] ἐν. Des. in A. [29] ὑμ. A et C addunt : ἢ λαβεῖν δεκτὸν ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν. [30] δι' ὃ. C διότι. [31] C διεμαρτύρατο. [32] σου. A αὐτοῦ. [33] οὐδέ. C præm. καί. [34] A ἢ σπέρμα ζητεῖ ὁ Θεός. [35] A μισήσας ἐξαποστείλῃς. [36] Ἰσρ. A præm. ὁ Θεὸς τοῦ.

Digitized by Google

feminam eos fecit [v]; » hoc est, unum et unam, non unum virum et duas mulieres, ut hanc odio persequens alteri conjungeretur. Ergo ipsa creatio castitatis fuit legislatio. Cum autem nosset Deus universorum insaniam Judæorum, quod ab ea quam odissent abstrahere se optantes, et per legem id non valentes, illam occidere non dubitarent, permittit minus malum, ut prohibeat majus : et ait : « Si odio habeas, dimitte (illam). » Conjungetur enim cum altero, et in dolore non vivet. In sacris Evangeliis ad virtutem instituens palam profitetur : « Quicunque dimittit uxorem suam, nisi ob fornicationem, eam facit mœchari, et repudiatam ducens mœchatur [x]. » Et hoc item loco idem ipsum innuit. « Revelabuntur, inquit, occultæ cogitationes vestræ, dicit Dominus omnipotens [y-z] : » et nisi justis de causis dissolveritis matrimonium, judex vester erit Dominus omnipotens. Igitur « Custodite **1684** in spiritu vestro, et ne relinquatis pactum. » Cohibete, inquit, malas appetitiones, et initas de matrimonio pactiones ne convellatis. Postquam vero sic eorum iniquitatem arguit, et convenientem morbo medicinam adhibuit, blasphemiam quamdam ab eis admissam reprehendit, dicens :

VERS. 17. « Qui provocatis Dominum sermonibus vestris, et dixistis : In quo provocavimus eum ? In eo quod dicitis: Omnis qui facit malum, bonum est in conspectu Domini, et in his ipsi complacuit : et ubi est Deus justitiæ ? » Quidam enim extrema stultitia laborantes, cum viderint aliquos scelerate viventes frui tamen prosperitate, dicere audebant videri Deum malis gaudere ; alioqui tantam illis felicitatem non tribueret. Hæc me magnopere ad pœnas de vobis sumendas concitavit blasphemia. Vos autem nec peccatum vel exiguum esse dicitis hanc maximam impietatem. Hunc enim eorum stuporem redarguens ait : « Et dixistis : In quo provocavimus eum ? » Atqui scire vos oportebat Deum esse justitiæ fontem, ac proinde vitia amplectentes detestari. Dispensationis autem inexplicabilis est ratio : tamen doceo vos fore ut veniat tempus justæ retributionis. Quod planum facere studens, prædicit primo priorem Domini Christi adventum, et ostendit magnum Joannem Baptistam illius adventus præcursorem.

1685 CAPUT III.

VERS. 1. « Ecce ego, inquit, mittam angelum meum, et respiciet viam ante faciem meam, et subito veniet ad templum suum Dominus, et

τοὺς, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· » ἀντὶ τοῦ, ἕνα καὶ μίαν, οὐχ ἕνα ἄνδρα καὶ δύο γυναῖκας, ἵνα ταύτην μισήσας συναφθῇ τῇ ἑτέρᾳ. Οὐκοῦν ἡ [37] δημιουργία σωφροσύνης ἦν νομοθεσία. Ἐπειδὴ δὲ ἤδει τῶν Ἰουδαίων τὸ μανικὸν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὅτι τῆς μισουμένης ἀπαλλαγῆναι βουλόμενοι μὲν, οὐ δυνάμενοι δὲ διὰ τὸν νόμον, καὶ φόνον ταύτης τολμήσουσι· συγχωρεῖ τὸ ἔλαττον κακὸν, ἵνα κωλύσῃ τὸ μεῖζον· καί φησιν· « Ἐὰν μισήσῃς, ἐξαπόστειλον. » Συναφθήσεται γὰρ ἑτέρῳ, καὶ μετ' ὀδύνης οὐ βιώσεται. Ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις παιδεύων ἀρετὴν ἀντικρὺς βοᾷ· « Πᾶς ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχευθῆναι· καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμῶν μοιχᾶται. » Καὶ ἐνταῦθα δὲ ταυτὸ τοῦτο αἰνίττεται [38]· « Γυμνωθήσεται, φησὶ, τὰ κεκρυμμένα ὑμῶν βουλεύματα, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Κἂν μὴ διά τινα πρόφασιν δικαίαν καὶ εὔλογον διαλύσητε τὸν γάμον, κριτὴς ὑμῶν ἔσται τῶν ὅλων ὁ Κύριος. Τοιγαροῦν « Φυλάξασθε ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν, καὶ μὴ ἐγκαταλίπητε τὴν συνθήκην [39]. » Χαλινώσατε, φησὶ, τὰς κακὰς ὁρμὰς [40], καὶ τὰς περὶ τοῦ γάμου γεγενημένας μὴ διασπάσητε συνθήκας. Οὕτω τῆσδε τῆς παρανομίας κατηγορήσας, καὶ τῷ πάθει τὴν πρόσφορον ἐπιθεὶς θεραπείαν, βλασφημίας τινὸς παρ' αὐτῶν τολμωμένης ποιεῖται τὸν ἔλεγχον, καί φησιν·

ιζ'. « Οἱ παροξύνοντες τὸν Θεὸν ἐν τοῖς λόγοις ὑμῶν, καὶ εἴπατε· Ἐν τίνι παρωξύναμεν αὐτόν [41]; Ἐν τῷ λέγειν ὑμᾶς· Πᾶς ποιῶν πονηρὸν, καλὸν ἐνώπιον Κυρίου, καὶ ἐν αὐτοῖς ηὐδόκησε [42]· καὶ ποῦ ἔστιν ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης; » Τινὲς γὰρ ὑπ' ἀνοίας ἐσχάτης ὁρῶντές τινας πονηρίᾳ συζῶντας, εὐπραξίας δὲ ἀπολαύοντας, ἐτόλμων λέγειν ὅτι χαίρειν ἔοικε τοῖς πονηροῖς ὁ Θεός· οὐ γὰρ ἂν αὐτοῖς τοσαύτην εὐκληρίαν ἀπένειμεν. Αὕτη με λίαν ἡ βλασφημία [43] πρὸς ὑμετέραν παρεκίνησε τιμωρίαν. Ὑμεῖς δὲ οὐδὲ σμικρὰν πλημμέλειαν ὑπολαμβάνετε τὴν μεγίστην ἀσέβειαν. Ταύτην γὰρ αὐτῶν τὴν ἀναλγησίαν ἐλέγχων ἔφη· « Καὶ εἴπατε· Ἐν τίνι παρωξύναμεν αὐτόν; » Ἔδει δὲ συνιδεῖν ὑμᾶς, ὡς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς δικαιοσύνης ὑπάρχει πηγή· τοῦτο δὲ ὢν τοὺς τὴν κακίαν ἀσπαζομένους βδελύττεται. Ἄῤῥητος δὲ τῆς οἰκονομίας ὁ λόγος. Διδάσκω δὲ ὅμως ὑμᾶς, ὡς ἥξει τῆς δικαίας ἀνταποδόσεως ὁ καιρός. Καὶ τοῦτο δῆλον ποιῆσαι βουλόμενος, πρῶτον μὲν προθεσπίζει τὴν προτέραν τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ παρουσίαν, καὶ δείκνυσι τὸν μέγαν Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν τῆς ἐπιφανείας ἐκείνης ἡγούμενον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

α'. « Ἰδοὺ γὰρ ἐγὼ [44], φησὶν, ἐξαποστελῶ τὸν ἄγγελόν μου, καὶ ἐπιβλέψεται ὁδὸν πρὸ [45] προσώπου μου, καὶ ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ Κύριος [46],

[v] Matth. XIX, 8 ; Marc. X, 5. [x] Matth. V, 32. [y-z] Matth. X, 26.

VARIÆ LECTIONES.

[37] ἡ. C præm. καὶ αὐτή. [38] αἰν. C add. καὶ καλύψει ἀσέβεια ἐπὶ τὰ ἐνθυμήματα ὑμῶν. [39] τ. συνθ. Des. in A. [40] ὁρμ. C præm. ὑμῶν. [41] αὐτ. A σέ. [42] ηὐδ. A præm αὐτός. [43] C ἀτημέλειαν ἡ βλασφημίαν. [44] ἐγώ. Des. in A. [45] πρό. Des. ibid. [46] Κύρ. A add. ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε.

Digitized by Google

καὶ ὁ ἄγγελος τῆς διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε. » Ταύτην δὲ τοῦ Προφήτου τὴν μαρτυρίαν καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις κειμένην εὑρίσκομεν. Καὶ ὁ μακάριος δὲ Ζαχαρίας, ὁ τοῦ θειοτάτου Ἰωάννου πατὴρ, ἐν ταῖν χεροῖν αὐτὸν λαβών, ἔφη πρὸς αὐτόν [47]· « Καὶ σὺ, παιδίον, προφήτης Ὑψίστου κληθήσῃ· προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου Κυρίου ἑτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ. » Καὶ ἐνταῦθα διὰ τοῦ Μαλαχίου εἶπεν ὁ Θεός· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἐξαποστελῶ τὸν ἄγγελόν μου, καὶ ἐπιβλέψεται ὁδὸν πρὸ προσώπου μου, καὶ ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ Κύριος, ὃν ὑμεῖς θέλετε. » Πάντων γὰρ ἀγνοούντων ὁ σωτήριος ἐγένετο τόκος. *Ναὸν* γὰρ τὴν ἀνθρωπείαν ὠνόμασε φύσιν, ἣν ὁ Θεὸς Λόγος ἀνέλαβεν. Οὕτω γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ Δεσπότης Χριστὸς πρὸς Ἰουδαίους ἔφη· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. » Καὶ τοῦτο ἑρμηνεύων ὁ Εὐαγγελιστὴς ἐπήγαγεν· « Αὐτὸς δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ· καὶ ὅτε ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν, ἔγνωσαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ὅτι τοῦτο εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐπίστευσαν τῇ Γραφῇ, καὶ τῷ λόγῳ, ᾧ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. » Πρὸ; δὲ τῇ προτέρᾳ αὐτοῦ παρουσίᾳ, καὶ τὴν δευτέραν αὐτοῦ ἐπιφάνειαν προθεσπίζει·

« Ἰδοὺ ἔρχεται, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. (β'.) Καὶ τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ, ἢ τίς ὑποστήσεται ἐν τῇ ὀπτασίᾳ αὐτοῦ; » Οὕτω καὶ ὁ Ζαχαρίας περὶ τῆς δευτέρας ἐπιφανείας ἔφη· « Ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, καὶ κόψεται ἡ γῆ κατὰ φυλὰς φυλάς. » Εἶτα διδάσκει τὰ ὑπ' αὐτοῦ δρώμενα.

« Διότι αὐτὸς εἰσπορεύεται ὡς πῦρ χωνευτηρίου, καὶ ὡς πόα πλυνόντων. (γ'.) Καὶ καθιεῖται χωνεύων καὶ καθαρίζων, ὡς τὸ ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον. » Οὕτω [48] καὶ ὁ μακάριος Παῦλός φησιν· « Ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται, καὶ ἑκάστου τὸ ἔργον, ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ δοκιμάσει [49]· εἴ τινος τὸ ἔργον μενεῖ [50], ὃ ἐπῳκοδόμησε, μισθὸν λήψεται· εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαύσεται, ζημιωθήσεται. » Ἡγοῦμαι δὲ διὰ τῶν εἰρημένων τὸν Προφήτην μὴ μόνον ἐκεῖνο σημαίνειν, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ ἁγίου [51] Πνεύματος κάθαρσιν· καὶ γὰρ ἐν τούτῳ μυστικῶς τοὺς προσιόντας ἀναχωνεύει, καὶ νεουργεῖ τῷ πυρὶ Πνεύματος χρώμενος. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ μέγας Ἰωάννης φησίν· « Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, καὶ πυρί. » Καὶ μέντοι καὶ τῇ θείᾳ χάριτι χρώμενος καθάπερ τινὶ πόᾳ, τῶν ἁμαρτημάτων ἐκκαθαίρει τὸν ῥύπον. Καὶ τῇ μὲν Ἱερουσαλὴμ ὁ μακάριος Ἱερεμίας φησίν· « Ἐὰν ἀποπλύνῃ ἐν νίτρῳ, καὶ πληθύνῃς σεαυτῇ πόαν, κεκηλίδωσαι ἐν ταῖς ἀνομίαις σου, λέγει Κύριος. » Ἐκείνη γὰρ τὴν νομικὴν εἶχεν, οὐ τὴν τῆς χάριτος πόαν. Ἐνταῦθα δὲ ὑποδείκνυσιν ἡμῖν ὁ προφητικὸς λόγος, οἷόν τινα δημιουργὸν, τὸν Δεσπότην

A angelus testamenti, quem vos vultis. » Hoc autem prophetæ testimonium in sacris quoque Evangeliis invenire licet : et beatus Zacharias divinissimi Joannis pater, cum eum in manus sumpsisset, dixit ad eum : « Et tu, puer, propheta Altissimi vocaberis : præibis enim ante faciem Domini, ut pares vias ejus [a]. » Et hoc loco per (prophetam) Malachiam dixit Deus : « Ecce ego mittam angelum meum, et respiciet viam ante faciem meam, et subito veniet ad templum suum Dominus, quem vultis. » Omnibus ignorantibus salutaris partus evenit. *Templum* enim humanam dixit naturam, quam Deus Verbum suscepit. Sic enim et ipse Dominus Christus ad Judæos dixit : « Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud [b]. » Quod explanans evangelista,

B adjunxit : « Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset de mortuis, recordati sunt discipuli ejus hoc dixisse Jesum, et crediderunt Scripturæ, et sermoni quem dixerat eis Jesus [c]. » Præter priorem autem ejus adventum, etiam secundum ejus adventum prænuntiat :

« Ecce venit, dicit Dominus omnipotens. (Vers. 2.) Et quis sustinebit diem introitus ejus? aut quis subsistet in **1686** visione ejus? » Sic etiam Zacharias de secundo adventu ait : « Aspicient quem compunxerunt, et planget terra per tribus ac tribus [d]. » Deinde ab eo gesta docet :

C « Quia ipse ingreditur quasi ignis conflatorii, et quasi herba lavantium : (Vers. 3.) Et sedebit conflans et mundans, sicut argentum et aurum. » Sic etiam beatus Paulus : « Quia per ignem, inquit, revelabitur, et uniuscujusque opus, quale sit, ignis probabit : si cujus opus manserit, quod superædificavit, mercedem accipiet : si cujus opus arserit, detrimentum patietur [e]. » Existimo autem per hæc prophetam non id solum significare, sed etiam Spiritus sancti purgationem. Nam in hoc mystice adeuntes conflat, et renovat igne utens Spiritus. Sic enim magnus etiam Joannes ait : « Ille vos baptizabit Spiritu sancto et igne [f]. » Scilicet divina gratia, tanquam herba quadam

D utens, peccatorum sordes eluit. Et ad Hierosolymam quidem beatus Jeremias dixit : « Si laveris te nitro, et multiplicaveris tibi herbam, maculata es in iniquitate tua, dicit Dominus [g]. » Hierosolyma enim legalem herbam habuit, non gratiæ. Hoc autem loco propheticus sermo Dominum nobis ostendit, tanquam opificem quemdam, sordes peccatorum velut herba quapiam expurgantem, et

[a] Luc. I, 76. [b] Joan. II, 19. [c] Ibid. 21, 22. [d] Zach. XII, 10-12. [e] I Cor. III, 15. [f] Matth. III, 11. [g] Jerem. II, 22.

VARIÆ LECTIONES.

[47] πρ αὐτ. Des. in C. [48] C οὕτως, omisso καί. [49] δοκ. Infra, pag. 1691, ad c. IV, 1, nec non t. II, ad I Cor. I. c. præm. αὐτό. [50] μενεῖ. Ita quoque infra, ad c. IV, 1, sed t. III, l. c. est μένει, juxta rec. lec. [51] C παναγίου.

Digitized by Google

velut igne quodam **1687** animas nostras hac rubigine liberantem. Hoc vero etiam faciet Levitis in eum credentibus. Quo ex numero beatus quoque Barnabas fuit, ut Actorum historia docet [b], aliique complures, qui una cum ipso crediderunt, eamdem salutem assecuti sunt. « Emundabit enim, inquit, filios Levi, et fundet eos sicut aurum et argentum : et erunt Domino offerentes hostiam in justitia. » Non legalem illam, de qua dixit : « Non suscipiam ex manibus vestris hostiam : sed rationalem et incruentam. Quare adjunxit : περὶ ἧς εἶπε· « Θυσίαν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν· ἀλλὰ τὴν λογικὴν καὶ ἀναίμακτον. » Διὰ ἐπήγαγε·

A καθάπερ πόά τινι τὸν τῶν ἁμαρτημάτων ἀποσμήχοντα ῥύπον, καὶ οἷόν τινι πυρὶ τοῦ ταύτης ἰοῦ τὰς ἡμετέρας ἐλευθεροῦντα ψυχάς. Τοῦτο δὲ ποιήσει καὶ τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσι Λευῖταις. Ἐκ τούτων δὲ ἦν καὶ ὁ μακάριος Βαρνάβας, ὡς ἱστορία διδάσκει τῶν Πράξεων, καὶ ἕτεροι δὲ πολλοὶ μετὰ τοῦτον πιστεύσαντες τῆς αὐτῆς σωτηρίας ἀπήλαυσαν. Καθαριεῖ [58] γάρ, φησὶ, τοὺς υἱοὺς Λευΐ, καὶ ἐκχεεῖ αὐτοὺς [59], ὡς τὸ χρυσίον, καὶ ὡς [60] τὸ ἀργύριον· καὶ οὗτοι [61], φησὶν, ἔσονται τῷ Κυρίῳ προσάγοντες θυσίαν [62] ἐν δικαιοσύνῃ. » Οὐκ ἐκείνην τὴν νομικήν,

Vers. 4. « Et placebit Domino sacrificium Judæ et Hierosolymæ, sicut diebus sæculi, et sicut annis prioribus. » Non enim hoc temporarium est, sed æternum. Hinc rursus minatur supplicium his qui vitam in impietate traducunt.

B δ'. « Καὶ ἀρέσει τῷ Κυρίῳ θυσία Ἰούδα καὶ Ἱερουσαλὴμ, κατὰ τὰς ἡμέρας [57] τοῦ αἰῶνος, καὶ κατὰ [58] τὰ ἔτη τὰ ἔμπροσθεν. » Οὐκ ἔστι γὰρ αὕτη πρόσκαιρος, ἀλλ' αἰώνιος. Ἐντεῦθεν πάλιν ἀπειλεῖ τιμωρίαν τοῖς ἀσεβείᾳ συζῶσι.

Vers. 5. « Et accedam ad vos in judicio : et ero testis velox super maleficos. » Repentinam, inquit, summam vindictam malorum quæ vidi : non enim aliis testibus egeo, sed ipse oculis meis iniquitatem conspexi. « Et super adulteras, et super eos qui jurant per nomen meum in mendacio, et defraudant mercede mercenarios, et opprimunt per potentiam viduas, et percutiunt pupillos, et pervertunt judicium advenæ : et qui non timent me, dicit Dominus omnipotens. » Ut a **1688** maleficis, inquit, sic ab adulteris, et mendaciter jurantibus et fructus laboris mercenariorum percipientibus, mercedem vero non persolventibus, et ut verbo dicam, a cunctis, qui potentia utuntur contra pupillos et viduas orbitatem lugentes, et advenis et peregrinis perverse judicant et judicium meum non timent, pœnas exigam, et injuria affectos non patiar neglectos manere.

ε'. « Προσελεύσομαι [63] γὰρ, φησὶ, πρὸς ὑμᾶς ἐν κρίσει, καὶ ἔσομαι μάρτυς ταχὺς ἐπὶ τὰς φαρμακούς. » Ταχεῖαν, φησὶν, ἐπάξω κόλασιν οἷς εἶδον κακοῖς· οὐ δέομαι γὰρ μαρτύρων ἑτέρων, ἀλλ' αὐτόπτης εἰμὶ τῆς πονηρίας. « Καὶ ἐπὶ τὰς μοιχαλίδας, καὶ [64] ἐπὶ τοὺς ὀμνύοντας ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου ἐπὶ ψεύδει [65], καὶ ἐπὶ τοὺς ἀποστεροῦντας μισθὸν μισθωτοῦ, καὶ καταδυναστεύοντας χήρας, καὶ κονδυλίζοντας [66] ὀρφανοὺς, καὶ τοὺς ἐκκλίνοντας κρίσιν προσηλύτου, καὶ τοὺς μὴ φοβουμένους με, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Ὁμοίως δὲ ταῖς γοητρίαις, φησὶ, καὶ τὰς μοιχευτρίας [67], καὶ τοὺς ψευδῶς ὀμνύναι τολμῶντας, καὶ τῶν μισθωτῶν τὸν μὲν πόνον καρπουμένους, τὸν δὲ μισθὸν παρέχειν οὐ βουλομένους, καὶ ἁπαξαπλῶς πάντα δυναστείᾳ χρώμενον κατὰ τῶν ὀρφανίαν καὶ χηρείαν ὀδυρομένων, καὶ τοῖς μετοίκοις καὶ προσηλύτοις κακῶς δικάζειν αἱρουμένους, καὶ τὴν ἐμὴν οὐ δειμαίνοντα κρίσιν, εἰσπράξω ποινὴν, καὶ οὐκ ἀνέξομαι τοὺς ἀδικουμένους περιιδεῖν.

Vers. 6. « Quoniam ego Dominus Deus vester, et non mutor. » Naturam habeo quæ mutationem non suscipit, nec ignoratis ut majores vestros interfecerim, et in captivitatem ejecerim.

ς'. « Διότι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν [68], καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι. » Φύσιν γὰρ ἔχω μεταβολὴν οὐ δεχομένην· ἴστε δὲ ὅπως τοὺς πρὸ ὑμῶν καὶ σφαγῇ παρέδωκα, καὶ δορυαλώτους παρέπεμψα.

« Et vos filii Jacobi, non recessistis (Vers. 7.) a peccatis patrum vestrorum : declinastis a legitimis et non custodivistis. » Cum igitur eadem quæ patres vestri deliqueritis, eadem patiemini quæ illi. Tum alterius iniquitatis adjicit accusationem.

« Καὶ ὑμεῖς, υἱοὶ Ἰακὼβ, οὐκ ἀπέχεσθε (ζ'.) ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν τῶν πατέρων ὑμῶν· ἐξεκλίνατε νόμιμα [69], καὶ οὐκ ἐφυλάξασθε [70]. » Ταυτὰ τοίνυν τοῖς πατράσι τολμῶντες, ταυτὰ πείσεσθε τούτοις. Καὶ ἑτέρας δὲ παρανομίας κατηγορίαν προστίθησιν.

« Revertimini ad me et revertar ad vos, dicit Dominus omnipotens. (Vers. 8.) Et dixistis : In quo revertemur ? An supplantabit homo Deum, quia vos supplantatis me ? et dixistis : In quo supplantavimus te ? » Aquila et Symmachus pro *supplantavimus te*, sic interpretati sunt : « Num frau-

« Ἐπιστρέψατε πρός με, καὶ ἐπιστραφήσομαι πρὸς ὑμᾶς, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. (η'.) Καὶ εἴπατε· Ἐν τίνι ἐπιστρέψομεν; Εἰ πτερνιεῖ ἄνθρωπος Θεὸν, διότι ὑμεῖς πτερνίζετέ με ; καὶ εἴπατε· Ἐν τίνι ἐπτερνίσαμέν σε ; » Οἱ περὶ Ἀκύλαν καὶ Σύμμαχον τὸ, *ἐπτερνίσαμέν σε* οὕτως ἡρμήνευσαν·

[b] Act. IV, 36.

VARIÆ LECTIONES.

[58] A καθαρίσει. [59] A χεεῖ αὐτούς. [60] ὡς. Des. in A et C. [61] οὗτοι. Des. in A. [62] A θυσίας. [57] A καθὼς αἱ ἡμέραι. [58] κατὰ. A καθώς. [59] A προστάξω. [60] καὶ — ψεύδει. Des. in C. [61] A ψευδῆ. [63] κονδ. A præm. τοὺς. [63] C ταῖς μοιχευτρίαις. [64] ὁ Θ. ὑμ. Des. in A. [65] A νομίμου. [66] A ἐφυλάξατε.

Digitized by Google

« Μὴ ἀποστερήσει [67] ἄνθρωπος Θεὸν, ὅτι ὑμεῖς ἀποστερεῖτέ με; Καὶ εἴπατε· Ἐν τίνι ἀπεστερήσαμέν σε; »

A dabit homo Deum, **1689** quia vos me fraudastis? Et dixistis : In quo fraudavimus te? »

« Ὅτι τὰ ἐπιδέκατα καὶ αἱ ἀπαρχαὶ μεθ' ὑμῶν εἰσι. (θ'.) Καὶ ἀποβλέποντες ὑμεῖς ἀποβλέπετε αὐτὰ [68], καὶ ἐμὲ ὑμεῖς πτερνίζετε· τὸ ἔτος συνετελέσθη [69], καὶ εἰσηνέγκατε πάντα τὰ ἐκφόρια εἰς τοὺς θησαυροὺς, καὶ [70] ἁρπαγὴ [71] τοῦ πτωχοῦ ἐν τοῖς οἴκοις ὑμῶν. » Τοῦ νόμου γὰρ διαγορεύοντος τὰς ἀπαρχὰς καὶ τὰς δεκάτας πρώτας τῷ Θεῷ προσφέρειν, εἶθ' οὕτω τὰ λειπόμενα λαμβάνειν, ὑμεῖς ἅπαντα κατ' αὐτὸν εἰς τὰ ὑμέτερα εἰσενέγκατε δοχεῖα, οὐ λογισάμενοι, ὅτι πτωχῶν ἐστιν ἁρπαγὴ, τῶν ἀπαρχῶν καὶ τῶν δεκατῶν ἡ στέρησις. Τοῖς γὰρ ἱερεῦσι τούτου χάριν γῆς οὐκ ἔδωκα κλῆρον, ἵνα τῇ θείᾳ προσεδρεύοντες λειτουργίᾳ, καὶ τὰς ὑπὲρ ὑμῶν θυσίας προσφέροντες, ἐκ τῶν ἐμοὶ προσφερομένων ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν διατρέφωνται, καὶ τοῖς προσεδρεύουσι πτωχοῖς τῷ θείῳ ναῷ [72] ἐπαρκῶσιν ἐκ τούτων. Τοιγάρτοι τῆς πλεονεξίας ταύτης παυσάμενοι, ἀπόδοτε τὰ νενομισμένα τοῖς ἱερεῦσι, καὶ δοκιμάσατε, εἰ μὴ πλειόνων ὑμῖν ἀγαθῶν μετουσία γενήσεται; Τὸ γὰρ, « Ἐπιστρέψατε ἐν τούτῳ, » οἱ περὶ τὸν Ἀκύλαν « Πειράσατε » ἡρμηνεύκασι. Δώσω γὰρ ὑμῖν ὑετῶν ἀφθονίαν, καὶ γῆς εὐκαρπίαν, καὶ τὴν ἐντεῦθεν εὐπορίαν, ὥστε τοὺς ἐκ γειτόνων ζηλωτοὺς ὑμᾶς καὶ μακαρίους ἀποκαλεῖν, ἅτε δὴ τοιαύτης ἀπολαύοντας παρ' ἐμοῦ προμηθείας. Πάλιν ἕτερον πάθος ἐνοχλοῦν αὐτοῖς θεραπεύει, καὶ φησιν·

« Quia decimæ et primitiæ vobiscum sunt. (Vers. 9, 10.) Et vos respicientes respicitis in ea, et me vos supplantatis, annus impletus est. Et intulistis fructus omnes in thesauros, et erit rapina pauperis in domibus vestris. » Nam cum lex definiat primitias et decimas primas Deo offerre, deinde reliqua sumere, vos contra omnia pariter in granaria vestra intulistis : non reputantes pauperum esse rapinam, primitiarum et decimarum fraudationem. Ideo enim sacerdotibus terræ sortem et portionem non dedi, ut divino insistentes officio et pro vobis hostias offerentes, ex oblatis mihi primitiis et decimis alantur, et in divino templo assidentibus pauperibus erogent ex istis. Quocirca repressa hac avaritia, reddite legitima sacerdotibus, et experimini, annon major vobis bonorum inde copia futura sit? Nam quod ait : « Revertimini in hoc, » Aquila vertit, « Et periculum facite in hoc. [11, 12] Dabo enim vobis pluviarum abundantiam, et terræ fecunditatem, et inde rerum abundantiam : ita ut finitimi vos felices et beatos vocent, qui tanta mea providentia fruamini. Ac rursus morbo alteri medetur qui eos vexabat.

B

ιγ'-ιε'. « Ἐβαρύνατε ἐπ' ἐμὲ τοὺς λόγους ὑμῶν, λέγει Κύριος παντοκράτωρ [73], εἴπατε [74]· Ἐν τίνι κατελαλήσαμεν κατὰ σοῦ; Καὶ [75] εἴπατε· Μάταιος ὁ δουλεύων Θεῷ, καὶ τί πλεῖον, ὅτι ἐφυλάξαμεν τὰ φυλάγματα αὐτοῦ [76], καὶ διότι ἐπορεύθημεν ἱκέται πρὸ προσώπου Κυρίου παντοκράτορος; Καὶ νῦν ἡμεῖς μακαρίζομεν ἀλλοτρίους, καὶ ἀνοικοδομοῦνται πάντες ποιοῦντες ἀνομήματα [77]· ἀντέστησαν [78] Θεῷ, καὶ ἐσώθησαν. » Μοχθηρᾷ, φησὶ, χρώμενοι γνώμῃ, ἀνόνητον καὶ ἀκερδῆ τὴν ἐμὴν ὠνομάσατε δεσποτείαν, καὶ τοὺς ἀνομίᾳ συζῶντας ἐν εὐημερίᾳ καὶ εὐθυμίᾳ ζῆν φατε· ὑμᾶς δὲ τοὺς ὑπὸ τὴν ἐμὴν κηδεμονίαν τελοῦντας πάσης τῆς [79] εὐπραξίας ἐρήμους μεμενηκέναι, μακαρίζειν δὲ τῶν ἄλλων τὴν εὐκληρίαν.

C

Vers. 13-15. « Ingravastis, inquit, super me verba vestra, dicit Dominus omnipotens; dixistis : In quo locuti sumus contra te? Et dixistis : Vanus est qui servit Deo; et quid amplius, quia custodivimus mandata ejus, et quia ambulavimus supplices ante faciem Domini omnipotentis? Et nunc nos beatos dicimus alienos, **1690** et ædificantur omnes qui faciunt iniquitatem : restiterunt Deo, et salvi facti sunt. » Scelerata, inquit, mente præditi, dominationem meam inutilem et infructuosam duxistis : et eos qui iniquitatem sectantur, prosperam et securam vitam agere dicitis, vos vero qui sub mea providentia degitis, omni felicitate destitutos manere, ac prosperos aliorum successus prædicare.

ις'. « Ταῦτα κατελάλησαν οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ· καὶ προσέσχε Κύριος, καὶ εἰσήκουσε, καὶ ἔγραψε βιβλίον μνημοσύνου ἐνώπιον αὐτοῦ τοῖς φοβουμένοις τὸν Κύριον, καὶ εὐλαβουμένοις τὸ ὄνομα αὐτοῦ. » Ταῦτα, φησὶν, ἀκούσας ἐγὼ τῶν θρυλλιζόντων πρὸς ἀλλήλους τῶν ἀνακειμένων ἐμοὶ, ἀνάγραπτον ὑπόσχεσιν ἀγαθῶν τοῖς φοβουμένοις με δίδωμι. Τοῦτο γὰρ λέγει· « Καὶ ἔγραψε βιβλίον μνημοσύνου ἐνώπιον αὐτοῦ τοῖς φοβουμένοις τὸν Κύριον, καὶ εὐλαβουμένοις τὸ ὄνομα

D

Vers. 16. « Hæc oblocuti sunt qui timent Dominum, unusquisque ad proximum suum : et attendit Dominus, et audivit, et scripsit librum monumenti in conspectu suo his qui timent Dominum, et qui reverentur nomen ejus. » Hæc, inquit, cum illos inter se jactare audissem qui mihi dedicati erant, bonorum meorum sponsionem conscriptam do timentibus me. Hoc enim ait : « Et scripsit librum monumenti in conspectu suo his qui timent Dominum, et reverentur nomen ejus. »

VARIÆ LECTIONES.

[67] ἀπ. Montf. in Hexapl. ἀποστερήσῃ. [68] αὐτά. C præm. εἰς, sed utrumque des. in A. [69] A συνετέλεσεν. [70] καὶ — πτ. A καὶ ἔσται ἡ διαρπαγή. [71] ἁρπ C præm. ἡ. [72] C νεῷ. [73] παντ. Des. in A. [74] εἶπ. A et C præm. καί. [75] καί. Des. in A et C. [76] ὅτι ἐφ. τ. φ. αὐτ. Ex A et C suppl. [77] A ἄνομα. [78] ἀντ. A præm. καί. [79] τῆς. A præm. μέν.

Digitized by Google

[17] Hi ergo, inquit, qui cultum meum magni faciunt, et timent quidpiam eorum agere quæ mihi displicent, « Erunt mihi die eo, quem ego facio, in acquisitionem. » Eos, inquit, mihi vindicabo in die judicii : « Et eligam eos, sicut eligit homo filium suum, qui bene servit ei. » Patris enim more, grati animi filium adamantis, eumque præferentis, ego hos anteferam ingratis contraria cogitantibus. Cæterum, « eligam » Aquila vertit, « Parcam eis, sicut parcit homo filio suo. »

A αὐτοῦ. » Οὗτοι τοίνυν, φησίν, οἱ τὴν ἐμὴν θεραπείαν περὶ πολλοῦ ποιούμενοι, καὶ δεδιότες τι τῶν οὐκ ἀρεσκόντων μοι δρᾶσαι· « Ἔσονταί μοι εἰς ἡμέραν, ἣν ἐγὼ ποιῶ, εἰς περιποίησιν. » Οἰκειώσομαι αὐτοὺς, φησίν, ἐν τῇ κρίσεως ἡμέρᾳ. » Καὶ αἱρετῶ αὐτοὺς, ὃν τρόπον αἱρετίζει ἄνθρωπος τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν εὖ [80] δουλεύοντα αὐτῷ. » Πατρὸς γὰρ δίκην, περὶ υἱὸν εὐγνώμονα διακειμένου, καὶ προτιμῶντος αὐτὸν, τῶν ἀγνωμόνων προτιμήσω τούτους ἐγὼ τῶν τἀναντία βουλευταμένων. Τὸ δὲ « αἱρετῶ » οἱ περὶ τὸν Ἀκύλαν, « Φείσομαι, ἡρμηνεύκασιν ὡς φείδεται ἄνθρωπος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. »

Vers. 18. » Et convertimini, et videbitis (quale sit discrimen) inter justum et **1691** iniquum, et inter servientem Deo, et eum qui non servit ei.

ιη'. « Καὶ ἐπιστραφήσεσθε [81], καὶ ὄψεσθε ἀναμέσον δικαίου καὶ ἀναμέσον ἀδίκου [82], καὶ ἀναμέσον τοῦ [83] δουλεύοντος τῷ Θεῷ, καὶ ἀναμέσον [84] τοῦ μὴ δουλεύοντος αὐτῷ.

B

CAPUT IV.

Vers. 1. « Quia ecce dies venit ardens sicut clibanus, et comburet eos. » Tunc, inquit, cognoscetis quantum sit discrimen inter justum et injustum, et quantum differat Deo serviens ab eo qui non servit illi. Nolite enim existimare vitam præsentem in omne tempus duraturam : hæc enim exstinguetur : « Et veniet dies quidam ardens sicut clibanus, et comburet eos. Et erunt omnes alienigenæ, et omnes qui faciunt iniquitatem, stipula : succendet eos dies veniens, dicit Dominus omnipotens, et non relinquetur radix eorum, neque ramus. » *Alienigenas* Aquila vertit *superbos*. Sic etiam divinus Paulus ait : « Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc, aurum, C argentum, lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulam : uniuscujusque opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit, quia per ignem revelatur, et uniuscujusque opus, quale sit, ignis probabit. Si cujus opus manserit, quod superædificavit, mercedem accipiet : si cujus opus arserit, detrimentum patietur[b]. » Postquam hoc modo impie viventium exitium præmonstravit, ostendit qualia piorum sint præmia :

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

α'. « Ὅτι ἰδοὺ ἡμέρα ἔρχεται καιομένη ὡς κλίβανος, καὶ φλέξει αὐτούς. » Τότε, φησὶ, μαθήσεσθε ὅσον ἀδίκου καὶ δικαίου τὸ μέσον, καὶ ὅση διαφορὰ τοῦ δουλεύοντος τῷ Θεῷ πρὸς τὸν μὴ δουλεύοντα. Μὴ γὰρ δὴ νομίσητε τὸν παρόντα βίον ἔχειν τὸ διαρκές· λυθήσεται γὰρ οὗτος, « Καὶ ἥξει τις ἡμέρα καιομένη ὡς κλίβανος, καὶ φλέξει αὐτούς. Καὶ ἔσονται πάντες οἱ ἀλλογενεῖς, καὶ πάντες οἱ ποιοῦντες τὰ [85] ἄνομα, καλάμη, καὶ ἀνάψει αὐτοὺς ἡ ἡμέρα ἡ ἐρχομένη, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ οὐ μὴ ὑπολειφθῇ αὐτῶν [86] ῥίζα, οὐδὲ κλῆμα. » Τοὺς δὲ *ἀλλογενεῖς* οἱ περὶ τὸν Ἀκύλαν *ὑπερηφάνους* ἡρμήνευσαν. Οὕτω καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἔφη· « Εἰ δέ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον, χρυσὸν, ἄργυρον, λίθους τιμίους, ξύλα, χόρτον, καλάμην, ἑκάστου τὸ ἔργον φανερὸν γενήσεται· ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει, ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται, καὶ ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ αὐτὸ [87] δοκιμάσει. Εἴ τινος τὸ ἔργον μενεῖ, ὃ ἐπῳκοδόμησε, μισθὸν λήψεται· εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται. » Οὕτω προαγορεύσας τοῖς ἀσεβείᾳ συζῶσι τὸν ὄλεθρον, δείκνυσιν οἷα τῶν εὐσεβῶν τὰ ἆθλα·

Vers. 2. « Et orietur vobis qui timetis nomen meum, sol justitiæ, **1692** et sanitas in pennis ejus. » Hæc autem tum priori Salvatoris nostri adventui conveniunt, tum secundo. Nam in priori quidem, velut sol quispiam nobis exortus est, in caligine et umbra mortis constitutis, atque a peccato nos liberans, justitiam impertitus est : et spiritualibus donis quasi quibusdam alis nos contegens, curationem animabus nostris exhibuit. Et in secundo rursus adventu his qui in hac vita vexantur, vel ex eorum voto vel præter eorum votum apparens, juste utpote justus judicabit, et promissa

β'. « Καὶ ἀνατελεῖ [88] ὑμῖν [89] τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά μου ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἴασις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ. » Ταῦτα δὲ καὶ τῇ προτέρᾳ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἁρμόττει παρουσίᾳ, καὶ τῇ δευτέρᾳ. Καὶ γὰρ D ἐν τῇ προτέρᾳ οἷόν τις ἥλιος ἡμῖν ἀνέτειλεν, ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις· καὶ τῆς ἁμαρτίας ἐλευθερώσας δικαιοσύνης μετέδωκε, καὶ τοῖς πνευματικοῖς χαρίσμασιν οἷόν τισι πτεροῖς συγκαλύψας, ἴασιν ταῖς ἡμετέραις παρέσχε ψυχαῖς. Καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ δὲ παρουσίᾳ τοῖς κατὰ τὸν παρόντα βίον τρυχομένοις, ἢ παρὰ γνώμην, ἢ κατὰ γνώμην ἐπιφανεὶς, οἷα δίκαιος δικαίως δικάσει, καὶ τὰ ἐπιγ-

[b] 1 Cor. III, 12-15.

VARIÆ LECTIONES.

[80] εὖ. Des. in A. [81] A ἐπιστραφήσονται. [82] A ἀνόμου. [83] τοῦ et deinde τῷ des. in A. [84] ἀναμ. et deinde αὐτῷ des. ibid. [85] τά. Des. in A. [86] A αὐτῷ. [87] αὐτό. Vid. p. 1686, sch. 6 et 7. [88] Supra, t. I, p. 218 et 245, leg. τοῖς φοβουμένοις με ἀνατ. ἥλ. δικ. [89] A ἡμῖν.

Digitized by Google

γελμένα ἀγαθὰ χορηγήσει. Καὶ ὥσπερ ὁ αἰσθητὸς ἥλιος ἀνίσχων τοὺς ὕπνῳ κατεχομένους πρὸς ἐργασίαν ἐγείρει· οὕτως οὗτος ἐπιφαινόμενος τοὺς τῷ μακρῷ ὕπνῳ τῷ θανάτῳ κατεχομένους ἀνίστησι. Τότε δὴ, τότε, φησὶ, « Καὶ ἐξελεύσεσθε, καὶ σκιρτήσετε, ὡς μοσχάρια ἐκ δεσμῶν ἀνειμένα. » Ἀπηλλάγητε γὰρ τῶν τῆς ἁμαρτίας δεσμῶν.

γ'. « Καὶ καταπατήσετε ἀνόμους, καὶ ἔσονται σποδὸς ὑποκάτω τῶν ποδῶν ὑμῶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ᾗ ἐγὼ ποιῶ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Οὕτως ἦν ὁ πλούσιος τῷ Λαζάρῳ· οὕτως ἔσονται τοῖς ἀδικουμένοις οἱ ἄδικοι, τοῖς [90] ἁγίοις μάρτυσιν οἱ τύραννοι καὶ διῶκται. Εἶτα αὐτοὺς ἀναμιμνήσκει ὧν περὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ Μωσῆς προηγόρευσε· καὶ κελεύει σὺν ἀκριβείᾳ τὸν νόμον ἀναγινώσκοντας πείθεσθαι αὐτῷ, καὶ μηδαμῶς ἀντιλέγειν.

δ'. [91] « Μνήσθητε τοῦ [92] νόμου Μωσῆ δούλου μου, καθότι ἐνετειλάμην αὐτῷ ἐν Χωρὴβ πρὸς πάντα τὸν Ἰσραὴλ προστάγματα καὶ δικαιώματα. » Εἶτα σαφῶς ἐπιστάμενος, ὡς οὔτε τῷ νόμῳ πεισθήσονται, οὔτε αὐτὸν παραγινόμενον ὑποδέξονται, ἀλλὰ σταυρῷ παραδώσουσιν, ἀφάτῳ φιλανθρωπίᾳ χρώμενος, ὑπισχνεῖται αὐτοῖς, πάλιν τὸν Ἠλίαν πέμψειν κήρυκα σωτηρίας, καὶ φησιν·

ε'. « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμῖν Ἠλίαν τὸν Θεσβίτην. » Καὶ σημαίνων τὸν καιρὸν, ἐπήγαγε· « Πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ. » Τὴν τῆς δευτέρας ἐπιφανείας ὠνόμασε· διδάσκει δὲ ἅπερ ὁ μέγας Ἠλίας ποιήσει παραγενόμενος.

ς'. « Ὃς ἀποκαταστήσει καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱὸν, καὶ καρδίαν ἀνθρώπου πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ. » Καὶ δεικνὺς τὸν σκοπὸν, δι' ὃν Ἠλίας πρότερος παραγίνεται, ἐπήγαγε· « Μὴ ἐλθὼν πατάξω τὴν γῆν ἄρδην. » Ἵνα γὰρ μὴ εὑρὼν ὑμᾶς πάντας ἐν ἀπιστίᾳ, ἅπαντας ὑμᾶς εἰς τὴν ἀτελεύτητον κόλασιν παραπέμψω, ἥξει πρότερος Ἠλίας, καὶ τὴν ἐμὴν ὑμᾶς παρουσίαν διδάξει, καὶ πείσει ὑμᾶς, ὦ Ἰουδαῖοι, τοῖς ἐξ ἐθνῶν εἰς ἐμὲ πεπιστευκόσιν ἀνενδοιάστως ἑνωθῆναι, καὶ μίαν ἀποφῆναι τὴν ἐμὴν Ἐκκλησίαν. *Πατέρας* δὲ [93] καλεῖ Ἰουδαίους, ὡς προτέρους κληθέντας· *υἱοὺς* δὲ τὰ ἔθνη, ὡς μετ' ἐκείνους σωθέντας. Ἐπειδὴ τοίνυν ἡμεῖς μὲν καὶ νῦν Ἰουδαίους προτρέπομεν εἰς εὐσέβειαν, ἐκεῖνοι δὲ ἀπειθοῦντες διατελοῦσι, τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ζηλωτυποῦντες, εἰκότως ἔφη τὸν Ἠλίαν πατρὸς καρδίαν πρὸς υἱὸν ἀποκαταστήσειν· ἐκείνους γὰρ πείσει τὴν πρὸς ἡμᾶς δέξασθαι κοινωνίαν. Ταῦτα δὲ οὐ μόνον Ἰουδαίοις ἀπόχρη δέος ἐνθεῖναι, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἱκανὰ φοβῆσαι. Ὅσῳ γὰρ μειζόνων ἀπηλαύσαμεν ἀγαθῶν, τοσούτῳ καὶ μείζους εὐθύνας ὀφείλομεν τῷ κριτῇ. Οὗ χάριν ἡμᾶς προσήκει πρὸς ἐκείνην εὐτρεπεῖς τὴν ἡμέραν γενέσθαι· ἵνα σὺν παῤῥησίᾳ τῷ φοβερωτάτῳ βήματι παραστάντες, τῶν ἐπηγγελμένων ἀπολαύσωμεν ἀγαθῶν. Ἐγὼ δὲ τοὺς ἐντευξο-

A bona largietur. Et quemadmodum sol sensibilis exoriens somno oppressos ad laborem excitat : sic hic adveniens longo somno, id est morte, constrictos excitat. Tunc, inquit, tunc « Egredie-mini et salietis sicut vituli de vinculis relaxati. » Expediti enim estis a vinculis peccatorum.

Vers. 3. « Et conculcabitis iniquos, et erunt cinis sub pedibus vestris, in die quo ego facio, dicit Dominus omnipotens. » Sic erat dives Lazaro, sic erunt injuria affectis qui injuriam faciunt, sic sanctis martyribus tyranni et persecutores. Postea renovat memoriam eorum, quæ de Christo Domino Moses prædixit : jubetque studio intento legem legere, illique obtemperare, et ne-
B quaquam contradicere.

Vers. 4. « Mementote legis Mosis servi mei, sicut mandavi ei in Choreb, ad omnem Israelem præcepta et judicia. » Deinde cum sciret eos neque legi **1693** obtemperaturos, neque eum in mundum venientem recepturos, sed in crucem acturos esse, inexplicabili misericordia utens, Eliam rursus illis se missurum pollicetur præconem salutis, et ait :

Vers. 5. « Et ecce ego mitto vobis Eliam Thesbitam. » Tum indicans tempus, adjecit : « Antequam veniat dies Domini magnus et illustris. » Diem secundi adventus dixit, et ea docet quæ magnus Elias facturus sit, cum venerit.

C

Vers. 6. « Qui convertet cor patris ad filium, et cor hominis ad proximum suum. » Et ut indicet quo fine Elias prior venerit, adjecit : « Ne forte veniens percutiam terram penitus. » Ne enim, inquit, vos omnes in infidelitate deprehensos perpetuo supplicio tradam, prius veniet Elias, et meum adventum vos docebit : et vobis, o Judæi, induret in animum, ut sine dubitatione cum gentium fidelibus conjungamini, et in unam redigamini Ecclesiam meam. *Patres* autem vocat Judæos, quod priores vocati fuerint : *filios* vero gentes, quod post eos salvi facti sunt. Quoniam ergo nos hoc tempore Judæos adhortamur ad pietatem, illi contra nunquam monitis nostris obtemperant,
D salutem nostram æmulantes, merito dixit Eliam patris cor ad filium conversurum esse. Illos enim adducet ut nostram communionem amplectantur. Hæc autem non modo Judæis timorem injicere, sed nos quoque perterrefacere possunt. Nam quo majoribus bonis potiti sumus, eo majores pœnas de nobis sumet judex. Quamobrem nobis danda est opera, ut probe comparati simus ad illum diem, **1694** ut cum fiducia ad tribunal maxime reformidandum astantes, bona promissa consequamur. Ego vero illud monitos velim lectores labo-

VARIÆ LECTIONES.

[90] τοῖς. C add. τε. [91] In A etiam hic vers. sequitur post tertium. [92] τοῦ. Des. in A. [93] κατ. δὲ, κ. τ. λ. Vid. supra, p. 1294, ad Dan. XII, 1.

Digitized by Google

rum nostrorum, ut de his, quæ bene et recte dixi- A μένους τοῖς ἡμετέροις πόνοις παραχαλῶ, ὑπὲρ μὲν
mus, increatam Trinitatem laudibus prosequantur (illius enim donum est scientia). Sic et beatus David ait : « Qui docet hominem scientiam [1]. » Si quid vero ex propheticis oraculis nostrum captum fugerit, naturæ infirmitati ignoscant, et defectum suppleant, propositumque laudent, et labores precationibus compensent. Bonorum autem largitor, sapientiæ fons, et auctorem et lectores prudentia ad omnes res instruat, ut inseparabiliter ei servientes, glorificemus eum in corpore et in spiritu nostro, quoniam ei convenit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

τῶν εὖ καὶ καλῶς εἰρημένων τὴν ἄκτιστον ὑμνῆσαι Τριάδα· ἐκείνης γὰρ δῶρον ἡ γνῶσις. Οὕτω καὶ ὁ μακάριος λέγει Δαβίδ· « Ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν. » Εἰ δέ τι τῶν προφητικῶν ῥητῶν τὴν ἡμετέραν ὑπερέβη κατάληψιν, συγγνῶναι τῇ τῆς φύσεως ἀσθενείᾳ, καὶ τὸ λεῖπον προσθεῖναι, τὸν δὲ σκοπὸν ἐπαινέσαι, καὶ προσευχὰς ἀντιδοῦναι τοῖς πόνοις. Ὁ δὲ τῶν ἀγαθῶν δοτὴρ, ἡ τῆς σοφίας πηγὴ, δοίη καὶ τῷ συγγεγραφότι, καὶ τοῖς ἐντευξομένοις, σύνεσιν ἐν πᾶσιν, ἵνα ἀπερισπάστως αὐτῷ δουλεύοντες, δοξάσωμεν αὐτὸν ἐν τῷ σώματι καὶ ἐν τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[1] Psal. xciii, 10.

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

THEODORETUS CYRENSIS EPISCOPUS.

Præfatio. 9
Testimonia de Theodori commentariis in Vetus Testamentum. 15
Sirmondianæ et novæ editionis ordo. 19
Explanatio in Canticum canticorum. 27
Interpretatio eclogaria in Isaiam prophetam. 215
Interpretatio in prophetiam Jeremiæ. 495
Interpretatio in Ezechielis prophetiam. 807
Commentarius in visiones Danielis prophetæ. 1255
Commentarius in duodecim prophetas. 1546
Procemium. 1546
Enarratio in Oseam prophetam. 1551
Enarratio in Joelem. 1634
— in Amos. 1665
— in Abdiam. 1710
— in Jonam. 1719
— in Michæam. 1742
— in Nahum. 1787
— in Habacuc. 1810
— in Sophoniam. 1838
— in Aggæum. 1859
— in Zachariam 1874
— in Malachiam. 1959

FINIS TOMI OCTOGESIMI PRIMI.

UNIV. OF MICHIGAN.

JUN 23 1913

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 07838 4339

Digitized by Google